
37
42 F
3



LEGES NOVELLAE V. ANECDOTAE

IMPERATORUM

THEODOSII JUNIORIS

ET

VALENTINIANI III.

CUM CETERARUM ETIAM NOVELLARUM EDITARUM TITULIS
ET VARIIS LECTIONIBUS

EX VETUSTISSIMO COD. MS. OTTOBONIANO DEPROMPTIS

Quibus accedunt aliae VALENTINIANI III. Conſtitutiones jam editae

QUAE IN COD. THEOD. DESIDERANTUR

AC TANDEM

LEX ROMANA SEU RESPONSUM PAPIANI

TITULIS ANECDOTIS VARIISQUE LECTIONIBUS

AUCTUM AD FIDEM PRAEFATI CODICIS

ET ALTERIUS SVECO-VATICANI

OPERA ET STUDIO

IOHANNIS CHRISTOPHORI AMADUTII

QUI PRAEFATIONEM ET ADNOTATIONES ADJECIT.









ROMAE MDCCLXVII.

AERE VENANTII MONALDINII BIBLIOPOLAE.

TYPIS ZEMPELIANIS.

PRAESIDUM FACULTATE.

Αἱ μεταγενέστεραι διατάξεις ἰσχυρότεραι τῶν πρὸ αὐτῶν εἰσιν.

Posteriores constitutiones fortiores sunt prioribus.

Modestin. lib. II. Excusation.

IOHANNI CAROLO
BOSCHIO
S. R. E. CARDINALI EMINENTISSIMO
AMPLISSIMOQUE
ET MAIORI POENITENTIARIO

IOHANNES CHRISTOPHORUS AMADUTIUS
SALUTEM



AM veteri, solemnique more, qui & nunc obtinuit, receptum nosti, BOSCHI CARDINALIS EMINENTISSIME, magnis Viris, quos quis coleret, & suspiceret, tunc potissimum temporis munera submitti consue-

viſſe, cum ipſos honoribus, ac dignitatibus augeri contingeret. Quare cum primum Te in Cardinalium caetum brevi cooptandum & hominum fama, & bonorum omnium vota deſignarent, tum id & ratio dignitatis, quam tenebas, & merita, quibus fulciebaris, exigerent, inuri poſſe me praetermiſſi officii nota intelligebam, niſi aliquam tum laetitiae, tum obſervantiae meae ſignificationem, qua Tibi novam hanc dignitatem ineunti pro viribus plauderem, publice emittendam aggrederer. Et cur non id mihi muneris praecipue ſtatuerem, quem in Provincia Aemilia natum Ei, qui ipſam novo decore, & gloria cumularet, quoquo modo gratulari aequum erat, quique & ipſius benevolentiae, & beneficiorum ampliſſimis argumentis ad id potiſſimum urgeri maxime perſentiret? Commode tunc edendas ſuſceperam, cum haec animo, & mente verſarem, quinque Novellas Leges anecdotas Impp. Theodoſii

Junio-

Junioris, & Valentiniani III., tum Legem Romanam, ſeu Papiani Reſponſum, ac etiam cetera veteris Juriſprudentiae, & eruditionis non exilia, quae dein acceſſerant, monumenta, quas ſane ſi honori, ac meritis tuis commendarem & pro adepta ipſa dignitate munuſculi, & communis tum mei, tum ceterorum Provincialium laetitiae inſtar futuras non dubitabam. Quid enim aliud vel Tibi convenientius, vel jucundius offerri a me poſſe ſperarem, quam Volumen hoc tot inſignibus, & eorum pluribus anecdotis Romani Juris monumentis refertum, quibus illuſtrandis multiplex inſuper eruditionis ratio, etſi non ea tamen, quam ab ingenii mei tenuitate omnino Te dignam praeſtoleris, acceſſerit? Ita enim veteris Juriſprudentiae ſtudio, ac amore teneris, atque ita a teneris ſingula eruditionis genera in deliciis habuiſti, ut nemini eorum ſis conceſſurus, qui Novellas has Conſtitutiones, & Romanam Le-

gem

gem bono, libentique animo amplexentur. Tum cur non ipſas avide Tute nunc excipias, qui, cum jam Breviatoris Curiae munus inter Palatina Officia obires, Novellarum Pontificiarum Conſtitutionum, ſive Decretalium Legum, quae veluti Extravagantes cenſentur, quaeque tunc a Benedicto XIV. Magno illo, ac immortalis memoriae Pontifice emittebantur, formulas ipſas concipere, tum eas ſubnotare, atque edere conſueveras? Scilicet hinc praecipue factum norunt omnes, ut & a CLEMENTE XIII. P. M. magnam ſtatim gratiam inieris, ac primum Te a Notis arcanis, tum ab Admiſſionibus apud ipſum adſciverit, dein, quod recenter peractum gratulamur, in ampliſſimum Purpuratorum Patrum Senatum accenſuerit, ac nuperrime tandem Apoſtolicae Sedis Majorem Poenitentiarium renunciaverit. Fruere quapropter, Vir Eminentissime, diu, & alacriter hac honorum, & dignitatum nova amplitudine,

quae

quae quidem tota tua eſt, & tuorum ſtudiorum vere fructus eſt, & praemium virtutis. His autem fauſte auſpicantibus, quaeſo Te, ſtudia mea in poſterum etiam, ut antea, fortunes, foveas, tuearis, ut iis quammaxime ſuffultus, ſecundis, ut ajunt, avibus, majora aggredi, quin & Nomini Tuo digniora prodere deinceps poſſim. Et ſane cur id de Te mihi nunc in clientelam tuam recepto non liceat polliceri, qui jam de incognito prorſus benemereri inceperas, quemque mihi prius beneficum, quam Patronum adeſſe cognoveram? Quare id unum ſupereſt, ut hujuſce animi mei, non omnino quale velim, ſed quale poſſum hoc tempore, monumentum, hoc Opus, quod, me tacente, apud exteros, ac poſteros loquetur, quodque meum erga Te obſequium, ac voluntatem publice patefaciet, inter eos Libros colloces, quos ab oculis, ac manibus tuis abeſſe non ſinis, ut apud Te mei ſemper memoria vigeat,

ac ſaepe memineris, me eſſe de tuis familiaribus unum, atque de iis maxime, quos in tuam gloriam mirifice animatos, & tuo potiſſimum honori inſervientes habiturum perpetuo ſperes. Ceterum D. O. M. vitam tuam incolumitate fortunet, diuturnitate donet, qua Eccleſiae Dei, Apoſtolicae Sedi, & Litterariae Reipublicae Te beneficientiſſimum ad hujus ſaeculi felicitatem exhibeas. Vale.

JOHAN-

JOHANNIS CHRISTOPHORI
AMADUTII
AD ERUDITUM LECTOREM
PRAEFATIO.

I. ANtequam de V. anecdotarum Novellarum Legum, tum de Romanae Legis, aut Responsi Papiani Editione, quam Tibi nunc sistimus, Erudite Lector, ratio reddatur, ac totius demum hujus nostri Operis ordo exponatur, juvat ea summatim praefari, quibus sensim te ad locum, ac, tempus, quae unumquodque argumentum probe deceant, veluti manuductum intelligas. Scilicet prima Romanarum Legum exordia leviter delibanda, atque inde subsequentium etiam Legum series cursim prosequenda, ut dein, nacta occasione, pedem sistamus, ubi singulae Romanae Themidos partes, quas nunc exornandas suscepimus, nobis veluti in fundo suo haerentes occurrant, suumque propterea locum sortitae decenter opportunam de ipsis sermonis habendi rationem nobis, & argumentum exhibeant.

II. Compertum quidem est, Romanos primum, dum

Regum majeſtate regerentur, ad Regias, & Curiatas Leges vitam, & actiones adtemperaſſe. Exactis vero Regibus, & Conſulari dignitate in eorum locum exorta, non tantum Regiis Legibus, ſed & moribus Majorum Populus moderabatur, quibus acceſſerunt Senatus Conſulta, dein Plebiſcita, ac tandem Leges XII. Tabularum, quibus per multa Saecula in Romana Republica ſtetit auctoritas. Hinc, ſublata Republica, rerum omnium ſumma in Unum coaluit, tuncque Auguſtorum decreta, ac ſanctiones Legum vim obtinuerunt, licet, ipſis interim ſic annuentibus, Senatus praeterea, ac Praetorum Edictis, tum Prudentum, ſeu Juriſperitorum Conſultis, atque Reſponſis ſua etiam vis eſſet, ac robur [1]. Quare hinc factum eſt, ut ex Imperatorum Conſtitutionibus ab Hadriano uſque ad Conſtantinum per Gregorium, ſeu Gregorianum Codex, qui ab ipſius nomine *Gregorianus* audivit, conflatus fuerit, & Hermogenianus Codicem alterum hujuſmodi Decretorum a Conſtantino uſque ad Diocletianum, & Maximianum in Gregoriani ſupplementum confecerit, qui proinde ab ejus nomine pariter *Hermogenianus* eſt appellatus.

III. Verum cum a Conſtantino M. jam ingens, ac nimia Legum moles, & obſcuritas irrepſiſſet in Forum, Theodoſius Jun. hujuſmodi Juriſprudentiae nodos expediturus VIII. Viris illuſtribus, ſpectabilibus, & Divalium Conſtitutionum cognitione praeditis [2] demandavit, ut Edicta, Reſponſa, Epiſtolas,

(1) Quis ſine ſtomacho legat Librum Italico Caelo probroſiſſimum, vernacula lingua conſcriptum, & Faventiae Archiitypis nuper excuſum, qui inſcribitur Compendium Legum Civilium ex Corpore Juris Romani, auctore Joh. Angelo Serra Caeſenatenſe ex Capuccinorum Familia, ubi magna ſane confidentia ſingulos fere Digeſtorum Theſmothetas, eorumque aequiſſima Reſponſa, quae tantum ſuſpexit, & venerata eſt antiquitas, contumeliis, & cenſuris temere traducit, ut eadem a Romani Juris Adytis eliminanda indicat, & eorum Auctores arte conjectandi, ut ipſe loquitur, & prudentia Juris caruiſſe conclamet? Si quae vero in Cuiacium, ceteroſque verendos Themidis Myſtas evomunrur, non taedeat percurrere, nae tu, Erudite Lector, hominem dixeris helleboro indigere. Quam diverſum (Bone Deus!) a Dandinio ſuo, quo perpetuo glorietur, ſortita tandem eſt culta Caeſena JCtum!

(2) Eorum nomina vid. in Novella I. Theod. Imp.

las, Mandata, Actaque Consistorialia a Constantino M. usque ad ejus Imperium in novum Codicem redigerent, qui anno Christi CCCCXXXVIII. promulgatus, & Novella I. ejusdem Theodosii Imp. confirmatus est, ipsique proinde *Theodosiani* nomen adhaesit.

IV. Quum vero, edito jam Codice, plures Novellae Leges prodiissent non modo ipsius Theodosii, & Valentiniani III., sed insequentium quoque Imperatorum Marciani, Maioriani, Severi, Leonis, & Anthemii, hinc in ejusdem Codicis calcem ipsae conjectae sunt, iisque instructus Codex Theodosianus typis primum prodiit Basileae anno MDXXVIII. cura Joh. Sichardii (3), cujus Editionis plura exemplaria Romae etiam apud privatos Amicos, nedum in publicis Bibliothecis videre licuit, licet rarissima a quibusdam ipsa habeatur, quae tamen eas tantum Leges, & Novellas continet, quas Gothi in Compendio Legum Romanarum legi voluerunt. Dein editus est Codex Theodosianus cum Novellis Constitutionibus Lugduni anno MDLXVI. apud Guilielmum Rovillium, ubi tamen Novellae integrae non exstant. Tum accessit Editio Petri Pithoei, quae peracta est Lutetiae Parisiorum eodem anno MDLXVI., atque is XXXIV. Novellas ineditas vulgavit. Praeterea anno MDXCVI. hujusmodi Novellae expressae sunt in Editione Codicis Theodosiani, quae Parisiis a Jacobo Cuiacio per Sebastianum Nivellium peracta est, quaeque recusa est anno MDCVII. Insuper Franciscus Faber Bibliopola anno MDXCIII. Lugduni Editionem alteram adornavit, qua tamen Novellae Leges multis lacunis refertae, quin & mendosae exhibentur. Pariter Conradus Rittershusius JCtus Altorphinus anno MDCLI. Francofurti Novellas tantum Leges seorsim publici juris fecit, sed inemendatas, nec satis exacte digestas.

(3) Deprompsit omnium primus Sichardius Theodosianum Codicem ex tribus Mss. Cod., suo nempe, Moguntino, & Morpacensi. Vid. Georgii Beyerii *Notitiam Auctor. Juridicor. Spec. II. pag.* 28., & Joh. Albertum Fabricium *Biblioth. Latin. Vol. III. cap* 10. *pag.* 807., & *Vol. V. Suppl. lib. IV. cap.* 10. *pag.* 833.

gestas. Deinde Jacobus Gothofredius easdem Novellas ad tramites Editionis Francisci Fabri Codici suo Theodosiano, tamquam mantissam apposuit, cujus Opus, quoniam ineditum ob ejus mortem superfuerat, tandem ab Antonio Marvillio Lugduni anno MDCLXVIII. vulgatum est. Postremo tandem cura Viri Consultissimi Joh. Danielis Ritterii Lipsiae anno MDCCXXXVI. cudi coepit, atque anno MDCCXLV. perfecta est instructissima tum universi Codicis Theodosiani, tum etiam Novellarum Legum Editio, quibus in Tomi VI. Partem II. rejectis primum ex laudato Ritterio perpetua Commentaria, variaeque Lectiones ex Codd. Wurceburgensi, & Gothano, tum etiam interdum ex ipso Ottoboniano nostro accesserunt, de quibus inferius a nobis agendum erit.

V. Neque heic a nobis silentio praetereundae sunt aliae Constitutiones Constantini, Theodosii M., Arcadii, Theodosii Jun., & Valentiniani III. nominibus inscriptae, quae in utroque Codice, & in Novellis Ante-Justinianeis desiderantur, quasque in *Appendicem Codicis Theodosiani* ex Codd. Mss. Lugdunensi, & Anatiensi Parisiis anno MDCXXXI. edidit Jacobus Sirmondius, postquam jam primam hujusce Appendicis legem, quae Constantini M. dicitur, inter Galliae Concilia antea recensuerat, sed mutilam; tum insuper alterius, quam scilicet statuit *num. XX.*, duo fragmenta apud Sidonium Apollinarem (4) antea quoque protulerat. Harum Legum quidem impressio repetita est Parisiis in ejusdem Sirmondii Operibus anno MDCXCVI., ac tandem a Ritterio factus est eisdem locus ad calcem Tomi VI. Partis II. Cod. Theodosiani. Porro Janus a Costa Tolosanus (5), & Johannes Seldenius (6) primam sanctionem a Sirmondio prolatam

(4) *Epistolar. Lib. IV. Epist. XI.*
(5) *Commentar. ad Decretal. Gregor. IX. pag.* 280.
(6) *De Synedriis Lib. I. Cap. X. pag.* 328.

tam Constantino M. vindicarunt; tum Seldenius insuper notavit, illam *summatim memorari tum ab Eusebio, tum a Sozomeno*; atque tandem monuit, illud idem Edictum ad finem Libri XVI. Cod. Theodosiani, veluti Extravagans, sub Titulo *de Episcopali judicio* appositum esse; *sed in Mss. meo* (inquit) *locum habet, uti & bina proxime ibi sequentia, in titulo de Episcopis, Ecclesiis, & Clericis*. Praeterea idem Auctor inferius [7] Constitutionem III. nimis depravate, ut ipse testatur, excusam ex Mss. suo Codice Theod. emendatiorem exhibuit. Verumtamen Jacobus Gothofredius [8], Joh. Daniel Ritterius [9], & Joh. Augustus Bachius [10] inter supposititias recensent hujusmodi Constitutiones, atque a Clerico semibarbaro medio aevo ex pluribus Codicis Theod. Legibus, Conciliorum decretis, ac Patrum sententiis fuisse confictas, existimant. Ceterum tres priores hujusmodi Constitutiones, quas praecipue arguit imposturae Gothofredius, defendere enixus est Joh. Le Gendreius in Libro, cui titulus: *Episcopale judicium adversus calumnias Jac. Gothofredi acerrime defensum, nec non ab omni suspicione falsi vindicatum* [11]. Tum eidem addi nunc etiam poterit Jacobus De la Bauneius, qui in Praefatione ad Opera omnia Sirmondii Socii sui [12] laudatarum Legum αὐθεντίαν pluribus conatur adstruere, ubi etiam superius memoratam Constitutionem III. rursus ex Seldenio apponit. Nihilominus emunctae naris Viri, ac idonei veterum Scriptorum aestimatores numquam adduci potuerunt, ut singula saltem nova haec ementitae Nemesis Oracula colerent. Et sane si quis ingenuas hujus aevi Constitutiones umquam legerit, Sirmondianas statim vel ex styli dumtaxat longe quidem deterioris discrimine, ut cetera nunc momenta praeteream, impostoris alicujus apocryphum farcimen pro-

(7) *Pag.* 348.
(8) Ad *l.* 1. *Cod. Theod. de Episcop. judic.*
(9) In *Praefat.* ad *To. VI. Part. II. Cod. Theod.*
(10) *Hist. Jur. lib. IV. cap. III. Sect. II.* §. 9.
(11) *Parisiis ann.* 1690. Hic Liber conjectus est in Cl. Meermannii *Thesaurum Juris &c. To. III.*
(12) *To. I.* §. *IX.*

pronunciabit, easque ipsius Sirmondii pseudo-Praedestinato (quem effoeta jam aetate octuagenario major evulgavit, quemque nunc, licet exsibilatum ab Auvraeo, seu a Martino de Barcos Abbatis Sancti Cyrani Sororis Filio, & in Abbatia Successore, a Gilberto Maguinio, & ab Henrico Norisio, rursus edendum Sirmondii Socius alter nuper polliceri non erubuit) consociandas jure, meritoque censebit.

VI. Praeterea heic nunc, quoniam & ipsa apocrypha, quae Theodosio Iun. tribuuntur, recensere suscepimus, memorare etiam juvabit celebres ipsius Theodosii litteras, quae Doctorum Maximo Divo Aurelio Augustino Episcopo Hipponensi scriptae traduntur, quibus ipsum ad Ephesinam Synodum contra Nestorium invitaret. Inscriptio haec est: *Sancto, ac venerabili Augustino Episcopo Hipporegiensi Theodosius Imperator*; Subscriptio vero ita se habet: *Dat. in nostro Palatio novae Romae quarto Idus Augusti, Coss. Basso, & Antiocho*. Verum quis non rideat harum formulàrum ineptias, quas a genuinis oppido differre, qui Imperatorum Constitutiones percurrerit, primo obtutu deprehendet? His adde, quod cum Epistola data dicatur IV. *Id Augusti Basso, & Antiocho Coss.*, nempe die XI. Augusti anni CCCCXXXI., Theodosius vero sacram emiserit die XIX. Novembris anni CCCCXXX., qua ad laudatam Synodum Episcopos invitaret, sequeretur, Augustinum ad ipsam, eadem jam absoluta, accitum a Theodosio fuisse, quod quam absurdum sit, & inverisimile, nemo non videt. Epistola haec sane inventa traditur a Fratre Hieronymo Romano in celebri Sanctae Justinae Monasterio Patavino, cujus tamen nullam mentionem videas apud V. C. Joh. Brunatium in *Chartarum Coenobii S. Justinae explicatione*, quam scilicet paucis ab hinc annis adornavit (13). Tum ipsam latine scriptam in Hispanicum sermonem idem Frater Hieronymus se transtulisse testatur (14), ex quo dein ipsam

(13) *Patavii 1763. ex Typographia Conzatti.* (14) In *Chronico.*

ipſam rurſus in Latinum idioma convertit Ludovicus de Angelis Eremita Auguſtinianus [15]. Dein haec eadem Epiſtola diverſimode etiam exhibetur a Campio Hiſpano apud Aloyſium Torellium [16], ut hinc proinde Vir immenſae eruditionis, ac doctrinae Henricus Noriſius, Auguſtinianae Familiae, & Purpuratorum Patrum Senatus decus praeclariſſimum Hannibalis Riccii nomine [17] ejuſdem Epiſtolae illegitimitatis argumentum eliciat, cum Theodoſium Graece haud ſcripſiſſe conſtet, ut proinde ea diverſitas Interpretibus adſcribi poſſit. Verum ſi Vir doctiſſimus animadvertiſſet, hanc Theodoſii pſeudepiſtolam ex Latina primum in Hiſpanicam linguam, dein ex Hiſpanica in Latinam converſam circumferri, cetera tantum, & ea invictiſſima in ipſam urgens falſitatis argumenta, infirmum hoc intactum reliquiſſet. Hujus etiam Epiſtolae mentionem facit Liberatus [18], & Lancellottius [19], qui ejus falſitatem ob criticae eruditionis inopiam non perſenſerunt. Ceterum fictitiam facile agnovit Joh. Rivius Auguſtinianus Vir tum in eruditione, tum in ſacra, & profana Hiſtoria verſatiſſimus [20], ac tandem omnium luculentiſſime ex certiſſimis Epheſinae Synodi monumentis eamdem adverſus Militis illius ſui glorioſi, ſeu Macedonici ineptias cit. loco impoſturae arguit laudatus Noriſius.

VII. Poſtremo tandem heic memorandum etiam venit ſuppoſitum Diploma Theodoſii Jun., quo, Divo Petronio Epiſcopo impetrante, Gymnaſium Bononienſe inſtitutum dicitur anno Ch. CCCCXXXIII., quodque ex marmorea Tabula, ubi inſcribitur, vulgavit praeſertim Ferdinandus Ughellius [21], licet ipſum ſimul claudicare agnoverit; Tum illud Italico ſermone

(15) *De Vita, & laudib. Auguſtini. Pariſiis* 1614. *Lib. V. cap. XVI. p.* 148. *b.*

(16) *Secoli Agoſtiniani* ann. 431.

(17) *Reſponſa P. Franc. Macedi adverſus gerras Germanas Germanitatum Cornelii Janſenii, & Henrici Noris collecta ab Hannibale Riccio &c.* Inter *Opera omnia Tom. I. col.* 483., *& ſeqq.*

(18) In *Breviario Cap. V.*

(19) *De Vita S. Auguſtini.*

(20) *De Vita S. Auguſtini Lib. IV. Cap. V.*

(21) *Ital. Sacr. To. II. in Catalog. Epiſc. Bononien.*

mone expressum rursus exhibuit Leander Albertius [22]; Atque novum tandem ejusdem exemplar aliunde petitum, licet diversum aliquantulum, protulit etiam omnis Litteraturae Promuscondus praeclarissimus Ludovicus Ant. Muratorius [23], quamquam interea Vir Cl. hoc ipsum Diploma Saeculo XIII. confictum sibi videri, ingenue omnino proclamaverit. Nec jam Muratorius dumtaxat ejusdem ναθείαν patefecit; quin etiam Carolo Sigonio eamdem jampridem suboluisse, perspicue patet ex ejus judicio, quod ex Mss. Cod. in nova Sigonii Operum Editione prodidit Vir Cl. Josephus Ant. Saxius olim Ambrosianae Bibliothecae Praefectus [24], ut nunc praeteream laciniam illam, quam Sigonianae Historiae de Bononiensi Civitate [25] adsutam suspicatur Muratorius [26], tum cetera, quae fuse prosequitur Vir Cl. Caelestinus Petracchius Monachus Caelestinus in ejus Historia Basilicae Sancti Stephani [27], in qua praeter haec, quae modo innuimus, totus est, ut ostendat, nihil esse, quod undique falsitatem magis praeseferat, quam hoc Theodosiani Diplomatis monstrum, cui, dum ipsum impostura clam, & contra fas eniteretur, rudis omnino obstetricata est ambitio; quamquam deinceps quidem hujusmodi veritas, quam ipse assertum venit, immane odium eidem pepererit. Praeterea Mabillonius [28], & Tillemontius [29], quales, ac quanti Viri! hoc ipsum Diploma, tamquam ridiculum exsibilarunt. Nec inter ipsos Bononienses alii insuper defuerunt, qui illud inter spuria, & adulterina amandaverint, ut de Alexandro Machiavellio JCto [30] idem Petracchius cit. loc. fidem facit, quibus etiam tandem, si fata tulissent, accessisset insigne alterum Bononiensis Litteraturae

(22) *Descrizione di tutta l'Italia &c. Dec. I. Lib. V.* ad ann. 434.

(23) *Antiquit. Med. Aevi To. I. Dissertat. XXXIV. col. 21.*

(24) *To. VI. pag. 990.*

(25) *Lib. I.*

(26) *Loc. cit.*

(27) *Della Insigne Abbaziale Basilica di S. Stefano di Bologna Lib. I. Cap. IV. §. II. pag. 29.*

(28) *De Re Diplomat. Lib. III. Cap. VI. §. X.*

(29) *Histoire Ecclesiastique, & des Empereur &c. To. V. n. 3. pag. 842.*

(30) *Apologia per l'Archiginnasio di Bologna &c.*

turae decus Maurus Sartius Camaldulensis Congregationis Procurator Generalis, quem nuper

Raptum

Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo,

quique sane nonnulla de hujus Diplomatis falsitate in ipsius Tom. I., quem imperfectum reliquit, de Bononiensi Gymnasio, ejusque Professorum Historia delibanda sibi proposuisse, non semel nobis inter sermones suos asseruit. Ceterum Alexandrum Formaliarium, quem, invitis Musis, hujuscemodi Diploma, tamquam amplissimum patrii Lycaei monumentum in Ms. ipsius Historia de Bononiensi Universitate Litteratorum Reipublicae, novis de suo adsutis vindiciis, rursus propinandum parasse cognovimus, nihil sane moramur; praesertim cum probe nobis innotuerit, Virum Cl. Constantinum Ruggerium a nobis numquam sine laude, ac summo doloris sensu commemorandum eamdem Historiam graviter, sciteque prorsus Mss. ipsius Opere castigasse, ut etiam inferius monendum a nobis erit in Commentario Vitae Ruggerii nostri [31], qui post Praefationem occurret. Verumtamen cur Bononienses, quibus tanta, ac tam insignia, & sincera prorsus avitae virtutis, & privilegiorum decora suffragantur, de apocrypho insuper monumento tam anxie laborent, atque honorem ex eo mutuari conentur, non equidem video, quamquam nec Bononienses omnes eodem nunc insistere, nec etiam omnes originariis praejudiciis, aut vulgaribus opinionibus abstrahi, vel ex dictis huc usque (quod Bononiensis Litteraturae summa laus est) abunde satis evincatur.

VIII. Quare nullum adhuc legitimum, atque ingenuum Ante-Iustinianeis Novellis accensendum obvenit, aut obvenisse novimus additamentum, quo Theodosianus Codex ditaretur, quam praeclarissimum hoc V. Novellarum adhuc anecdotarum παρέρ-

(31) §. V.


παρέργον, quod nos modo exhibemus ex Mſ. Codice quantivis pretii, qui, cum olim adſervaretur in Bibliotheca Petri Ottobonii Senioris S. R. E. Cardinalis ampliſſimi, qui mox Pontifex renunciatus dictus eſt Alexander VIII., *Ottobonianus* eſt cognominatus. Hic namque Codex unus eſt ex illis centum, quos in domeſticam Bibliothecam (cujus originem, & viciſſitudines exponemus in Commentario Vitae Viri Cl. Conſtantini Ruggerii eidem Bibliothecae olim Praefecti [32], qui proxime ſequetur) ex inſtructiſſima Chriſtinae Svecorum Reginae Bibliotheca, quae dein majori ex parte Vaticanae coaluit, Alexander VIII., delectu habito, inferendos curavit, quod etiam innuunt ipſius Codicis involucro a tergo impreſſi Spicarum Manipuli cum Diademate, qui regium Chriſtinae Stemma praeſeferunt, tum geminae Aquilae in unum conſociatae, quas Ottoboniae Gentis inſigne novimus. Henricus Brenckmannius [33], ut ex locis inferius adducendis conſtabit, hunc Codicem circa annum M. a Chriſto nato exaratum affirmat. Verum nos cum Viro praeclariſſimo, doctiſſimoque Joſepho Garampio Patricio Ariminenſi, Baſilicae Vaticanae Canonico, Secretiorum in Urbe Archivorum Praefecto, & a Notis arcanis Pontificis, qui ſtudiorum noſtrorum fautor eſt ampliſſimus, ac benemerentiſſimus, tum cum Praeſule eruditiſſimo Stephano Borgia Diplomaticae Artis peritiſſimo, & editis Libris clariſſimo, cumque Johanne Contio Romano ingenuo Amico noſtro, ac Viro inſignis doctrinae, maximaeque praeſertim in veteribus Chartis tractandis, dijudicandiſque peritiae ad IX., vel ſaltem ad X. Chriſti Saeculum hunc Codicem, rotunda characterum forma ſuffragante, retrotrahimus, cujus rei quidem, ut tu ipſe, Erudite Lector, judex fias, nunc aere caelatum characteris ſpecimen ex primae Chartae adverſa parte petitum

(32) §. IV.

(33) Vid. inferius §. VIIII.

tum heic sistimus, quod sane & concinne expressum, atque autographi fidem plenissime referens certo credas:

Specimen Characteris Codicis Ottoboniani
pag. 1. a tergo



Quare,

Quare, ut interim de Codice aliqua attingamus, dicimus, ipſum membranaceum eſſe, eaque forma compactum, quam integri folii octava pars conſtituit; Quaternionibus, ſeu quinternionibus, ut vocant, XVII. conſtare, qui Alphabeti litteris ad calcem poſtremae paginae numerorum loco diſpeſcuntur, quique octonis chartis (ſi nonnullas, quae deſiderantur, excipias) componuntur; Chartis vero ſimul ſumptis 127. donari, quas tamen ex una tantum parte recenter adnumeratas ſcias, omiſſis nunc, quas exciſas inferius monebimus. In antica parte prioris chartae duplici ſigno Codex inſtructus eſt, ſcilicet S. X. 20., & E. 6. 3., pro Cimeliorum nempe mutatione. Ibidem ſuperne titulus ex recentiori manu acceſſit, quo CODEX THEODOSIANUS protenditur. Antiquiori charactere, quem parum a totius Codicis ſcriptura diſſitum affirmo, haec circa medium habes: *Confitebor tibi dne*, quae ſane nil cum Codice commune habent, quaeque ibidem ab aliquo inopportune inlata non temere exiſtimes. Inferne vero poſteriori manu, quae tamen antiquior eſt ea, qua laudatus titulus ſuperne ſignatus expreſſus eſt, habetur LEX ROMANA. Prioris chartae poſticam partem, utpote ornamentis quibuſdam inſigniorem, jam in characteris ſpecimine, quod exhibemus, integram prorſus habes, quae ſic inchoatur: INCIPIT CAPITLA DE LEGE ROMANÆ, de qua Lege quidem, quam poſtremo loco exhibemus, agendum erit inferius [34]. Sequuntur Rubricae Capitulorum, quibus ſinguli fere veteres Codices auſpicari conſueverunr. Lex haec in Codice noſtro donatur XLVIII. Capitulis, at in Indice Rubricarum uſque ad XIIII. producuntur, cum integra Charta, quae reliqua continebat, perierit, quemadmodum integra alia periit ad calcem hujus Legis, ubi deſcriptus fuerat Index Rubricarum Novellarum Theo-

(34) §. XVI., *&* *ſeqq.*

Theodosii Jun., & initium ipsum Novellae I., ut monuimus etiam ad Indicem, quem in Opere hoc exhibuimus [35]. Aliquas etiam chartas excisas videas ad Codicis finem, ubi Caii Institutiones legebantur, ut advertimus quoque ad *Auctarium Variarum Lectionum aliquot in nonnulla loca Institutionum Caii* [36]. Ceterum Codex nulla alia chartarum detrimenta expertus est, nisi excipias quatuor priores ad laudatam Romanam Legem usque ad Capitulum VII., quae corruptae paullulum sunt, ut proinde litterae aliquot perierint, quas propterea Italico, seu *cursivo*, ut ajunt, charactere supplevimus, ut etiam suo loco monuimus [37]. Post Legem Romanam, quae perficitur ad p.23. a ter., sequuntur Novellae Theodosii Jun., quae numerantur XXV., ut ex Indice, quem protulimus, erui potest, quaeque ad pag. 68. usque pertingunt. Quare pag. 69. incipit Index Rubricarum Novellarum Valentiniani III., quae censentur XXXIII., & ad pag. 115. usque extenduntur; ubi etiam habetur Index Rubricarum Novellarum Maioriani, quae XII. numerantur, quaeque ad Titulum VII. abruptae paginam 125. attingunt, cujus paginae postica pars occupari incipit ab Institutionibus Caii usque ad pag. 127., ubi Codex noster omnino deficit. Verum de hisce omnibus deinceps singillatim verba faciemus; quemadmodum concinniori loco dicendum nobis supererit de Amanuensis sphalmatis exstantioribus, de idiotismis, de orthographia, de siglis, ceterisque, quae accuratissimam Codicis descriptionem exhibeant [38].

VIIII. Codicem hunc, quaequae in ipso insigniora continentur, V. scilicet, quas diximus, Novellas anecdotas praecipue detexit, ac celebres fecit Leonardus Adamius Domo Volsiniensis, origine Venetus, Romae omnium primus a Bibliotheca Josephi Renati Imperialis S. R. E. Cardinalis, Vir

(35) *Pag.* 68.
(36) *Pag.* 112.
(37) *Tit. I. adnotat.* (1), & *Tit. VII. adnotat.* (1).
(38) §. XII.



Vir ſane *Arcadicorum* Opere, cujus primam Partem vulgavit, tum omnigena eruditione, & exoticarum Linguarum peritia, qua mire pollebat, celeberrimus, quique & Libanii Graeca Opera auctiora, atque emendatiora, quae nunc in Imperiali Bibliotheca ejuſdem manu exarata cum pulvere, ac blattis colluctantur, edidiſſet, tum & Jornandis Hiſtoriam *de Rebus Geticis* ex Cod. Ottoboniano pleniorem, *Arcadicorum* Partem ſecundam, ac Libros IV. Poggii Florentinii *de Varietate Fortunae* evulgaſſet, quos poſtea edidit Pariſiis Vir Cl. Dominicus Georgius mox eidem Imperiali Bibliothecae Praefectus, ac dein ab intimo Sacello Benedicti XIV. P. M. cura Joh. Olivae Rhodigini, quibus etiam addas Opus inſcriptum *Peloponneſus illuſtratus*, tum laudatas V. Novellas anecdotas, ac ipſum Papiani Reſponſum multo auctius, quam antea, quae omnia inſuper in lucem emiſiſſet, niſi integra prorſus aetate vitam cum morte commutaſſet, ſcilicet V. Idus Januarias ann. MDCCXIX., cum ipſe annum ageret XXVIII [39]. Ejus Vitae Commentarium habes in Notitiis Hiſtoricis Arcadum vita functorum [40], auctore Logiſto Nemaeo, ſeu Comite Franciſco Mario Campellio Juriſconſulto, ac Patricio Spoletino, quem conſulere poteris, cuique

(39) Auctor Novi Supplementi ad Magnum Lexicon Hiſtoricum Aloyſii Morerii inferius citandi *adnot.* (42), forte Abbas Goujetius, qui, ut diſcimus ex altero Proſperi Marchandii Lexico Hiſtorico, anno 1735., & 36. Pariſiis edidit Tomos II. Supplementi ad praecedentes Morerii Editiones, Adamium denatum dicit die 19. Januarii ann. 1717., die, & anno claudicante. Heic nunc quoque juvat monere, Adamii noſtri cineres conditos eſſe in Baſilica Sancti Laurentii in Damaſo, ad cujus monumentum haec fuerant inſcribenda:

D. O. M.

Volſiniis natus iacet hic Leonardus Adamus,
Romani, & Veneti Civis honore potens.
Qualis erat, quantuſque, ſatis ſua ſcripta docebunt;
Urna tegit cineres, Fama vagatur adhuc.
Mors immaturum abripuit, metuebat adultum,
Namque immortalis, ſi viguiſſet, erat.

Ad Adamii noſtri Opera addi etiam poterit eruditiſſima ipſius latina Epiſtola ad Joh. Marium Creſcimbenium in veterem quamdam Inſcriptionem DIVO. AC. VENERABILI. PRINCIPI. CONSTANTINO &c. dicatam, quae ab eodem Creſcimbenio inſerta eſt in ejus Opere, quod eſt de Statu Baſilicae Sanctae Mariae *in Coſmedin* anni 1719., *Lib. I. Cap. VI. pag.* 31.

(40) *Notizie Iſtoriche degli Arcadi morti Tom. I. Roma* 1720. *num. XII. pag.* 33.

que etiam addas, quae de ipſo retulit Vir Cl. Comes Joh. Marius Mazzucchellius Brixianus,

Quem nunc emeritae permenſum tempora vitae
Secreti pars orbis habet, mundusque piorum,

in ejus Italiae Scriptoribus [41], tum quae in Supplemento ad Lexicum Hiſtoricum Aloyſii Morerii adnotavit Gouietius [42]. Cum vero ex Ephemeridibus quibuſdam Germanicis [43], tum etiam ex Gallicis [44] Litterato Orbi de hiſce Novellis anecdotis evulgandis Adamii mens innotuiſſet, ita omnium animos earum deſiderium inceſſit, ut ex Germanicis Juriſconſultis quamplures intenſius Adamii mortem lamentati hoc nomine fuerint, ut deinceps patebit. Adamium ſiquidem paraſſe ipſummet hujus Operis Titulum, ac Specimen edidiſſe factae collationis Novellae Valentinianeae XXIII. cum Cod. Ottob., tradidit Chriſt. Godofr. Hoffmannius [45], tum Joh. Salom. Brunquellius [46], qui inſuper addit, hoc Specimen Cl. Menckenio ab Adamio fuiſſe tranſmiſſum, tum ipſe Ritterius quoque rurſus ingerit [47]. Verum hoc Specimen, de quo

(41) *Scrittori d'Italia Vol. I. Part. I. pag. 131. voc. Adami.*

(42) *Nouveau Supplement au grand Dictionnaire Hiſtorique de M. Louis Moreri a Paris 1749. pag. 16. voc. Adami.* Vid. *adnot.* (39).

(43) die gelehrten Zeitungen ad ann. 1717. *num.* 54. Vid. Brunquellium inferius citandum *adnotat.* (46).

(44) *Nouvelle ſcavantes de l'an* 1719. *page* 157., ad quas provocat loc. cit. Auctor Supplementi ad Lexicon Morerianum.

(45) *Hiſtor. Jur. Romano-Juſtinianei Vol. 1. Lib. I. Cap. II. Sect. III. §. 71. pag. m. 484. Lipſiae 1734: Diverſas hujus Collectionis* (sc. Novellarum Conſtitutionum) *habemus Editiones, quarum ex Mſ. Ottoboniano auctiorem, & emendatiorem pollicitus fuit* V. C. *Leonhardus Adamus Volſinienſis: prodiiſſe autem illam, non novimus.* Tum ibid. adnot. (*e*) *pag.* 486: *Titulus promiſſi Operis eſt*: Impp. Theodoſii, Valentiniani, Marciani, Maioriani, Severi, & Anthemii Leges Novellas, Papiani, ut vulgo dicitur, Reſponſorum Librum ex vetuſtiſſimo Mſ. Otthoboniano auxit, ſupplevit, & emendavit L. Adamus Volſinienſis ὃς ἐν 'Αχάιᾳ (corrige ὁ ἐν 'Αχαΐᾳ) Philocles Aepeus ad Clementem XI. Pontif. Max. *Quid autem ab hac editione expectandum fuerit, docet Specimen factae collationis Novellae XXIII. cum Codice Otthoboniano, quod hic integrum inſerere placuit &c.*

(46) *Hiſtor. Jur. Romano-Germanici Francofurti, & Lipſiae* 1742. *Part. I. Cap. XIV.* §. 21. *pag.* 163: *Separatim hae Novellae apud Robertum Stephanum* (*Pariſiis a.* 1571.) *inter Petri Pithoei opera* (*ibid. a.* 1609. *edita*) *& cum notis Conradi Rittershuſii* (*Francofurti* 1651.) *prodierunt; novam deniqae harum Novellarum, earumque auctiorem, & accuratiorem editionem ex collatione Mſti Ottoboniani Leonhardus Adamus Volſinienſis pollicitus eſt* (*uti* die gelehrten Zeitungen *ad a.* 1717. *n.* 54. *referunt*) *cujus ſpecimen clariſſimo Menckenio ab Auctore tanſmiſſum Hoffmannius* (*v. in hiſtor. jur. pag.* 232.) *exhibet.*

(47) *Novell. Valentiniani inter Theodoſianas XXIII. adnot.* (4) *To. VI. Part. II. Cod. Theod pag.* 65. *col.* 2: *Leonardus Ada-*

de quo jam egimus in Indice Novellarum Valentiniani III. (48), frustra quaesivimus in instructissimis omnibus Urbis Bibliothecis, ac praesertim in Bibliotheca Amplissimi S. R. E. Cardinalis Alexandri Albanii, utpote qui sit Clementis XI. P. M., cui Opus inscribebatur, Fratris Filius, tum & apud lectissimam Feminam virtute, ac litteris praestantem Josepham Mariam Victoriam Adamiam ex Neapolitana Gente Salia, Leonardi Glorem, quae inter selectissimorum Librorum Seriem, quam ex defuncti Conjugis Josephi Marii Adamii hereditate domi adservat, nihil hujusmodi habet, quamvis apud ipsam videre contigerit Cl. Leviri effigiem aere expressam, cujus quidem ectypo jam nos antea fruebamur. Praeterea nec Joh. Gottlieb. Heineccium (49) latuit Adamii consilium de hujusmodi Novellis edendis; quin etiam innotuit Auctori anonymo Historiae Juris Chronologicae, quae praemissa est Editioni Corporis Juris Civilis Romani, quae Lipsiae anno MDCCXL. peracta est (50). Tandem hanc Novellarum Editionem, quam parabat Adamius, memorarunt etiam Campellius, Mazzucchellius, & Gouietius, quos jam supra designavimus (51). Quomodo autem insignis hic Codex in Adamii manus inciderit, ignotum mihi est; Ceterum facile suspicor, eumdem ipsi traditum quoquo modo ab Andrea

Adami Volsiniensis ex Cod. Ottoboniano Novellas has auctiores, & emendatiores editurum se promisit, sed consilia mors turbavit. Is in Specimine ad Clementem XI. P. M. edito ad Lectionem Ottoboniani Codicis notat legendum &c.

(48) Ad *Tit.* juxta Ottob. Cod. XIII. *p.* 92.

(49) *Histor. Jur. Civ. Roman., ac German. Lib. I. Cap. V.* §. 380. *edit. Venet. pag* 392. *adnotat.* (*) : *Promiserat Leonardus Adami Volsinensis Auctor, scripta Historia Arcadica, seu Academiae Arcadum, cujus ipse socius erat* (at Liber inscribitur *Arcadicorum*, & est de veteribus Arcadiae populis) *famam consequutus, se has Novellas, nec non Papiniani* (lege *Papiani*) *Responsa multo auctiora, atque emendatiora ex vetustissimo Codice Msc. Ottoboniano editurum, simulque in lucem protracturum quinque Novellas adhuc ineditas. Sed mors, quae Virum Doctissimum anno MDCCXIX. die IX. Januarii Reipublicae Litterariae eripuit, omnia ejus consilia in primis, quae de edendo Libanio, & Jornande ceperat, turbavit.*

(50) *Per Joh. Fridericum Gleditschium pag.* 6., ubi sic ait anonymus Auctor: *Post Theodosium multae constitutiones ab ejus successoribus sancitae sunt, quarum accuratiorem, & auctiorem editionem ex vetustissimo Msto Ottoboniano pollicitus est Leonhardus Adamus Volsiniensis.*

(51) *Locc. citt.* superius *adnotation.* (40), (41), & (42).

drea ejus Patruo, nonnullis etiam Libris editis satis celebri [52], qui jam Romae apud Ottobonium Cardinalem a pluribus annis degebat. Numquam vero Leonardus noster Ottobonianae Bibliothecae Praefectus exstitit, quemadmodum innuit Mazzucchellius supra laudatus [53], ut ibidem proinde hunc Codicem per se ipsum attrectare potuerit. Verumtamen praeclarum hunc Codicem versaverat jam antea Romae Henricus Brenckmannius, quin & V. Novellas anecdotas ex eodem se descripsisse, testatur in Epistola ad Hadrianum Relandium [54]. Tum & hujus Codicis rursus meminit in *Historia Pandectarum*, *seu in Fato exemplaris Florentini* [55], quod quidem etiam superius innuimus [56]. Ritterius quoque idem de Brenckmannio testatur, atque Novellas ipsas, tum variantes lectiones ex eodem Codice se editurum promisit, quas a Viro inter Italos doctissimo praestolabatur [57]. Verum spe hac Ritterius fraudatus est, ut even-

(52) Andreas Adamius obiit Romae anno 1742. Ipse ann. 1711. vulgavit Opus, cui titulus: *Osservazioni per ben regolare il Coro della Cappella Pontificia col Catalogo de' Cantori Pontifici. Roma per Antonio Rossi in* 4. Tum ann. 1734.. & 37. duo Volumina edidit, quorum titulus: *Storia di Volseno antica Metropoli della Toscana &c. Roma per il Rossi in* 4. Vid. Joh. Marium Crescimbenium *Storia della volgar Poesia Vol. I. pag.* 30. *Vol. V. pag.* 281., & Mazzucchellium *Scrittori d' Italia Vol. I. Part. I.* voc. *Adami*.

(53) *Adnotat.* (41).

(54) *De Consulibus, quorum in Pandectis fit mentio*, post Fastos Relandinos in Appendice ad *Fast. Roman. Consular. Theodori Jansonii ab Almeloveen Amstelaedami* 1740. *pag.* 621., ubi sic habet: *Denique non abs re fore arbitror, si pro appendice praecedentium subjecero praecipuas quasdam differentias circa diem, & consulem Novellarum Theodosii, Valentiniani, & Maioriani. Contuli enim rubricas earum, & inscriptiones, sed vel maxime etiam subscriptiones, usus codice sat bonae notae ex laudata Bibliotheca Eminentissimi Ottoboni, in quo* MS. *praeter eas Novellas, quas Jac.* Gothofredus *post* Codicem *Theodosianum edidit, quinque alias constitutiones ineditas reperi, ac descripsi. Inscribitur is* MS. Codex Theodosianus; *& postea*: Lex Romana: *videturque exaratus circa annum M. a Christo nato. Relatus autem est in Indice splendidissimae illius Bibliothecae sub littera* S. X. 20. *Sunt porro Novellae constitutiones, ipsique tituli eo in Codice alio prorsus ordine collocati, quam a Gothofredo exhibentur, habita potissimum temporis ratione.*

(55) *Trajecti ad Rhenum* ann. 1722. *Lib. I. Cap. IX. pag.* 55., ubi sic inquit: *Legem Romanam appellabant compilationem Juris ex Codice Theodosiano, & fragmentis quibusdam Ante-Iustinianeis ab Alarico sub Gothis conceptam. Ita Codex MS. membranaceus Ottobonianae Bibliothecae, qui Theodosianum Codicem, hoc est potissimam Romanae legis partem cum Novellis Theodosii, Valentiniani, & Maioriani complectitur, addita Juris epitome, quique circa annum M. exaratus videtur*, LEX ROMANA *palam inscribitur.*

(56) §. *VIII.*

(57) *To. I. Cod. Theod. Praefat. Lector. Benevol. pag.* 2: *Servatur Codex antiquus Romae in Bibliotheca Eminentissimi Cardinalis Ottoboni, quem in Itinere Italico contulit Brenckmannus, & Novellas quasdam constitutiones ex eo excer-*

ventus poſtea docuit. Deinde Codicem hunc etiam Romae conſuluit, teſte eodem Ritterio [58], Joh. Chriſtianus Goetzius Regi Poloniae a Sacris, qui forte ipſum integre exſcripſit, cum variantes nonnullas ex eo lectiones Ritterio communicaverit, de quibus jam nonnulla adnotavimus in Indice Novellarum Theodoſii Jun. [59], & alia etiam pauca inferius attingemus [60].

X. Poſtremo tandem hunc Codicem jam diſtractum, antequam Ottoboniani Codices Vaticanis accederent, adeptus eſt Vir Cl. Conſtantinus Ruggerius Civis Archangelianus, & Romae Ottobonianae primum, mox Imperiali Bibliothecae Praefectus (heu quam diro fato nobis ereptus!), qui proinde ex eodem tum Novellas ipſas anecdotas, tum Papiani Reſponſum, ſeu Legem Romanam edere conſtituerat. Verum alio mente converſus conſilium hoc facile abjecit. Quare duobus fere, antequam moreretur, menſibus mihi, qui me Comitem illi perpetuum adjunxeram, Codicem hunc liberaliter conceſſit, monuitque & de V. Novellis anecdotis, & de Lege Romana, quae in eodem continebantur, ſimulque mihi auctor fuit, ut haec omnia naviter exſcriberem, commentariis ornarem, tum etiam prelo committerem, hiſque tandem omnibus honori meo, quae ſua in me humanitas erat, abunde conſulerem. Avide tunc rem continuo aggreſſus ſum, verum quam haud perſequi continenter potuerim.

excerpſit, ineditas adhuc, quas & tecum, L. B., communicaturus ſum, cum ſpes mihi facta ſit a Vira inter Italos doctiſſimo, propediem & variantes, quas ſervat Codex, lectiones, & alia, quae ſunt notatu digna, ad me tranſmiſſum iri. Cum vero Codex hic inſcribatur Codex Theodoſianus, *& poſtea* Lex Romana, *non is alius eſt, quam quem Alarici Regis juſſu conſecere Viſo-gothi*. Haec Ritterius hauſit ex Brenckmannio loco ſupra cit., ſed uterque alucinatus eſt, ut oſtendemus inferius §. XVI., & XVIII.

(58) *To. VI. Part. II. Cod. Theod. Praefat. Lector. Beneval. pag. 4: Acceſſit MS. Otobonianus, quem cum Romae haereret, Brenckmannus inſpexit, ex eoque non infeliciter emendavit Conſulatus nonnullos in Appendice Faſtorum Relandi. Hunc ſatis antiquum Codicem Joannes Chriſtianus Goetzius, Potentiſſimo Regi Poloniarum a ſacris, Vir humaniſſimus, & politioris literaturæ amantiſſimus, cum ante annos aliquot Romam inviſiſſet inveſtigandarum antiquitatum cauſſa, iterum conſuluit, mecumque benigniſſime varias communicavit lectiones.*

(59) Ad Novell. I. *pag.* 69.

(60) §. *XIV.*

rim. Accessit siquidem praeter multiplices Scholasticas exercitationes, ac diversa studiorum genera onus novis additamentis, Praefatione scilicet, adnotationibus, atque VI. anecdotarum Tabularum Appendice exornandae quartae Bellorianae Editionis *Fragmentorum Vestigii veteris Romae*, quam typis editam per nos jam habes (61). Tum addita est provincia longe impeditior illustrandorum veterum omnium Monumentorum, quae in Aedibus, & Hortis Caelimontanis Matthaeiorum Principum adservantur, quaeque propediem tribus Voluminibus comprehensa in publicam lucem emittentur. Quare cum succisivis horis dumtaxat ad hujusmodi Novellas, & ad Romanam Legem illustrandam incumbere nobis licuerit, res longius protracta est, quam nobis esset in votis. Interim vero, ut gratum animum nostrum, tum & sincerum obsequii argumentum erga pientissimos Manes amicissimi, ac plane doctissimi Viri Constantini Ruggerii, qui nos hujusmodi Cimelii possessores, & editores esse voluit, ea, qua possumus, ratione exeramus, illius Vitae Commentarium elaborandum suscepimus, quem post Praefationem statim offendes; Sic enim sequutos videbimur praeclara exempla tum Antonii Marvillii, qui hac ratione Jacobo Gothofredio, cujus ad Codicem Theodosianum illustrationes ipse edidit, parentavit, tum Joh. Danielis Ritterii, qui dein eidem Marvillio, tamquam Gothofrediani Operis Editori laudandae pietatis ergo justa persolvit; Siquidem nos non tantum Ruggerio nostro, tamquam hujusmodi Novellarum largitori, eique, qui earumdem Editor futurus erat, haec pietatis officia tribuimus, verum etiam tamquam pluribus aliis nominibus

(61) *Fragmenta Vestigii Veteris Romae XX. Tabulis comprehensa cum notis Johannis Petri Bellorii Editio quarta, cui accesserunt incerti Auctoris, & Johannis Christophori Amadutii Sabinianensis Adnotationes, ejusdemque Appendix, in qua IV. aliae Tabulae anecdotae, quae in Capitolio adservantur, publici juris fiunt, ad Sanctissimum Dominum Nostrum Clementem XIII. Pontif. Opt. Max. Romae 1764. in fol.* Vid. *Gazzette Littéraire de l'Europe 18. Juillet 1764. n.24.*

bus Amico de nobis optime merito. Neque heic nunc ſilentio praetereundum, dum hoc Opus noſtrum prelo cuderetur, has ipſas Novellas ex eodem Ottoboniano Codice depromptas Faventinis Archii typis prodiiſſe, luculentiſſimo Commentario illuſtratas Antonii Zirardinii Ravennatis, Viri Conſultiſſimi, qui eumdem Codicem, inſciis nobis, ab ipſo Ruggerio jampridem obtinuerat, qui ſane longe effuſiori doctiorum Adnotationum ſegete, uberiorique rerum lectiſſimarum apparatu rem perfecit, quod ſane ſi nobis, antequam hanc Spartam ornandam ſuſciperemus, innotuiſſet, citra publicae fidei, qua jam obſtringebamur, injuriam eadem forte dimitti a nobis poterat. Scilicet Zirardinianae Editionis rumor ad nos dumtaxat afflavit per litteras, quas exaratas ad d. XVII. Kal. Quinctiles hujus anni accepimus a Viro Cl., & Amico noſtro Hieronymo Ferrio Longianenſi, Publico in Urbe Faventina Eloquentiae Profeſſore, quas proinde in ima ora ſubjectas habes [62]. Ceterum Opus noſtrum, licet doctrinarum copia exilius, non omnino tamen inutile, aut contemnendum videbitur, non tantum quod multo plura, quam Faventina Editio ferat, ipſum contineat, eaque diver-

(62) *H. Ferrius J. C. Amadutio S. D. Superioribus litteris ad me ſcripſeras quinque Novellis Legibus nondum editis Codicis Ottoboniani manus admoviſſe te, Librumque Boſebio Praeſuli rebus omnibus ornatiſſimo inſcriptum tum demum proditurum, cum inter Cardinales renunciatus fuerit. Operis commemoratione factum, ut alterum in mentem venerit, quod Zirardinius, Vir in primis eruditus, Legumque peritus paucis ante diebus Archii typis publici juris fecit, inciditque ſuſpicia eademmet ipſa Ravennati propoſita, quae Sabinianenſis edere cogitaſſet: quam ſuſpicionem meam Amicum latere nolui, remque ita ſe habere comperi, uti conjeceram. Quare te monendum cenſeo, ne actum agas: praeſertim vero, cum & prolegomenis, & commentario perpetuo ita Leges illas illuſtraverit homo navus, & induſtrius, ut operom, & oleum fortaſſe perditurus videatur quicumque alius rem aggreſſus aliquid ſimile tentaverit.* (Id an contigerit miſeris nobis, erudlti dijudicent.) *Porro alias litteras ad me dederas menſe Martio, quibus provinciam hanc a te ſuſceptam indicabas, perque Caeſenates confecturum ſperabas. Sed cum eo tempore non ſatis commoda uterer valetudine, neque attente legi, neque Editio, quae ad finem properabat, occurrit: & niſi rurſus propoſitum attigiſſes tuum, nihil admodum Zirardiniani laboris meminiſſem. Quapropter & tempori, & valetudini tribues, ſi quid a me negligentia peccatum, facieſque, quod prudens quiſque hujuſmodi in re factum velit. De Oratiuncula ſatis ſuperque: quam tamen Facciolato, Morgagno, Sibiliato, ampliſſimis in Patavina Academia Eloquentiae Triumviris non parum probari ſcias. Vale. Dec. Sept. Kalend. Quinctiles MDCCLXVI.*

diverſis ſimul illuſtrationibus locupletata, ac fideliori ratione perfecta exhibeat, ſed quod etiam nitidiori characterum forma, atque ampliori charta illud Romae confici curaverimus, quod propterea ad Marvillianam, & ad poſtremam Ritterianam Codicis Theodoſiani Editionem, tamquam Appendix quaedam facile accedat, quodque etiam ſeorſim ab ipſo Codice concinne haberi poſſit.

XI. Verum nunc tandem plenius & ipſarum Novellarum, & totius Operis noſtri ratio eſt exerenda. Novellae igitur, quas nunc edimus, quinario numero continentur, quarum tres, quae antecedunt, ad Theodoſium Jun. pertinent, duae vero, quae ſubſequuntur, Valentinianum III. Auctorem habent. Quae primo loco occurrit, eſt *de Poſtulando, & de perpetuanda advocatione*; cujus dumtaxat extrema pars, ſalutatio nempe ad Florentium Praefectum Praetorio, cui Novella haec inſcribitur, innotuerat, cum eadem Amanuenſium vitio in aliis Codicibus, ex quibus Typographicae Editiones perfectae ſunt, cum antecedenti Novella coaluiſſet, cui etiam proinde propriam Clauſulam nunc ſimul ex noſtro Mſ. Codice reſtituimus, quae uſque dum prorſus latuerat. Hac ſcilicet Novella advocationis munus, quod antea viginti annorum curriculo circumſcribebatur, Cauſſidicis perpetuo, ac tota vita indulgetur, exceptis tamen Advocatis Praefectorum Praetorio, quod ipſis hujuſmodi conceſſionis ſublatio aliorum privilegiorum collata compenſatione reficeretur. Ea vero, quam ſecundo loco recenſuimus, ita inſcribitur: *Ne Curialis ad Senatoriam dignitatem, vel ad aliquem honorem adſpiret*; quae quidem data eſt ad Zoilum Praefectum Praetorio Orientis, de quo nos quidem multa Scriptorum loca collegimus, quandoquidem nihil de eo tradiderant Gothofredius, & Ritterius in Proſopographia Codicis Theodoſiani, licet ex duabus Juſtinianei Codicis legibus eidem commendatis ipſius nomen

men compertum jam haberetur. Hac quidem Novella Valeriani cujusdam Curialis Emesae fastum Imperator retundit, qui cinguli, & insularum honore elatus Provinciae Rectorem aspernari ausus fuerat. Tertio loco succedit Novella, quae est *de Competitionibus*, quaeque eidem Zoilo inscribitur, cujus sane pars potissima ex *l. ult. Cod. Just. de Petitionib. bonor. sublat. lib.* 10. *tit.* 12. jam in vulgus processerat, ut proinde, quae per nos nunc primum ex Cod. Ottob. proferuntur, rotundo charactere expressa fuerint, Justinianei insuper Codicis ad marginem variantibus lectionibus adlinitis. Hac sane Novella bonorum petitiones tolluntur, seu turpis illa calumniandi, & per aliorum patrimonia grassandi consuetudo, qua Delatores abutebantur, sterpitus eruitur. Hactenus de Theodosianis, nunc ad Valentinianeas Novellas gradum facimus. Hinc quae quarto ordine occurrit, est *de Indulgentiis Reliquorum*, atque ad Faustum Praefectum Praetorio Italiae dirigitur; Qua Valentinianus III. occasione sacrae festivitatis recentium quorumdam votorum, de quibus fusius inquirimus, quaeque ad XV. annalia Valentinianei Imperii amandamus, Provinciis omnibus, & Insulis Italiae ad IV. usque Indictionem, Africae vero ad III. fiscalia tributa relaxat. Subsequitur tandem quinta, quae sub eodem Titulo, quem supra innuimus, continetur, atque ad Maximum iterum Præfectum Praetorio Italiae data conspicitur; Ea vero Siculus possessor cum circumjectis Insulis VII. partis tributorum fiscalium solutione eximitur, barbaricae cujusdam vastitatis intuitu, quam nos respondere contendimus utrique Genserici Vandalorum Regis ex Africa in Siciliam irruptioni, quam tum an. CCCCXXXVII., tum anno CCCCXL. ex Chronicis contigisse advertimus, licet tamen potiore jure censeamus, secundam Vandalicam irruptionem huic Novellae occasionem praebuisse. Novella haec quidem manca est, & mutila, utpote quae careat mul-

multis intermediis, & fine. Ceterum Clausula quadam donatur in Codice nostro, quae ejusdem quidem non est, quamque nos sexto loco, tamquam Parergon recensemus, & alteri Novellae juxta Codicem nostrum Valentiniani Imp. secundae, quae est *de Postulando*, respondere contendimus; quam quidem fine carentem primus Cuiacius [63] ex lacera quadam scheda, sed tamen vetere, quae involucro Libri cujusdam Theologici adhaerebat, vulgavit, iterumque edidit Parisiis ann. MDLXXXVI. inter Novellas Marciani, ut taceam nunc alias Editiones, quas suo loco a nobis allatas habes [64]. Ceterum in Adnotationibus nostris toti fuimus, ut Clausulam hanc Ottoboniani Cod., & Fragmentum Cuiacianum, quod a Cuiacio ipso, & a Ritterio Maioriano tribuitur, Valentiniano III. restitueremus. Hac sane Novella, cujus nos postremam partem nunc primum litterato Orbi communicamus, iterum caussidicinae officium XX. annorum spatio circumscribitur, ut per hanc proinde prima nostra Novella anecdota, quae est *de perpetuanda advocatione*, abrogetur. Verum quid juvat heic repetere, quae adnotationibus nostris prosequuti jam fuimus? Sat enim erit nunc monere, nos neque ad hoc Novellae fragmentum, neque ad ceteras V. Novellas anecdotas quidquam praetermisisse, quod abstrusioribus praesertim rebus, quae in ipsis continentur, lumen aliquod affundere posset; Adnotatione prima siquidem exponere curavimus summatim, quae ad argumentum cujusque Novellae pertinerent, prioribus, ac posterioribus legibus, quae eidem cohaererent, in medium adductis; dein ibidem Novellam, quae illustratur, in epitomen quodammodo redigere sategimus. Sequenti vero adnotatione Praefecti Praetorio, cui Novella commendatur, notitias congessimus. Deinde ceteris adnotationibus, criticis quidem ut plurimum, egi-

(63) *Observation. Lib. XVI. cap. 22.* (64) *§. IV.*

egimus de Magiſtratibus, de Officiis, de Civitatibus, de Conſulibus, ac de ſingulis exſtantioribus rebus, quae in unaquaque Novella continentur; Quae omnia an pro dignitate perfecerimus, aliorum eſto judicium.

XII. Quomodo ſane Novellas has noſtras illuſtraverimus, hactenus habes. Nunc qua fidelitate, ac diligentia eaſdem protulerimus, aperiemus. Eas igitur per nos primum ex ipſo Codice anxia quadam religione deſcribendas curavimus; deinde Calliſti Marinii Piſaurenſis apud illuſtrem Praeſulem Joh. Baptiſtam Pergenium XII. Virum ſtlitibus judicandis ex Germanica Natione a ſecretis (65), atque tum eruditione, tum Jurisprudentia ſpectabilis Adoleſcentis ope adſcita, collationem cum Codice, & cum apographo noſtro inſtituimus, ut proinde non tantum ſolliciti de unaquaque vocula, ac litterula, ſed & de Amanuenſis ſphalmatis, ac de ſiglis omnibus fuerimus. Initio quidem animi pendebamus, utrum eaſdem rudes, & incorrectas ad Codicis fidem prorſus vulgaremus, an rectae lectioni reſtitutas exhiberemus; Sed Cl. Virorum Pagii (66), & Muratorii (67) praeceptis edocti, ceterorumque exemplo confirmati, qui Manuſcripta IX., vel X. Saeculi, eadem, qua donantur, orthographia, praeſertim ſi tunc primum emitterentur, exprimenda tradiderunt, quod & ipſi eadem prorſus ratione exſequendum curarunt, noſtras haſce item Novellas ad exactam Codicis fidem, ſubjecta interim recta lectione, ne eidem impares quis nos ſuſpicaretur, tum ne imperitioribus ad Codicis menda aqua haereret, omnino repraeſentandas cenſuimus. Quare nonnullarum litterarum

(65) Vulgo *Secreto di Rota*.

(66) *In Annalib.* Baronii ad ann. 67. *n. 7. In Mſs., numiſmatibus, & inſcriptionibus deſcribendis ipſa etiam opificum, & librariorum errata repraeſentari debere*.

(67) *Antiq. Med. Aevi* Diſſert. XI: *Hos ego criticae regulas reor, ſcilicet in veterum monumentis primum edendis nihil opus eſſe diſcedere a lectione Codicis; immo rem poſcere, ut quantum fieri poſſit, eadem lectio retineatur, excluſis tantum apertiſſimis librarii mendis*. (Hoc tamen poſtremum intellige, ſi deſit rectae lectionis ſubſtitutio, qua nos autographi menda veluti expunxiſſe videmur).

rum, ſeu notarum ectypos ex induſtria elaborandos commiſimus, qui tum Codicis characteres, tum ſigla exſtantiora pleniſſime aemularentur, ut e. g. ꝓ *pro*, p̄ *prae*, ꝑ *per*, ceteraque hujuſcemodi, quae genuinum Codicis Textum percurrenti illico patebunt. Amanuenſis etiam ſphalmata omnia ſervavimus, quorum ſane inſigniora haec habeas ex variis Codicis noſtri locis data opera ſelectis, ut heic nunc ejuſdem accuratiſſimae exhibendae deſcriptionis, quam ſupra recepimus [68], occaſionem arripiamus; Scilicet *adpraritorem*, *nequererint*, *ſtrepitu eruere*, *militum modiorum*, *ſema*, *melicum*, *ninputaneis*, *exſuarum* pro *adparitorem*, *nequiverint*, *ſterpitus eruere*, *millium modiorum*, *ſemina*, *militum*, *imputandis*, *expenſarum*. Cetera taedet perſequi. Si de idiotiſmis quaeras, paſſim ii occurrunt, ut *ſede* pro *ſit*, *ſollempniter* pro *ſolemniter*, *inluſter* pro *inluſtris*, *querella* pro *querela*, *auxus* pro *auſus*, *inquoari* pro *inchoari*, *conſecuntur* pro *conſequuntur*, & cetera hujus generis. Hinc litterarum permixtiones frequentiſſimae, ut *a* pro *i*, ſcilicet *temeratatis* pro *temeritatis*, & viciſſim *i* pro *a*, ut *campinia* pro *campania*; *b* pro *v*, ut *alubionibus*, *abieno* pro *aluvionibus*, *Avieno*, & viciſſim *v pro b*, ut *uellorum*, *ſaluuerrima*, *puuertatem*, *aceruiſſima* pro *bellorum*, *ſaluberrima*, *pubertatem*, *acerbiſſima*; *c* pro *t*, ut *eciam*, *precia*, *tercia*, *devocionis* pro *etiam*, *pretia*, *tertia*, *devotionis*; *d* pro *t*, ut *adque ſid*, *derelinquid*, *tedead* pro *atque*, *ſit*, *derelinquit*, *taedeat*; *e* pro *i*, ut *letigatoribus*, *cetra*, *iures*, & ſexcenta hujuſmodi pro *litigatoribus*, *citra*, *juris*, & viciſſim *i* pro *e*, ut *extimantis*, *debit*, *offinſam*, & millena hujus generis pro *exiſtimantes*, *debet*, *offenſam*; *g* interdum pro *c*, ut *argana*, pro *arcana*; *m* pro *n*, ut *imperpetuum*, *quimdecim* pro *in perpetuum*, *quindecim*, & viciſſim *n* pro *m* ſaepiſſime, ut *autin*, *inproborum*, *inple-*

(68) §. *VIII.*

inpleverit, *inpune* pro *autem*, *improborum*, *impleverit*, *impune*; *o* pro *u*, ut *grado*, *curricolis*, *postolandi*, *nominis* pro *gradu*, *curriculis*, *postulandi*, *numinis*, & vicissim *u* pro *o* passim, ut *grassatur*, *moderaturi* pro *grassator*, *moderatori*, & omnes fere accusandi casus pluralis numeri masculini generis ex secunda delinatione, ut propterea tot nominandi casus singularis numeri videri possint; *s* pro *x*, ut *eudosi*, *sestarius*, *masimo* pro *Eudoxi*, *sextarios*, *Maximo*; ac tandem *y* pro *i*, ut *cyngulum*, *arbytrium*, *cyues*, *tyronum* (69) pro *cingulum*, *arbitrium*, *cives*, *tironum*, & vicissim *i* pro *y*, ut *Ciro*, *simacho* pro *Cyro*, *Symmacho*. His adde, quod interdum *h* exuberat, ut in vocibus *hautoritas*, *perhenni*, *exhigentium*, *exhiguis*, *hinferat*, & ceteris; aliquando desit, ut in vocibus *scholaribus*, *teudosio*, *uiusmodi*, *oris*, & similibus. Partier *m* passim modo exuberat, modo deficit, & praesertim, ubi exprimitur per suprapositam lineam: Exemplis parcimus, quae sunt innumera. Diphtongi ut plurimum absunt; interdum tamen solutae, aliquando per suppositam virgulam, seu caudulam ad litteram *e* sic *ę*, ut nunc etiam vulgo scribitur, expressae cernuntur; quemadmodum interdum eaedem male appinguntur, ut in vocibus *allaegatum*, *moeram*, *minimae*, quae quidem adverbii locum tenet. Accusativus casus pro ablativo passim occurrit, e. g. *cingulum dignitatem privari*, *pro numerum*, *ex testamentum*, *sine dubium*, & vicissim ablativus pro accusativo, ut *per testamento*, *secundum lege*; tum etiam genitivus pro accusativo, ut *per orientis*, ac tandem accusativus pro dativo, & ceterae hujuscemodi stribiligines, quas persequi haud expedit. Ut de abbreviaturis, ac de siglis simul aliqua attigamus, praecipue hae sunt: *id. aa*, idest *Iidem Augusti*; *pk aa*, idest *Praefecte carissime Augusto-*

(69) Manutius in *Orthographia* putavit, *Tyro* scribendum cum *y*, quod ita signatum vidisset in pseudo-S.C., seu pseudo-Plebiscito, quod legitur ad Pontem ementiti Caesenatensium Rubiconis, qui *Pissatelli* nomine ab Incolis salutatur. Verum in secunda *Orthographiae* Editione sententiam mutavit.

ſlorum ; *theud.* , ideſt *Theodoſio* ; *u c* , ideſt *Viro Clariſſimo* ; *C R p R um* , ideſt *Comes rerum privatarum* , *dno* , ideſt *Domino* , & millena hujuſmodi , inter quae reponas omnes voces , quibus appictas vides novas litterarum formas , quas nos ad fidem Codicis effingendas curavimus. Ut autem de punctis, & interpunctionibus aliqua etiam moneamus, ſciendum, puncta quidem in Codice noſtro frequentiſſima eſſe , & ut plurimum erratica , & fallacia , ut , ſi eis quis attendere vellet , de ſenſu verborum actum eſſet omnino . Interdum etiam puncta inter ipſas unius vocis litteras intercedunt , ut inde verborum monſtra conflentur , e. g. *lege prioris* . *ublata* pro *lege priori ſublata* ; *ſemouente* . *ſui* pro *ſemoventes vi* , & alia hujus generis . Commata vero , ſeu virgulae raro occurrunt , & eae praeſertim ad finem paginarum , ac Titulorum inveniuntur . Periodorum diſtinctiones non perpetuae , verum frequentiores in Lege Romana , quam in Novellis , ubi rariſſimae. Litterae majuſculae, ut ajunt , minio ornatae habentur initio omnium Capitulorum Legis Romanae , & omnium etiam Novellarum . In contextu hujuſmodi litterae ea prorſus ratione occurrunt , qua periodorum diſtinctiones habere ſe diximus . Dictiones ſua habent ſpatia , & intervalla , licet non raro occurrant duarum dictionum contignationes erroneae , ut e. g. *ſeui* pro *ſe vi* , & aliquando etiam unius vocis diſiunctiones , ut *cum ui- cti* pro *convicti* . Litterarum etiam integrarum , & periodorum quin etiam omiſſiones non infrequentes , quarum nonnullas adnotavimus in Indicibus Titulorum inter variantes lectiones (70) . Aberrationes vero oculorum ob verborum bis recurrentium ſimilitudinem , quibus intermedia nonnulla ab Amanuenſi intercipiantur , interdum quoque occurrunt ; Et quo-

(70) Novell. Theod. *Tit. I. n. VIII. pag.* 70. *Tit. III. Nov. I. n. VII.* , & *XII.* , & *Nov. II. n. XIV. pag.* 72., & *Tit. XXII. n. III. pag.* 82.; Tum Novell. Valentin. *Tit. XXI. n. V. pag.* 98., & *Tit. XXVI. n. I. X pag.* 102., ut mittam cetera.

quoniam omnia exemplis heic illustrare nimium foret, adire poteris praesertim, quae tum ad Novellam I. anecdotam [71], tum ad Indices Titulorum Novellarum inter variantes lectiones corrasimus [72]. Tandem litterarum deletiones in Codice nostro habentur, quae peractae sunt vel litteris verriculo abstersis, vel puncto superne, ac inferne litterae expungendae appicto, quae tamen a nobis typis exprimi nequiverunt, nec sane, ut exprimerentur opus erat. Forte quis nos in Masoretharum Schola altos dixerit, qui minutiora haec consectemur; *Sed quid vetat* (juvat regerere cum Brenckmannio [73]) *exemplo magnorum Virorum in minutiis quoque accuratum esse, imprimis si parum cognitae sint, & ad majora ducant?* Et sane si quis Brenckmannii praecipue, ut ceteros mittamus, anxiam diligentiam in Florentinorum Pandectarum litteris, orthographia, ceterisque hujusmodi delineandis, describendisque intueatur, ignaviores nos quidem in Ottoboniani nostri Codicis rationibus exponendis forte dijudicabit.

XIII. Sed quae insuper Opus nostrum praeter Novellas V. anecdotas continet, sunt innuenda. Habentur scilicet post laudatas Novellas Indices Titulorum Novellarum Theodosii Jun., Valentiniani III., & Maioriani; Nam a Codice nostro absunt Novellae Marciani, Severi, Leonis, & Anthemii, quae quidem ad calcem Codicis Theodosiani collocari consueverunt. Eos quidem, quorum Rubricas, servata Codicis fide, ut in Novellis factum conspicis, exhibuimus, ea ratione huc proferendos censuimus, tum ut argumentis nonnullis, quae nos ex iisdem petivimus, auctoritas esset, & robur [74], tum ut ordo constaret, quo ipsi in Ms. Ottob. dispo-

(71) *Adnotat.* (5). *pag.* 6.

(72) Novell. Theod. *Tit. VI. Nov. III. n. XIII. pag.* 74., *Tit. XX. n. IV. pag.* 80., & in Auctar. Variar. Lection. in Caii Instit. *Tit. II.* §. 3. *pag.* 113. Vid. quinetiam *adnotat.* (17) ad *Tit. XXXVI.* Legis Romanae. Forte alia adsunt exempla; Verum nonnisi pauca haec nunc occurrunt.

(73) In *Histor. Pandectar. Lib. II. Cap. V. pag.* 138.

(74) Vid. *adnotat.* (1) *ad Clausul. anecdotam Novell. Valentin. III. de Postulando pag.* 58.

disponuntur [75] ; qui ordo sane non idem est in omnibus Codicibus, nec in omnibus Editionibus, quod quidem ex Titulorum numero evinci poterit; nam in Marvilliana Gothofredii Editione Tituli Novellarum Theodosii Jun. XLVIII. numerantur, in Ritteriana LXI., in MS. vero Ottob. XXV. recensentur, a quo tamen absunt Titulus II. *de Confirmatione Legum Divi Theodosii Aug.*, & Titulus III. *de Judaeis, Samaritanis, Haereticis, & Paganis*. Tum Tituli Novellarum Valentiniani III. apud Marvillium sunt XVIII., apud Ritterium XII., in MS. autem nostro XXXIII., in quo tamen desiderantur Titulus juxta laudatam utramque Editionem XXV. *de pretio solidi, & ne quis solidum integrum recuset*, tum Titulus juxta priorem Editionem XXXVII., & juxta posteriorem XL. *de praediis pistoriis Afris deputandis*, ac tandem duo alii a Cuiacio primum editi, ac dein a Ritterio in fine Libri I. Novellarum Theodosii Jun. relati. Insuper Tituli Novellarum Maioriani in utraque item Editione IX. afferuntur, cum in Cod. Ottob. XII. adscribantur. Atque hoc loco dolendum contigit, Amanuensem Ottob. Codicis scriptionem non ultra VII. Maiorianarum Novellarum Titulum extendisse, quod nisi accidisset, tres alias Novellas anecdotas nunc tibi, Amice Lector, ex Codice nostro exhibere potuissemus, quarum proinde Rubricas dumtaxat nobis nunc proferre licet; Siquidem Tit. VIII., ut ex laudato Indice patet, prostare debebat Novella *de reddito Jure armorum*; Tit. X. Novella, quae inscribebatur: *Neque Senatorem Urbis Romae, neque Ecclesiam ex testamento sibi a certis personis aliquid relictum fisco inferre cogendum, & de populis urbicis*; ac tandem Tit. XII. Novella altera, cui haec Rubrica: *de aurigis, & sediciosis*; de quibus omnibus suo

(75) Ordo Editionum omnium displicet; sed Ritterianus omnium cerebrosior, ut vix ullam ejusdem rationem prorsus videam. Si Novellarum omninm nova Editio esset conflanda, Ottoboniani Codicis ordinem omnino proponerem, qui sane ut plurimum annorum seriem sequitur, nec quis eo concinnior haberi potest.

ſuo loco aliqua diximus. Quare juvat confidere, ex integrioribus Codicibus in poſterum prodituras non ſolum has ipſas Novellas, ſed & alias plures, quarum deſiderio tenemur, atque ea quinetiam, quae ad Novellam ipſius Maioriani *de Adulteriis* intercidiſſe, putat Schultingius [76]. Quod ſane multarum Novellarum deſiderium ſuperſit, docet imprimis Alariciana Interpretatio ad Tit. II. Lib. II. Cod. Gregoriani, in qua commemoratur ignota Lex Novella, qua minoribus integri reſtitutio denegatur, ſi agatur de dote, quam pro conjunctione matrimonii ipſi conſtituerint [77]. Tum in Mſ. Cod. Theodoſiano, qui adſervabatur in Bibliotheca Chriſtinae Svecorum, & Vandalorum Reginae, quae poſtea Alexandri VIII. Pont. Max. munificentia ceſſit Vaticanae, quique ſignatur duplici n. 1023., & 1024., & cujus meminit Cl. Montfauconius in *Bibliotheca Bibliothecarum* [78], innuuntur incognitae prorſus Novellae Maximi, ejus ſcilicet, qui per trium Menſium ſpatium poſt Valentiniani III. caedem Romanum rexit Imperium, & de quo nos fuſius egimus ad Novellam V. anecdotam [79]; Siquidem in laudato Codice Mſ. *pag.* 1. a tergo haec habentur, quae nunc a nobis fideliter excerpta juvat adducere: *In xpi nomine incipiunt ſententiae cum diebus, & conſulibus excerptae cum interpretationibus. Libri legu ex corpore Theodoſii Ipſius Theodoſii ſunt libri XVI. Novellarum cum auctoribus eorum ideſt Valentiniani* [80], *martiani*, *maiuriani* *& ſe-*

(76) *Tit. XXVI. Reſponſor. Papiani adnotat.* (1). Ceterum etſi exemplar hujus Maioriani Novellae, quod Joh. Seldenius ex domeſtico Mſ. attulit in Libro, cui titulus: *de Uxore Hebraica Lib. III. cap. 12. pag.* 389. *Londini* 1646., multis lectionum diſcrepantiis, quas non vidit Ritterius, donetur, tamen nihil eorum habet, quae memorat Papianus. Quare vel Papianus lege abuſus eſt, ut pluries adnotavimus, vel alia Novella, quae forte perierit, haec cavit Maiorianus.

(77) Vid. Schultingium ibid. *adnotat.* (3) *To. II. Juriſprud. Ante-Juſtin.*, qui tamen *cit. To. II. ad Tit.* juxta ipſius Editionem XXXVI. *Reſponſi Papiani adnotat.* (6) temere deſiderari exiſtimavit Novellam, qua caveretur *de Advenis*, cum ea quidem habeatur inter Novellas Valentinianeas, ſi vulgatis Editionibus inſiſtas, *Tit. IX.*, ut nos ad laudatum Papiani *Tit.*, qui nobis eſt XXXVII. *adnotat.* (12) etiam monuimus.

(78) *To. I. pag.* 38.

(79) *Adnotat.* (2) *pag.* 50., & 51.

& *severi maximi lib. V.* Quare non ita facile asserere debuisset Vir Cl. Carolus Antonius Martinius [81], nullam ad nos constitutionem transmisisse reliquos Augustos occidentales, nimirum Maximum, & Avitum Maioriani antecessores, nec qui Anthemium sequuti sunt, Olybrium, Glycerium, Julium Nepotem, Momyllum Augustulum, quoniam ipsi brevi, eoque precario, ut ipse ait, Imperio usi fuerint, quod dein ann. Ch. CCCCLXXVI. ab Odovacre Turcilingorum Rege occupata Italia, extinctum est [82]; Quandoquidem de Novellis Maximi fidem facit laudatus Codex Sveco-Vaticanus; Ac quidem inter Novellas Glycerii non immerito quis insuper adnumeraret *Sacrum Edictum contra Ordinationes Simoniacas*, quod ab ipso Imperii sui initio datum est *ad Himelconem V. C. Praefectum Praetorio Italiae X.* [83] *id. Mart. Ravennae Leone perpetuo Augusto* [84], quodque recenter cura doctissimorum Virorum Petri, & Hieronymi Belleriniorum Fratrum Veronensium editum est ex Collectione Canonum, quae continetur in MS. Sveco-Vaticano 1997. [85]. Huic, quod nunc innuimus, Glycerii Edicto addi etiam potest ejusdem Imp. Epistola ad Vuidimerum Ostrogothorum Regem ann. CCCCLXXIII. exarata, & in corio litteris Sueo-Gothicis Ulphilanis expressa, quam aere caelatam ex Autographo praenobilis, & Cl. Viri Joh. Wilibaldi Widmerii Serenissimi Principis Electoris Bav. Consiliarii Aulici maxima sui parte integro exhibuit Joh. Adamus Ickstattius [86], quamque heic

(80) Desunt heic Novellae Theodosii, quae tamen adsunt in Corpore Codicis.

(81) In *Ordin. Histor. Jur. Civil. Cap. VII. §. XV. pag. 215. Viennae, & Pragae* 1757.

(82) Jornandes *de Rebus Geticis cap. XLVI.*

(83) Corrige V.

(84) Supple *Consule*, id est ann. Ch. 473.

(85) *In Appendice ad S. Leonis Magni Opera, seu in Vetustissimo Codice Canonum Ecclesiarum Sanctae Sedis Apostolicae To III.* Edit. Venet. ann. 1757. *col.* 677. inter *Documenta Juris Canonici veteris n. VI.*

(86) *Joannis Adami L. B. de Ickstatt Observationes Historico-Criticae in Epistolam autographam Glycerii Imperatoris ad Vuidimerum Ostrogothorum Regem. Ingolstadii Typis Mariae Annae Schleigin Typogr. Acad. Viduae. in* 4. Exstat Opusculum hoc inter Miscellanea Bibliothecae Passioneio-Angelicae *Tom. DCCCXLVIII. n. XI.*, Tum nuper illud

heic nunc inferne rejectam [87] iterum nos recudimus, ne Itali nostri desiderio ejusdem teneantur, quibus ipsam sane incognitam, tum etiam ab ipsis Germanis neglectam deprehendimus, quod forte exemplarium raritate factum jure quis arguat. Hac quidem Epistola Glycerius Vuidimero, qui recenter synonymo Patri in Regia dignitate successerat, consilium suggerit, ut, relicta post se Italia tot barbarorum incursibus devastata, in Galliam exercitum ducat, copiasque suas cum Viso-gothis amicis, ac foederatis suis conjungat, quod sane narrationibus Jornandis mire etiam cohaeret [88]. Ceterum an hujus Epistolae αὐθεντία citra omnem suspicionem constet, & an verborum formulae, & litterarum moduli Romanos mores omnino praeseferant, alii judicent; non enim nos id nunc agimus; ac si agere esset animus, in effusum nimis sermonem nos conjiceremus, cui, pluribus aliis instantius urgentibus, parcere nos modo censuimus. Verumtamen, si vacabit, haec forte expendi a nobis alio loco, ac tempore poterunt. Quapropter ego nullus dubito, quin ceteri etiam Imperatores, quos supra laudavimus, etsi nimis tenuem Imperii usuram obtinuerint, Novellas tamen Leges procuserint, quarum nos nunc detrimentum doleamus, quemadmodum adhuc desiderio angimur aliarum quoque Novellarum, praesertim Theodosii, & Marciani, quarum resectae partes nonnullae in legum censum migrarunt, ex quibus

lud etiam vidi in instructissima Bibliotheca Viri Cl. Josephi Garampii.

(87) *Pag.* 9. „ Glycerius Imp. Caes. „ Inclyto Vuidimero salutem. Magnos „ decent magna, & fortes consilium „ duces. Munificentiam nostram acceptam g-taar a nuntio reduce lubenti „ animo obvenit. Italia Ostrogothum „ militem praeda vivere assuetum, tanta bellorum devastata seric, adstringeret parsimonia, & multiplici per „ extrema finium obducta simul exercitu, „ quem amicum, quemve hostem crederet, ignorat. Quidnam memoria dignum gerendum erit? aut posteritati „ mandetur? Unde consilium nostrum „ capere oportet: Trans Apenninum ducantur Gothorum copiae; & in agrum „ Gallicum eorum exercitus succedat, tutiore belli eventu, Vesegothorum tam „ arcto amicitiae foedere junctorum rem. „ est, praebet Gallia multifariam, quo „ Italiam .... „ Reliqua desiderantur.

(88) *De Rebus Geticis Cap. LVI.*, *col.* 219., & *de Regnor., ac tempor. succession. col.* 240. *To. I. Rer. Ital. Script.* Cl. Muratorii.

bus Justinianeus Codex coaluit, quasque permixtas cum ceteris Divalibus Sanctionibus anteriorum Impp. videre est inter *Constitutiones CCCXX. circiter, quae e Codice Theodosiano desumptae, vel interpolatae fuerunt, & in solo Codice Justinianeo reperiuntur* (89). Optandum idcirco sane foret, ut in nova Editione, quam aliquis deinceps Novellarum omnium Constitutionum esset peracturus, tum has ex Justinianeo Codice leges educeret, easque inter ceteras Novellas suo loco compingeret, tum alias quoque quamplures ex Conciliorum Actis erueret, quarum nonnullae ad Theodosium Jun. pertinent, quaeque in Concilio Ephesino (90) continentur, ac aliae ad Valentinianum III., & ad Marcianum, quae Actis Synodi Calchedonensis (91) insertae sunt, quarum etiam aliquae a laudatis Balleriniis Fratribus denuo proferuntur (92); Idque eo vel maxime optandum venit, quod Novellae etiam reliquae, quas vulgatae Editiones exhibent, suppleri, ac fere restitui possent magna, atque insigni variantium Lectionum, earumque accuratiorum copia, novisque fere integris periodis, quas nos ex Codice nostro nunc primum protulimus, & de quibus nunc scilicet aliqua sunt attingenda. Nos, qui aegre a tanto Opere adornando prohibemur, praesidia saltem illi, cui ad id opes suppetant, paravimus.

XIV. Indicibus ergo Titulorum Novellarum accesserunt Variantes Lectiones cujusque Novellae, quas nos ingenti sane labore, ac taedio ex Cod. Ottob. deprompsimus, quod sane accuratiori, qua licuit, fidelitate perfecimus, servatis Amanuensis idiotismis, ac mendis, quorum tamen plerisque interea per interjectam parenthesim medicinam facere consuevimus, atque insuper rotundo charactere expressis variantibus

(89) *To. VI. Part. II. Cod. Theod.* post *Glossar. Nomicum*.

(90) *Labbè Concil. To. III.* Ex Indiciis memoratas Constitutiones investigare poteris quam facillime.

(91) Ibid. *To. IV.*

(92) *Cit. Cod. Canon. Ecclesiast.*, & *Constit. S. Sed. Apost. col.* 213., 215., 240., & 242.

bus tum Codicis noſtri, tum Editorum, ut eae omnium oculis extemplo pateſcerent. Omiſimus quidem in iis exſcribendis notas illas, ſeu formas characterum, quae antea in Novellis, & Indicibus exponendis uſurpatae fuerant, quod, habito ad characteris, quo in iis proferendis uti opus erat, exilitatem reſpectu, eaſdem confingi poſſe Operae noſtrae negarent. Ceterum diſſiti ab anxia illa diligentia quorumdam, qui in Variantium cenſum referre etiam ipſas ineptiſſimas Librariorum oſcitantias, ac pura, putaque ſphalmata gaudent, eadem proinde a paginis noſtris abeſſe voluimus, ne ipſae inutiliter nugis onerarentur, neve nos Lectoribus noſtris inania prorſus propinare videremur. Hoc enim certo affirmare poſſumus, magni facienda eſſe ea omnia lectionum diſcrimina, quae a nobis affatim prolata ſunt, quibus ſane inſignia remedia pleriſque Novellarum hiatibus, quin & lacunis mirifice importata prudens quiſque fatebimur; ut nova proinde hujuſmodi Novellarum Editio a nemine ſuſcipi deinceps poſſit, quin ad hoc variantium promptuarium accedat; Siquidem inter Novellas Theodoſii praeſertim Titulus IV., & VI. Novell. II., III., & IV. iiſdem luculenter ſunt illuſtrati, ac fere reſtituti; quibus adde inter Novellas Valentiniani Titulum VII. Novell. II., & Titulum XXXIII., ac tandem inter Novellas Maioriani Titulum II., quos tamen omnes non juxta vulgatas Editiones, ſed ad Codicis noſtri fidem deſignatos ſcias (93). Mirum ſane, quot Offi-

(93) Si praeter variantes lectiones, quas Ritterius, ac nos dein ex Cod. Ottob. exhibuimus ad *Tit. XV.* Novellarum Valentiniani, Erudite Lector, alias deſideras, conſule Joh. Salinaſium (*Salinas*) Can. Regul. Lateran. in Vita Sancti Hilarii, qui hunc Titulum ex Vatic. Mſ. Cod. emendavit, ut, ipſo tacente, teſtatur Petrus Thomas Caeciarius Carmelita, ac poſtea ex eo edidit idem Caeciarius ad Epiſtolas Sancti Leonis *Part. II.* ejuſdem *Operum pag.* 41. edit. Roman. Tum ne adire graveris *Tom. I. Part. II. Operum omnium S. Leonis* ex editione Cl. Fratrum Balleriniorum. ubi inter laudati Pontificis Epiſtolas *n. VIII. col.* 626. offendes Novellam II. Valentiniani III. *de Manichaeis* variis in textu, & in ima ora lectionibus inſtructam. quas nec a Ritterio, nec a nobis adductas habes. Si vero ad *Tit. VI.* Novellarum Marciani item variantes expetis praeter eas, quas affert Ritterius, conſule *adnotat.* noſtram (9) ad *Tit. IX.* Reſponſi Papiani; Quemadmodum pro *Tit. IX.* Novellarum Maioriani adiri poterit Seldenius loc. ſupra cit. ad §. XIII. *adnotat.* (76).

Officiorum Comites, tum quot Praefectos Urbi, & Praetorio, quibus Novellae inscribuntur, eodem tempore illustraverimus. Hinc nunc primum innotuerunt Hermocrates Praefectus Praetorio Orientis [94], quem Ritterius in Illyricum amandaverat; ac Illyrici quidem Theodorus; Tum Basilium pro Palladio, qui antea obtinuerat, Praefectum Praetorio Italiae ad ann. CCCCLVIII. statuimus [95]; ac tandem Aemilianum Praefectis Urbi ad eumdem ann. CCCCLVIII. accensuimus [96], qui antea audiebat Praefectus Praetorio, quique propterea Contelorium, Almeloveenium, atque Corsinium, qui eorumdem Praefectorum Seriem concinnarunt, latuerat. Insuper haud exilius praesidium, ac lumen hinc accessit Consulum subnotationibus, locorum subscriptionibus, titulis Dignitatum, ceterisque hujuscemodi, ut proinde heic quoque adnotationes a nobis interdum adnectendae fuerint, quibus & nova quaedam illustraremus, & extricaremus difficultates, & aliorum simul errata castigaremus. Sciendum vero nunc quoque est, jam Ritterium varias nonnullas Ottoboniani Cod. lectiones ipsi a Joh. Christiano Goetzio, ut etiam supra monuimus [97], participatas attulisse, quae tamen Novellam I. dumtaxat Theodosii attingunt, quasque utpote a Codicis fide aberrantes suis locis emendavimus. Alias insuper hujusmodi lectionum varietates ex Codice nostro Ritterius exhibuit ad Titulum inter Novellas Valentinianeas XXIII. *de Tributis fiscalibus*, qui tamen ex nostro Codice est XIII.; atque eas quidem ex Specimine Collationis ejusdem Tituli cum Cod. Ottob. a Leonardo Adamio peractae, quod relatum est a Christ. Godofr. Hoffmannio in *Historia Juris Romano-Justinianei*, ut alias monuimus [98]. Verum nec

(94) Novell. Theod. Jun. *Tit. XXV. n. I. pag.* 84.
(95) Novell. Majorian. *Tit. II. n. I. pag.* 105.
(96) Ibid. *Tit. IV. n. I. pag.* 107.
(97) Vid. §. VIIII. *adnotat.* (58).
(98) Vid. *cit.* §. *adnotat.* (45), tum quae diximus ad *Tit. XIII.* Novellar. Valentin. *pag.* 92.

nec eas quidem omni ex parte accuratas deprehendimus, quarum proinde nonnullas restituimus, aliasque quin etiam neglectas addidimus. Tandem Ritterius noster inter suarum variantium lectionum segetem adscivit non solum paucas quasdam Novellarum inscriptiones, sed etiam fere omnes subscriptiones, quas jam ex Cod. Ottob. accersitas Henricus Brenckmannius conjecerat ad calcem illius Epistolae ad Relandium, cujus nos quidem superius meminimus [99]. Verumtamen ut plurimum ita dormitavit, vel caecutivit Brenckmannius, ut ipse quidem censoria nota quam saepissime necessario a nobis fuerit inurendus. Ceterum alias etiam subscriptiones Benckmannius intactas reliquerat, quas nos proferre non praetermisimus. Postremo tandem *Auctarium* addidimus *Variarum Lectionum aliquot in nonnulla loca Institutionum Caii*, quibus Codex Ottob. clauditur; idque eo consilio factum est, ne quid intactum ex iis', quae hoc ipso Codice continentur, culpa nostra delitesceret. Ast hujusmodi lectionum discrimina parum processerunt, quum ex paucis dumtaxat paginis, quae reliquae fuerunt, eadem erui contigerit. Interim nonnulla etiam excerpsimus, & in rem nostram convertimus ex aliis Codicibus Sveco-Vaticanis non heic solum quidem, dum provocamus ad laudatum superius Codicem, qui signatur duplici n. 1023., & 1024. [100], verum etiam ad Titulum juxta Ottob. Cod. XII. Novellarum Theodosii, ubi ex eodem Codice Sveco-Vaticano ipsius Tituli, qui apud illum est XI., Rubricam sane pleniorem, tum ex altero, qui signatur numero 379., aliter 410., & 1022., & cujus meminit etiam Montfauconius in *Bibliotheca Bibliothecarum* [101], varias nonnullas lectiones, quas casu, dum ipsum evolveremus, adnotasse contigerat, protulimus. Fuisset quidem nobis in votis ex unoquoque tum laudatorum, tum aliorum Codicum Vaticanae

(99) Vid. *cit.* §. *VIIII. adnotat.* (54).
(100) Vid. §. XIII.
(101) *To. I. pag.* 39.

canae Bibliothecae, qui nobis ex mandato amplissimi S. R. E. Cardinalis, ac Bibliothecarii Alexandri Albanii, tum ex comitate doctissimi Praesulis Josephi Simonii Assemanii Syro-Maronitae primi ejusdem Bibliothecae Praefecti commode patuerunt (102), ampliorem variarum Lectionum segetem colligere, easque ceteris Ottob. Codicis adjungere; verum & labor nos perterruit, cujus vix ad solum Ottobonianum Codicem instituendi animus suppetebat, ut proinde variantes exstantiores in Adnotationes ad ipsas Novellas anecdotas pro re nata compingi jam a nobis coeptum esset; tum & tempori, & brevitati sic consulere nobis visum est, ne scilicet hujus Operis evulgatio, quam reiteratus chartae defectus, quam primi Typographi interitus, quam alterius morbus malo quodam fato cohibuit, nimis differretur, aut in prolixius Volumen excresceret. Recitatis huc usque Mss. Codicibus accenseri debent & Parisienses quidam, quorum auctoritatem tum ad Variantium congeriem locupletandam, tum ad condecorandas peculiaribus notionibus Adnotationes nostras interdum usurpavimus, fidem sequuti praeclarissimorum Monachorum Benedictinae Familiae Sancti Mauri in Novo Tractatu Diplomatico, qui Parisiis editus est, & ex quo multum nos quidem profecisse testamur (103). Verum ultra progrediendum.

XV. Quan-

(102) Praeter duos memoratos Codices Sveco-Vaticanos tres alios vidimus, & tractavimus, quorum unus, qui continet Leges Salicas, Leges Alemannorum, Leges Cod. Theod., Gaii Institutiones, *&c* cetera, signatur *n.* 1171.; alter gerit *n.* 98., 377., & 1016., ac tertius denique censetur *n.* 378., 1021., & 1048.

(103) *Nouveau Traitè de Diplomatique &c. A Paris.* Opus hoc inchoarunt duo individui studiorum Socii Pater Toustainius, & Pater Tassinius, quorum primus praematura morte ereptus est, antequam *To. II.* prodiret. Superstiti Tassinio socius alter adjunctus est, sed & ipse praemature mortem oppetiit. Tum tertius tandem accessit, qui exspectationi non respondit. Hinc Tassinius universum opus in se unum sucipere potiori consilio constituit, quod sane nunc perfecisse audivimus, jam scilicet ad VII. Volumen universo Tractatu feliciter perducto. Nos V. Volumen dumtaxat vidimus. Vid. *Iter Gallicum* (cui praemittitur *Iter Alemannicum*, *&* *Italicum*, tum sequuntur *Glossaria Theotisca ex Codd. Mss. a Saeculo IX. usque XIII.*) Typis Sanblasianis 1765., auctore Viro Cl. Martino Gerberrio S. R. I. Principe, & Abbati Congreg. Sancti Blasii in Sylva Nigra, *pag.* 502.

XV. Quandoquidem vero ea forma donatum est hoc Opus, ut magnitudinem exaequans utriusque tum Lugdunensis, tum Lipsiensis Editionis Codicis Theodosiani alterutri adjungi, tamquam Supplementum, aut Appendix quaedam ad eumdem Codicem commode possit, operae pretium nos facturos duximus, si heic ex Ante-Justinianeis Constitutionibus aliquae, quae a Cod. Theod. abessent, inlatae a nobis fuissent. Quare etsi majus aliquod Opus, quod quidem superius innuimus (104), instituendum fuisset, si integrum Supplementum, vel plenam Appendicem ad Cod. Theod. nobis concinnare licuisset, tamen, utpote huic quidem Operi ceteris omnibus convenientiores, adjungere non dubitavimus Constitutiones quasdam, sive potius Constitutionum fragmenta, quas Valentiniano III. adscribimus, quaeque a Cod. Theod., ad quem praecipue pertinent, exsulabant. Quibus autem nominibus Operi huic nostro ipsae cohaereant, patebit inferius. Quare Constitutiones hujusmodi quaternario numero comprehenduntur; ac primo loco occurrit *Commonitorium Valentiniani III. pro quodam homine in Siciliam misso ad componendos redditus Ecclesiae Ravennatis, & ad Conductorum pensiones colligendas*; Secundo loco succedit: *Epistola ejusdem Augusti ad Conductores, & Actores Ecclesiae Ravennatis in Agro Siculo*; Tertio loco habetur: *Epistola altera ejusdem Augusti ad Suprascriptos*; Ac tandem quartum locum tenet: *Descriptio nominum ex pensionibus solvendis*. Haec omnia quidem continentur in Philyra, quae primum ornabat Museum Francisci Moscardii Veronensis, quaeque dein ex eodem profecta est in alterum Marchionis Scipionis Maffeii magni, ut neminem latet, in Litteraria Republica nominis, ac meriti. Hujusmodi sane Monumentum integre, accurateque prorsus omnium primus protulit Johannes Mabillonius

(104) §. *XIII. circ. fin.*

nius [105], qui ita illud inſcripſit: *Commonitorium Theodoſii Jun. pro Siſinnio, cui res a Tranquillo extortae fuerant, ſed per Pyrrhum Tribunum juſſu Imperatoris reſtitutae*. Dein, quas nos *Epiſtolas* diximus, *Reſcripta* ipſe appellavit, quemadmodum etiam vocavit *Fragmenta de executione Commonitorii Imperialis*, quae nobis fuit *Deſcriptio nominum ex penſionibus ſolvendis*. Deinde haec omnia iterum edita ſunt, accuratiora quidem a Benedicto Bacchinio [106], qui tamen quoad interpretationem adhaeſit Mabillonio. Praeterea Scipio Maffeius advertens laudatorum Editorum indiligentiam in exprimenda authentici fide, tum in ipſius interpretatione tradenda inveriſimilitudinem novam ejuſdem molitus eſt impreſſionem [107], novaſque appoſuit illuſtrationes, quas tamquam probabiliores nos etiam amplexi ſumus, inque noſtras adnotationes, ne eaedem ibidem quoque deſiderarentur, adſcivimus, dum alias ex penu noſtro deprompſimus. Tandem Antonius Terraſſonius haec omnia bis exhibuit, primum quidem ex Mabillonio [108], dein ex Maffeio [109]. Verum homo perfunctorie nimis haec agens (ut cetera plerumque omnia) nequaquam advertit, hujuſmodi monumenta penes nonnulla dumtaxat lectionum diſcrimina, ac interpretamenti diſſidium inter ſe apud citatos Auctores differre, cum citra haec ſane Mabillonianum exemplar Maffeiano tam ſit ſimile, quam ego met ſum mihi. Inſcripſit ſiquidem Monumentum hoc primum: *Commonitorium Theodoſii Jun. pro Siſinnio &c.*, ea nempe ratione, quam ex Mabillonio nuper recitavimus; dein ipſum alio titulo inſignivit, quem ita ex Maffeio expreſſit: *Documentum datum miſſae cuidam perſonae ad colligendos Eccleſiae Ravennenſis*

(105) *Supplement. Art. Diplomat. Part. II. Append. pag.* 88.
(106) *Append. ad Agnellum pag.* 61.
(107) *Iſtoria Diplomatica &c. frà gli Antichiſſimi Documenti in Papira non più dati in luce n.* 1. *pag.* 130.
(108) *Hiſtoire de la Jurisprudence Romaine &c. A Paris* 1750. in fol., ad calcem inter *Veteris Juriſprudentiae Romanae Monumenta &c. §. III. nn. LXXIX., LXXX., LXXXI., & LXXXII. pag.* 64.
(109) *Loc. cit. §. eod. n. LXXXIII. pag.* 66.

nensis redditus in Siciliam [110]. Ceterum ad quem haec Monumenta petineant, haud exquirit Maffeius; Mabillonius tamen, & ejus affecla Terrassonius ad Theodosium Jun. pertinere arbitrantur. Verum nos Valentiniano III. adjudicanda putavimus, qui cum Ravennae degeret, & Occidentale Imperium teneret, solus proinde tum res Siculas moderari, tum Ravennatensis Ecclesiae rationibus consulere poterat [111]. Nonnulla peculiariter sane hisce Constitutionibus insunt, quorum ratione Volumini huic nostro rite nunc accessisse videantur. Omittimus, quod Valentinianum III. Auctorem habeant, ejusque proinde Novellis sint accensendae, quarum nunc nos duas anecdotas, & alterius fragmentum protulimus. Siquidem quod magis in iis est, quod nunc rei nostrae respondeat, totum imprimis petimus ex *Descriptione nominum ex pensionibus solvendis* [112], ubi fit mentio *tritici*, *sive hordei*, *quod ante Barbarico fisco praestabatur*, quod sane mire cohaeret *barbaricae* illi *vastitati*, de qua loquitur Novella nostra V. anecdota, quamque nos eamdem, ac Vandalorum irruptionem in Siciliam demonstravimus [113]. Accedit insuper Consulatus Maximi III., & Paterii, cum antea solus Consulatus Maximi II. innotuisset, quo ex Maffeio conjecimus, Maximum ann. CCCCXLI. Fl. Cyro Panopeliti, quo antea caruerat, in Consulatu Collegam fuisse, quoque idcirco restituatur subscriptio Novellae III. Tituli juxta Ottob. Cod. III. [114], tum reformetur altera Novellae I. Tituli XXI. inter Novellas Theodosianas [115], cui quidem hinc etiam ex parte nunc major accedat auctoritas, quae eidem ex Ottob. Mf. jam steterat. Tandem integrum non inconcinne nunc heic adduci illud videtur, cujus jam antea

(110) *Instruzione data a certa persona mandata in Sicilia per riordinare le rendite della Chiesa di Ravenna*. Ita Maffeius.

(111) Vid. *adnotat.* (1) *ad Commonit. n. I.*

(112) *N. IV. pag.* 127.

(113) Vid. *adnotat.* (3) ad cit. Novell., & *adnotat.* (6) ad cit. *Descriptionem &c. n. IV.*

(114) Vid. ibid. *n. XXIII. pag.* 72.

(115) Vid. ibid. *n. XIII. pag.* 82.

tea [116] teſtimonium a nobis unice fuerat uſurpatum, cum de ϛ ἐπισήμῳ illo Graecorum, quod ſenarii numeri vim obtinere conſuevit ageretur. Verum haec hactenus.

XVI. Tandem Opus hoc noſtrum clauditur Lege Romana, quemadmodum in Codice noſtro eamdem inſcribi, ſuperius innuimus [117]. Haec quidem penes Ottob. Codicem Novellas ipſas Conſtitutiones Impp. Theodoſii Jun., Valentiniani III., & Maioriani praecedit; Aſt cum Novellae Conſtitutiones dignitate, auctoritate, ac tempore Legem hanc antecedant, ordinis concinnitati non inepte conſultum nobis viſum eſt, ſi, a priori ſede Lege hac ſublata, in eamdem Novellae ipſae ſufficerentur, ac in poſteriorem tandem locum Lex haec noſtra conjiceretur. Henricus Brenckmannius [118], qui Codicem noſtrum expenderat, Legem hanc eamdem habuit, ac Compilationem Juris, quam ex Cod. Theod., & ex fragmentis quibuſdam Ante-Juſtinianeis Alaricus Rex Viſo-gothorum conceperat, cui inſuper ſententiae adhaeſit Ritterius ipſe [119]. Verum deinde hanc ipſam Legem nihil differre a Papiani Reſponſo facile cognovi, etſi laudatorum Virorum auctoritati nimium tribuens, nec rem bene perpendens eam anecdotam, & aliam prorſus, quam revera ſit, diutius cenſuerim, atque hinc quoque manaverit, ut inconſulto, tamquam omni ex parte anecdota, in Monito, quo Editionem hanc Bibliopola eſt pollicitus, inclaruerit. Ceterum Romanam hanc Legem, ſeu Papiani Reſponſum omnium primus jampridem ediderat Vir ſummus Jacobus Cuiacius Lugduni ann. MDLXVI. una cum ceteris Ante-Juſtinianei Juris Conſtitutionibus, quod denuo cum iiſdem, ac pluribus aliis veterum Legum fragmentis vulgatum eſt Pariſiis

(116) Vid. *adnotat.* (14) ad Novell. IV. anecdot. *pag.* 48.

(117) §. *VIII.*

(118) *Hiſtor. Pandect. &c. Lib. I. Cap. IX. pag.* 55. Vid. ſupra §. *VIIII. adnot.* (55).

(119) *To. I. Cod. Theod. Praef. ad Lector. pag.* 2. Vid. *adnotat.* (57) ſuperius §. cod., & Inferius §. *XVIII.*, tum *Tit. XXXVI. Legis Romanae adnotat.* (10).

Parisiis per Sebastianum Nivellium anno MDLXXXVI., quo etiam anno Aureliae Allobrogum, hoc est Genevae tum idem Responsum, tum cetera omnia cum Cuiacii nomine, licet non eodem quoad omnia modo, atque ordine, recusa sunt. Deinde, si titulo habenda est fides, prodiit Papiani Responsum in eodem Romanarum Legum Corpore relatum Lugduni anno MDXCII., ita tamen, ut haec Lugdunensis Editio ab altera superiore nihil omnino differat, quin potius praeter mendacem frontis novitatem eadem prorsus censeri debeat. Tandem anno MDCCXVII. Papiani Responsum Lugduni Batavorum recusit Vir Consultissimus Antonius Schultingius in *Iurisprudentia vetere Ante-Justinianea* (120); quae dein edita est iterum Lipsiae anno MDCCXXXVII. per Mauritium Georgium Weidmannium.

XVII. Nunc, quid sit haec *Lex Romana*, quae *Responsum Papiani* vocari consuevit, est inquirendum. Imprimis quidem scire oportet, anno DVI., antequam Justinianearum Legum Volumina ederentur, Alaricum Viso-gothorum Regem in partibus Galliae trans Ligerim, tum etiam Hispaniae (sicut & apud ceteros aliarum Gentium Reges postea obtinuit) id Romano Populo, quem devicerat, indulsisse, ut secundum veteres ipsius Leges vivere posset. Hinc ut esset ad manus Legum Romanarum Codex, qui Judicibus norma esset ad judicandas Romanorum caussas, ac per eum Romanis modus innotesceret, quo juxta patrium morem contractus perficerent, testamenta conderent, & Fori actiones instituerent, Alaricus, in consilium adhibitis *Sacerdotibus, ac Nobilibus Viris* (121), confici jussit quoddam Romani Juris Corpus, quod dein ex Codice Gregoriano, Hermogeniano, Theodosiano, ex Novellis nonnullis, ex Caii Institutionibus, ex Paulli Sententiis, & ex Papiniani Libris est concinnatum, *id ordinante Viro*

(120) *To. II. pag.* 827.
(121) Vid. *Commonitor.* Alarici *in Prolegom.* Jac. Gothofredii *ad Cod. Theod.*

Viro illustri Comite Goiarico [122], tum subscribente *Aniano Viro spectabili* [123], quo factum est, ut Anianus vulgo hujus Collectionis Auctor audierit. Quare haec Romani Juris Collectio *Corpus Theodosianum*, *Lex Theodosiana*, *Corpus*, *sive Compendium Alaricianum*, *Aniani Breviarium*, ac tandem *Lex Romana* est appellata [124]. Hoc ergo *Romanae Legis.* nomen, quod praecipue de Alariciano Breviario praedicatur, etiam huic nostrae Romanarum Legum Collectioni, quae *Papiani Responsum* vulgo dicitur, adhaesit, quandoquidem ita nimirum inscribitur in Codice Ottoboniano, ut etiam supra monuimus [125], cum scilicet in fronte habeatur LEX ROMANA, & Indicem Rubricarum haec praecedant: INCIPIT CAPITLA DE LEGE ROMANAE., tum ad Titulum II., qui est *de Homicidis &c.* haec legantur: *Quia de pretio occisorum Lex Romana nihil constituit &c.*, atque tandem ad calcem haec signentur: *Explicit Lex Romana*. Quin etiam forte haec ipsa Legum Collectio, non vero Alaricianum Compendium innuitur, dum apud Edmundum Martenium, & Ursinum Durandium [126] in Charta Monasterii Prumiensis legitur: *Secundum*, *quod Lex Romana edocet*; quandoquidem & in alia ejusdem Monasterii Charta, quam mox citabimus, memorantur *Libri Papiani*. Non id autem pari facilitate conjicerem de eo, quod legitur in Codicillis Ughellii [127], ubi, dum praescribitur, quomodo de rebus Monasterii S. Mariae de Organo cognosci oporteat, haec habentur: *Secundum Legum promulgationes Romanarum &c.* Tum haec ipsa Lex Romana Papiani nomine designatur apud eumdem Martenium, & Du-

(122) Vid. id. *Commonitor. loc. cit.*
(123) Ibid.
(124) Vid. Stephanum Balutium in Edicto Clotarii *Capitular. p. 7. 10. Addit. IV. Capitular. Cap. 45.*, 160., Du Fresneium *in Glossario voc. Lex Romana*; Gothofredium *Prolegom. ad Cod. Theod.*, Brenckmannium *Histor. Pandect. &c. Lib. I. Cap. IX. pag. 55.*, Heineccium *Histor. Jur. Lib. II. §. XV.*, aliosque.
(125) §. *VIII.*
(126) *Spicileg.*, *seu Veter. Scriptor.*, *& Monumentor. amplis. Collect. To. I. col. 51.* Vid. & apud Joh. Heumannium *de Re Diplomatic. To. I. Cap. II. §. LIII. n. 28.*
(127) *To. V. pag. 704.*

& Durandium [128] in Charta Harvvinchi cujusdam pro Monasterio Prumiensi anno DCCCIV., quam citavimus ad hanc Legem [129], & de qua etiam agemus inferius [130], ubi sic legitur: *Cum in Libris Theodosiani, & Hermogeniani, seu Papiani, per quem Lex continet, scriptum est, quod donatione traditio subsequatur; Igitur ego in Dei nomine Harvvinch &c.* Nulla tamen in Ottoboniano Codice Papiani mentio occurrit, quamquam hujusmodi Lex Romana Papiani dicatur in Codice Sveco-Vaticano, qui triplici ratione signatur 379., 410., & 1022., & de quo aliqua dicemus inferius [131], ubi pag. 118. a tergo haec habentur: *Incipiunt capitula Papiani libri responsorum*. Ceterum Joh. Augustus Bachius [132] in ea est sententia, ut existimet cum Conradio [133], hanc Libri inscriptionem, scilicet *Papiani Responsorum*, deberi imperitis Librariis, qui cum hanc Compilationem a Papiniani, quem tunc *Papianum* male scribebant, loco Libri Responsorum initium ducere vidissent, Papiani Responsa pro titulo operi huic appinxerint. His accedit, quod Everardus Otto *de Vita, studiis &c. Aemilii Papiniani* [134] ait, Compilationem hanc magis titulum Formae, & Expositionis Legum, quam Responsorum mereri. Et sane Jacobus Sirmondius in libello, qui inscribitur: *Quaestio triplex* [135], ex Cod. Regiae Bibliothecae Parisiens. *n.* 1097., tum ex altero suo *Papiani Excerpta* pro Papiani Responsis exhibuit.

XVIII. Nunc vero, cujus jussu, Papianus, vel quivis alius Anonymus hanc Legem Romanam condiderit, est inquirendum. Varias quidem primum Scriptorum sententias praemittemus, dein nostram exponere satagemus. Jacobus Cuiacius

(128) *Loc. cit. pag.* 56.
(129) *Tit. XXII. adnotat.* (12).
(130) §. *XXIIII.*
(131) §. *XXIV.*, & *XXV.*
(132) *Histor. Jurisprud. Roman. Lib. III. Cap. IV. Sect. II.* §. *XVI.*
(133) *Parerg. I.* 5. *de Pseudopapiano Burgundione*; & ejusdem *Praefat.* nova Parerg. praefixa *pag. XXVII.*
(134) *Cap. II. pag.* 29. *Bremae* 1743.
(135) *To. IV. Oper. pag.* 266.

iacius [136], Jacobus Gothofredius [137], Fridericus Lindenbrogius [138], Hermannus Conringius [139], Chrift. Godofr. Hoffmannius [140], Joh. Gottl. Heineccius [141], Antonius Schultingius [142], Joh. Auguftus Bachius [143], Carolus Antonius Martinius [144], Joh. Auguftus Hellfeldius [145], aliique complures, quos praetermittimus, in ea funt fententia, ut contendant, Papiani Refponforum Librum aufpiciis Gundebaldi Burgundionum Regis confectum fuiffe. Aft vero Petrus Pithoeus conditum illud cenfuit juffu Theoderici Gothorum Regis [146]. His addas Henricum Brenckmannium [147], & Joh. Daniel. Ritterium [148], qui Legem hanc pro Alariciano Compendio accipiendam temere fuaferunt, cum unum ab altera infigniter differat. Verumtamen nos tantis urgemur argumentis, quibus hanc Legem juffu Theoderici I. Francorum Regis digeftam afferamus, ut fub ejus nomine facile prodire finamus. Antequam vero argumenta, quibus fulcimur, exeramus, operae pretium erit de Theoderico Francorum Rege aliqua praefari. Jam antea quidem praemonuit Cl. Mabillonius [149]., in elucidandis Regum Francorum Diplomatibus non leves occurrere difficultates, tum quod prifci illi Francorum Reges Diplomatibus, & praeceptis fuis nec annos Incarnationis, nec Indictionem, fed folos Regni fui annos apponerent, ut eos proinde cum Aera vulgari conciliandos

(136) *In Praefat.* ipfius Editionum *Cod. Theod.*

(137) *Manual. Jur. in Bibl. Jur. Civ. Cap. II. §. II.*

(138) *Prolegom. in Cod. Legg. Antiquar.*

(139) *De Origin. Jur. German. Helmeftadii* 1720. *Cap. XX. pag.* 112.

(140) *Hiftor. Jur. Romano-Juftinian. Vol. I. Lib. I. Cap. I. Period. V. Sect. I. §. IV. pag.* 356.

(141) *Hiftor. Jur. Civ. Rom., ac German. Lib. II. Cap. I. § XVII.*, & rurfus *Elem. Jur. German. Lib. II. Tit. VII. §. CLXXVI.*

(142) *Praefat. ad Jurifprud. Ante-Juftinian.*

(143) *Hiftor. Jurifprud. Roman. Lib. III. Cap. IV. Sect. II. §. XVI.*

(144) *Ordo Hiftor. Jur. Civ. Cap. VII. §. XIV.*

(145) *Hiftor. Jur. German., & Canonico-Pontific. Cap. I. §. XXIII. adnotat.* (*d*) *pag.* 17., & rurfus *§. XXVIII. pag.* 21.

(146) Vid. Gothofred. *cit. Manual. Jur. &c.*, & Hoffmann. *cit. Hiftor. Jur. &c.*

(147) *Hiftor. Pandect. &c. Lib. I. Cap. IX. pag.* 55.

(148) *To. I. Cod. Theod. Praef. ad Lector. pag.* 2.

(149) *Supplem. Art. Diplom. Cap. VII. pag.* 28.

dos frustra susceperint Chronologi, atque Historici, quorum nonnulli, qui id tentarunt, in errores facile inciderunt; tum quod plurimi ex hisce Regibus non solum asimilis, sed etiam ejusdem nominis exstiterint, ut hinc propterea orta aequivocatione, quod uni tribuendum erat, alteri ejusdem nominis tributum fuerit, atque immanis simul temporum confusio irrepserit. Quare conatus est Mabillonius cit. loco Francorum Regum Chronologiam restituere, quae quidem non perfectissima videatur, si stemma inspiciatur, quod exhibuit Bucardus Gotthelffius Struvius ad *Gesta Dogoberti Regis Francorum per Monachum S. Dionysii conscripta* (150). Insuper in pervetusto Necrologio Benefactorum Monasterii S. Romarici (151) in Gallia, quod habetur in Cod. Ms. membranaceo anecdoto formae quadratae in folio, qui a Saeculo IX. usque ad XII. exaratus censetur (152), quique olim prostabat in Coenobio Amiternensi, seu Aquilano Eremitarum Augustinensium, nunc vero adservatur in insigni Bibliotheca Angelico-Passioneia eorumdem Eremitarum in Urbe, praeter alia insignia antiquitatis monumenta, quae in eo continentur (153), pag. 3. a tergo legitur Series Chronologica Regum Francorum, tum

(150) *Cap. I.* inter *Acta Litterar. ex Mss. eruta, atque collect. Fascicul. I. cura Burcardi Gotbl. Struvii Edit secund. Jenae* 1706. *pag.* 51.

(151) Vulgo *Remiremont*, de quo loquuntur *Act. Sanctor.* Januarii die 18. *pag.* 208.

(152) Licet in hoc Necrologio signatos habeamus Reges Francorum, qui Saeculum IX. antecedunt, tamen non synchrono eidem tempore eorum nomina heic exarata videntur, sed multo quidem posteriore, ac forte post mortem Caroli Magni, seu, ut censet Cl. Garampius loco inferius citando, anno 876., vel 882. Quod vero usque ad XII. Saeculum Necrologium hoc protrahatur, suadet praecipue, quod *pag.* 4. legitur:

Domno uudlelmi epi de Ravenna,

qui sane non alius censendus videtur, quam Guilielmus Ravennatis Ecclesiae Archiepiscopus, quem refert Ughellius *Ital. Sacr. n.* LXXXII. ad ann. 1190., & cujus mentio occurrit apud Muratorium in *Antiquit. Med. Aevi To. I. Differt. VII. col.* 394. in quadam Concessione Henrici VI. Imp. anno 1195., & rursus ibid. *To.* III. *Differtat.* XXXVI. *col.* 212. in Investitura data Azoni VI. Marchioni Estensi ab Isaacho Episcopo Adriense scilicet coram Guilielmo Archiepiscopo Ravennate eodem anno 1195. Verum hoc melius expendet Vir Cl. Josephus Aloysius Amadesius Tabulario Ravennatensis Ecclesiae Praefectus, a quo Ravennatum Archiepiscoporum Seriem auctam, & restitutam exspectamus.

(153) Scilicet in hoc Necrologio habetur Catalogus Abbatissarum Monasterii Romaricensis, quae quoniam distinctae habentur *pag.* 35. ab iis, *quae in isto loco fuerunt, antequam suscepta esset Regula Sancti Benedicti*, labascit proinde uni-

tum & Imperatorum, quam etsi antea editam a Viro Cl. Iosepho Garampio [154], heic rursus tamen a nobis etiam ad ipsius Codicis fidem expressam nunc habeas, quem per humanitatem Viri Cl., & Amici nostri spectatissimi Augustini Antonii Georgii Augustiniani Ordinis Procuratoris Generalis, & eidem Bibliothecae Praefecti longe doctissimi commode consulere, quodque etiam luberet, ex eo exscribere nobis facile licuit:

Cundramni	Caroli
hilperici	it pipini
Chlotarii	Carlomanni
Childeberti	it Carlomanni
Theudoberti	Grimaldi
Theuderici.	Drogonis
Sygiberti	Grifonis
it Childeberti	it Grifonis
it Chlotarii	Caroli
Dacberti	it pipini regis
it Sygiberti	it Caroli Imp
Chlodouei	qui obiit V. Kl feb
hilderici	hludouuici Imp
Pipini	hlotarii. hludouuici

Da-

universa Cl. Mabillonii Lucubratio, cui titulus: *Lettre de Dom Jean Mabillon a un de ses amis touchant le primier institut de l'Abbayè de Remiremont. a Paris* 1687., quaque tribus primis a sui origine Saeculis Monasterium hoc ad Regulam S. Benedicti gubernatum contendit. Dein praeter nomina Benefactorum cernitur Missa specialiter dicenda pro ipsis. Tum inter eadem nomina exaratae sunt quamplurimae praediorum, ac praecipue Servorum donationes erga hoc Monasterium, quarum nos nonnullas vulgavimus ad *Tit.* III. *Legis Romanae adnotat.* (4), & ad *Tit.* VIIII. *adnotat.* (9); quemadmodum etiam chartam precarii ex eo petitam exhibuimus ad *Tit.* XXXV. *adnotat.* (5). Ac tandem ex ipso luculenter eruitur societas, quae Romaricensi Monasterio erat cum ceteris tunc aeque celeberrimis Galliae, & Germaniae Monasteriis. Horum sane aliqua jam innotuerant per Cl. Virum Garampium nostrum, qui universum Codicem etiam se editurum spoponderat loco mox citando.

(154) *Differtat. de Nummo Argenteo Benedicti* III. *in Appendice Veter. Monumentor.* §. IV. *pag.* 171.

Dagoberti Caroli hludouuici
Balthilde Ermentrudis
X. Kł. OCT. KARLOMANNVS. REX. OBIIT. FELICITER
VI. iđ āg. MIGRAVIT DE hac luce
hlotarius rex
XVIIII Kł sep̄ obiit DOMNUS
luDuuvicus IMPERATOR
IIII Iđ OCT migrauit KARolus imperator
luDuuuicus REX
Iđ AG MIGRAUIT TUINDEBULCUS REX
Arnulfus rex. luDvuicus

Verumtamen an *Theuderici* nomen, quod heic habetur, ad Regem Francorum hujus nominis I., an ad II., vel III. pertineat, non opus est quidem, ut nos modo inquiramus, nec, si inquirere esset animus, quidquam certi asseri a nobis posset, praesertim cum sciamus, Necrologiis parum tribui posse in iis, quae ad Chronologicum ordinem spectant, cum ὕςερον πρότερον saepe in iis occurrat, quandoquidem, ubi primum lacuna aliqua ei, qui defunctorum nomina erat descripturus, obveniebat, ipsorum nomina in ea locabat, nulla habita temporis, vel ordinis ratione. Tum etsi Series haec Necrologii Romaricensis accurata habenda esset, longa dein perquisitio esset instituenda in veteribus Diplomatibus, ceterisque Monumentis, ut ejusdem veritas cum eorum fide collata luculentius constaret, quod nunc quidem haud opis est nostrae, praesertim cum inter se dissentientes Scriptores, & Chronologos omnes habeamus, quam quod maxime, Mabillonium nempe, & Struvium, quos supra citavimus, quibus adde Franciscum Mezeraium (155), Andream Du Chesneium

(155) *Abregè Chronologique de l'Histoire de France.*

ium [156], Gabrielem Danielium [157], Lucam Dacherium [158], ceterosque, quos mittimus, & quorum quis accuratius se gesserit, operosius fortasse quidem, quam Herculi fuerit Augiae stabulum repurgare, facile arbitramur. Nihilominus nobis insuper erat in votis consulere Ms. Codicem olim Reginae Sveciae, nunc Biblioth. Vatic. *n.* 712., ex quo Opusculum *de Ecclesia Lateranensi* Joh. Diacono a Mabillonio [159] tributum, ac forte ab aliquo mendaciter confictum [160] vulgavit Vir Cl. Dominicus Georgius [161], & in quo Vir jam plurimis Voluminibus editis celeberrimus Petrus Aloysius Gallettius Monachorum Casinensium Abbas in ejus Epistola ad Josephum Pellium Patricium Florentinum in anecdotam Inscriptionem *Gerontii Primicerii Notariorum*, quae legitur in Ephemeridibus Romanis Paleariniorum [162], ait praeter alia multa exstare Catalogum Regum Francorum, quem ut tibi communicaremus, Amice Lector, Codicem ipsum conquirere non cessavimus, sed quoniam ea Vaticanae Bibliothecae pars, qua Sveci Codices Mss. nunc prostant, Indice caret, ipsum invenire non licuit. Ceterum hoc tuto a nobis affirmari posse existimamus, Theodericum I. Francorum Regem Clodovaei Filium fuisse, ipsumque Austrasiae Regnum anno DXI. obtinuisse usque ad ann. DXXXIV. Si de eo plura noscere quis velit, adeat Scriptores, quos supra citavimus, aliosque, inter quos juvabit innuere Gregorium Turonensem [163], & Eccardium [164], qui profert duos nummos, quos Horatius Blancius Theoderico I. attribuit, sed quos tamen Eccardius ad Theodericum II. potius refert, cum Theodericum I. num-

quam

(156) *Histor. Francor. Scriptor. Collect.*

(157) *Histoire de France par le Pere G. Daniel.*

(158) *Prosapia Regum Francorum usque ad Dagobertum Jun. Filium Hildeberti II. in Spicileg., seu Collection. Veter. Scriptor. &c. To.* III. *pag.* 492.

(159) *Museum Italic. To.* II. *pag.* 560.

(160) Vid. *Giornale de' Letterati per l' anno* 1755. *Articol.* XXXV.

(161) *De Liturgia Rom. Pont. To.* III.

(162) *Giornale de' Letterati per l'anno* 1757. *Articol.* XI. *pag.* 115.

(163) *Histor. Francor. Lib.* III. *Cap.* 12.

(164) *Commentar. de Reb. Franc. Orient., & Episcopat. Wirceburgens. To.* I. *Lib.* X. *Cap.* XX. *pag.* 172. Vid. le Blanc *Traité des Monnoyes de France.*

quam officinam monetariam obtinuisse, ostendat. Insuper Theoderico II. adscribit nummum aeneum alterum, quem Blancius ad Theodericum III. pertinere existimavit; quemadmodum certissime eidem Theoderico II. alterum aureum vindicat, quem pariter Blancius Theoderici I. esse putavit. Sed quae momenta nos impulerint ad Romanam hanc Legem Theoderico I. Francorum Regi tribuendam, nunc opus est exponere.

XVIIII. Jam supra [165] monuimus, omnium primum Joh. Sichardium Basileae anno MDXXVIII. Theodosianum Codicem edidisse, cui interim adnectebantur etiam Novellae Constitutiones, uti jam antea innuimus. Hinc ad Novellam III. Valentiniani, quae est *de Homicidio &c.* [166], interpretamenti loco a Sichardio exhibetur Titulus II. hujus Romanae Legis, qui pariter est *de Homicidis tam ingenuis, quam servis*, ut fert Rubrica Codicis Ottob., quem postea ex eodem Sichardio etiam Ritterius denuo retulit ad cit. Novellam [167], ne interpretamento, quod non satis notum ex Sichardinae Editionis raritate arguebat, Jurisprudentiae amatores carerent. Interpretamentum hoc quidem ipsissimum est, ac ille Titulus II. Romanae Legis, quem diximus, si tamen excipias periodorum diversam rationem, ut cuilibet intuenti patebit. Quare ibidem sic incipit: *De intercmpti pretio Principis est exspectanda sententia*: *quia de pretio occisorum nihil evidenter Lex Romana constituit*, *Dominus noster* Theodoricus Rex Francorum *statuit observari &c.* Nomen quidem Theoderici Regis abest a nostro Ottobon. Cod., & ab altero Sveco-Vaticano, de quo dicendum inferius [168]; Sed cum citato loco a Sichardio expressum illud habeamus, nihil verosimilius, quam a Sichardio petitum ipsum fuisse ex tribus Mss. Codd., suo nimirum, Moguntino, & Morpagensi, ex quibus erutum Theo-

(165) §. IV.
(166) *Pag.* 96.
(167) *Adnotat.* (*t*).
(168) §. XXV., *&* XXVI.

Theudosianum Codicem omnium primus ipse edidit, uti jam antea exposuimus [169]. Quid hoc certius haberi possit, quo Theoderici Francorum Regis jussu universam hanc Romanam Legem conditam, nedum Titulum hunc II., quem memoravimus, arbitremur, ego sane non video. Huc accedit, quod inter Opera omnia M. Aurelii Cassiodori Editionis praesertim Genevensis anni MDCIX. [170], & MDCLXIII. [171] post Edictum Theoderici Regis Italiae sequitur idem sive interpretamentum Novellae III. Valentinianeae in Sichardina Editione, sive Titulus II. Legis Romanae apud Papianum, qui dicitur esse ex Legibus Theoderici sed Francorum, non Gothorum, aut Italiae Regis. Incipit: *Ingenuo homicida &c.*, atque ad finem usque convenit cum Cuiaciana Editione. Insuper ipse Cuiacius in Nivellina Editione, de qua jam diximus [172], ad ea verba *Domnus noster* in margine haec addit: *Al. Theodericus Rex Francorum*, quae citato loco Schultingius quoque ad imam oram apposuit [173]. Tandem Laurentius Pignorius [174] agens de Actore provocat ad hujus nostrae Legis Titulum II., (licet eum male IV. vocet) quem ipse apud Papinianum (dicere autem debebat Papianum) legi affirmat, atque inde hic idem Titulus *Sanctio Regis Theoderici* ab ipso appellatur, qua scilicet Regem pretium occisi Actoris centum solidis taxasse, ab eo insuper traditur, ut revera citato Titulo, Romanis Legibus silentibus, cautum animadvertimus. Quantus firmitatis cumulus argumento jam ex Sichardina Editione petito per cetera Scriptorum, & veterum Editionum suffragia accedat, neminem esse arbitror, qui non videat. Sed praeterea alia adsunt momenta, quibus ex Theoderici Francorum Regis mandato, atque hujus quidem nominis I. Legis hujus compilationem peractam affirmemus.

XX. Pa-

(169) §. IV. *adnotat.* (3).
(170) *Pag.* 1310.
(171) *Pag.* 670.
(172) *Cit.* §. V.
(173) *Adnotat.* (3).
(174) *Commentar. de Servis Cap.* XVIII.

XX. Patet quidem ex Prologo Legis Salicae, quam vulgavit omnium primus cum ceteris Germanicis Legibus Basilius Joh. Heroldius (175), atque dein Joh. Tilius (176), Franciscus Pithoeus (177), Fridericus Lindenbrogius (178), Melchior Goldastius (179), Gottefridus Wendelinius (180), Hieronymus Bignonius (181), Stephanus Balutius (182), Joh. Georgius Eccardius (183), ac tandem Petrus Georgischius (184) omnium postremus Heineccii consilio edidit, patet, inquam, Theodericum Francorum Regem Francis, Ripuariis, Alamannis, Baiuvariis, Thuringis, & Saxonibus Leges confirmasse, conscriptas tradidisse, atque iis addidisse, quae adhuc deesse videbantur. Prologus sane hic est: *Theodoricus Rex Francorum, quum esset Catalaunis, elegit Viros sapientes, qui in regno suo legibus antiquis eruditi erant. Ipso autem dictante, jussit conscribere legem Francorum, & Alamannorum, & Baiuvariorum, unicuique genti, quae in ejus potestate erat, secundum consuetudinem suam. Addidit, quae addenda erant, & improvisa, & incomposita renovavit, & quae erant secundum consuetudinem Paganorum, mutavit secundum legem Christianorum. Et quidquid Theodoricus Rex propter vetustissimam Paganorum consuetudinem emendare non potuit, post haec Childebertus Rex inchoavit, sed Chlotarius Rex perfecit. Haec omnia Dagobertus Rex gloriosissimus per Viros illustres Claudium Chadum, Indomagum, & Agilulfum renovavit, & omnia vetera legum in melius transtulit, & unicuique genti scripta tradidit, quae usque hodie perseverant*. Hic quidem Prologus etiam Legi Baiuvariorum praeponi solet in Codicibus antiquis, quem proinde singulis Populorum legibus, quas condidit Theodericus, appositum non aegre conjicimus. Ac Balutius quidem non Legi

(175) *Anno* 1557.
(176) *Parisiis ann.* 1573.
(177) *Parisiis ann.* 1602.
(178) *Francofurti ann.* 1603.
(179) *To. III. Constitution. Imperial.*
(180) *Antuerpiae ann.* 1649.
(181) *Parisiis ann.* 1665.
(182) Inter *Capitular. Regum Francor. To. I. Parisiis ann.* 1677.
(183) *Francofurti, & Lipsiae ann.* 1720.
(184) *Halae Magdeburgicae ann.* 1738.

Legi Salicae, ſed Legibus Ripuariorum, Alamannorum, & Baiuvariorum praepoſuit, eumque hoc modo collocatum etiam in veteribus Codicibus ſe reperiſſe teſtatur [185]. Ipſum uſurpatum ipſuper videas a Joh. Petro Ludevvigio [186], Joh. Georgio Eccardio [187], Hermanno Conringio [188], Joh. Heumannio [189], Joh. Gottl. Heineccio [190], Joh. Auguſto Hellfeldio [191], tum etiam forte ab aliis, qui nobis non occurrerunt. Quare ſi ex hoc Prologo patet, Theodericum Francorum Regem non Francis ſolum, Alamannis, Baiuvariis, ceterisque, quorum Legibus hic idem Prologus praefigitur, verum etiam *unicuique genti*, ut idem Prologus loquitur, *quae in ejus poteſtate erat, ſecundum conſuetudinem ſuam* Leges ſtatuiſſe, cur Romanos ſolum, quos in ejus poteſtate Theodericum habuiſſe, nemo negaverit, ſine ſuarum Legum, quae tum ſanctitate, tum diſciplina ceteris praeſtantiores ſemper habitae ſunt, norma, ac Codice reliquiſſe ſuſpicabimur, poſtquam eis, ut & ceteris optionem dederat, ſuiſne, an provincialibus Legibus vivere vellent? Tum ſi Theodericum proſpexiſſe Romanis, credibile fiat, cur Romanae hujus noſtrae Legis Collectionem, cujus Titulo II. ipſius nomen adhaeſit, ut ſupra oſtendimus [192], ejuſdem etiam juſſu perfectam non affirmabimus? Heineccius [193] quidem facile aſſeruit, Romanas Leges in Francorum Ditione viguiſſe, fretus praeſertim Agathiae [194], & Balutii [195] teſtimonio, apud quem Chlotarius *cauſſas inter Romanos controverſas Romanis terminari legibus* juſſit. Verum fallitur mea quidem

(185) *Loc. cit. Tom. I. pag.* 25., & 26.

(186) *Opuſcul. Miſcell. To. I. Lib. I. Opuſcul. VI. §. VII. col.* 308.

(187) *Cit. Commentar. de Reb. Franc. Oriental. &c. To. I. Lib. XI. Cap. XX. pag.* 193.

(188) *De Origin. Jur. German., Helmeſtadii* 1720. *Cap. IX. pag.* 41.

(189) *Opuſcul., quib. varia Jur. German., itemque Hiſtoric., & philologica argumenta tractantur. Norimbergae* 1747. *Cap. I. pag.* 12.

(190) *Hiſtor. Jur. Civil. Roman., ac German. Lib. II. Cap. II. §. XXI.*

(191) *Hiſtor. Jur. German., & Canonico-Pontific. Sect. I. §.* 29. *pag.* 23.

(192) §. *ſuperiore.*

(193) *Cit. Hiſtor. Jur. &c. Lib. II. Cap. I. §. XVIII.*

(194) *De Bell. Goth. Lib. I. pag.* 7.

(195) *Capitular. To. I. pag.* 7.

dem ſententia Heineccius, qui poſt Baronium [196], & poſt M. Antonium Dominicium [197] Theodericum II. Romani Juris ſtudioſum cenſuit, ac etiam toto Caelo errat Hermannus Conringius [198], qui agens de Legibus Alamannis, & Baioaricis ait, Theodericum Francorum Legislatorem fuiſſe illum, qui ex Monacho factus eſt Rex totius Francici Imperii circa annum DCLXXIX., quandoquidem Theodericum I. dicere debuiſſet Heineccius, tum & Scriptores, qui eum praeceſſerunt; neque ad tam ima tempora rem protrahere debuiſſet Conringius. Etenim de condendis Legibus ſollicitum Theodericum I. fuiſſe, & quidem ad annum DXII. putarunt Gottefridus Wendelinius, teſte Eccardio ad Prolegomena Legis Salicae, & ipſe Eccardius alibi [199], qui eum I. appellat; tum Heumannius [200], & Balutius [201], qui Theodericum Francorum Nomothetam Clodovaei Filium dicunt, & quorum alter etiam ipſum ab anno DXI. uſque ad annum DXXXIV. Auſtraſiae Regno praefuiſſe ſcribit; ac tandem Carolus Cointeius [202], qui Theodericum, qui Boiis leges tulit, Clodovaei Filium vocat, & Gothorum Regi Theoderico ſuperſtitem aliquot annis vixiſſe tradit. Inſuper Brunnerii locum ipſe affert, quem nunc nos in imam oram conjicimus, ne Lectoribus properanter haec excurrentibus moram injiciamus [203]. Ceterum nihil moror, an *Theodoricianae* illae *Leges*

(196) *Annal. Eccleſiaſt. ad ann.* 468.

(197) *De Praerog. Allod. Hiſtoric. Diſquiſ. Cap. VI.* §. 2. *Pariſiis* 1645.

(198) *De Orig. Jur. German. Cap. IX.*

(199) *Cit. Commentar. de Reb. Franc. Oriental. &c.*

(200) *Cit. Opuſcul., quib. var. Jur. German. &c.*

(201) *Cit. Capitular. &c.*

(202) *Annal. Eccleſiaſt. Francor. Auctore Carolo le Cointe Trecenſi Cong. Orator. Domini Jeſu. Pariſiis* 1665. *pag.* 347. *ad ann.* 526.

(203) *Lib. IV.* „ Tum demum Theod. „ Francus cum Catalaunis eſſet, uiros „ aetate graves, multo rerum uſu, iu„ riſque peritia inclitos convocavit, qui „ Francis, Boiis (*ideſt Baiuvariis*), „ Alamanniſque leges, receptis ſingula„ rum gentium moribus attemperatas „ conderet, illudque cavit in primis, „ ut aeterna, divinaque lex, & Chriſtia„ na diſciplina, publici, privatique ju„ ris fons, & unica forma eſſet, ad „ quam minima maxima exigerentur; „ quidquid ab ea latum unguem diſce„ deret, nefas haberetur, ea regula avi„ tarum conſuetudinum barbaries, foe„ dique ritus ad humanitatem, mode„ ſtiamque reducerentur. Viri illi, col„ lato ſtudio, quantum humanis ingeniis „ provideri poterat, munere ſuo gnave „ functi tabulas confecerunt, ſummiſ„ que, & infimis aequatum jus in iis de„ ſcri-

Leges apud Sidonium Apollinarem [204] ad Theodericum Francorum Regem ſint referendae, ut cenſuit Baronius [205], an ad Theodericum Gothorum Regem pertineant, ut contendunt Dominicius, & Heineccius [206], ac etiam Jacobus Sirmondius [207]. Tum nec multum laboro, an illi etiam verſus ejuſdem Sidonii [208]:

Mihi Romula dudum
Per te Jura placent

de Theoderico Francorum Rege praedicandi veniant, ut putat Dominicius, qui etiam hoc nomine Sidonium [209] ejus Conſiſtorium more Romano ornatum pinxiſſe tradit, ut patet ex collatione deſcriptionis Conſiſtorii Juſtini Minoris apud Corippum [210], an potius ad Theodericum Gothorum Regem ſint referendi, ut contendit Heineccius. Certum ſiquidem eſt, Romanis Legibus inter Francos vim ſtetiſſe, quas profecto a nemine congeſtas, praeterquam a Theoderico I., ut hactenus diſſeruimus, ſilentibus Scriptoribus omnibus, facile arbitramur.

XXI. Ac ſane Galliam plenam fuiſſe Romanorum Civium etiam ab antiquioribus Romani Imperii temporibus, teſtis Cicero in Oratione pro Fonteio: *Audacter*, inquit, *hoc dico, Judices, non temere confirmo, referta Gallia negotiantium eſt, plena Civium Romanorum: nemo Gallorum ſine Cive Romano quidquam negotii gerit, nummus in Gallia nullus ſine Civium Romanorum tabulis commovetur*. Sequiori etiam aetate Romanos in Galliis conſtitiſſe, eorumque quamplurimos in ſuam poteſtatem Reges Francorum deinceps redegiſſe, ex iis, quae diximus, patet; tum ex Scriptorum, quos citavimus,

„ ſcripſerunt, eas Theodericus Rex probatas Boiis, quod bonum, felix, fauſtumque ipſis, eorumque liberis eſſet, utendas, ſervandaſque publicavit, viſuſque eſt ea re facem Iuſtiniano Imp. praelucere, qui paucis annis poſt jus Romanum informe antehac, disjectumque, & ſua mole laborans collegit.

(204) *Epiſtol.* 11. *Lib.* I.
(205) *Annal. Eccleſiaſt. ad ann.* 468.
(206) *Locc. citt.*
(207) Ad Sidonium *pag.* 25.
(208) *Camin. VII. verſ.* 475.
(209) *Cit. Epiſt. II. Lib. I.*
(210) *Lib. III.*

vimus, testimoniis evincitur. Quare hinc firmatam in Galliis Romanam Legem, qua Gens Romana regeretur, quaque & ipsi Galli a Julio Caesare ad Honorium, & Valentinianum gubernati fuerant, facile quisque deprehendet; idque etiam Heineccius [211], & Eccardius [212] abunde testantur. Insuper Dominicius [213] ante ipsas Theodosii, aliorumque Imperatorum Constitutiones in Gallia innotuisse Romanas Leges colligit ex Sidonii Apollinaris Epistola ad Namasium [214], ubi Nicetium Sedis Praetorianae Arelate tunc constitutae Advocatum legem de praescriptione tricennii sub Consulatu Asturii, scilicet anno CCCCXLIX. promulgasse tradit, quam quidem non aliam, quam Novellam VIII. Valentiniani *de praescriptione XXX. annorum omnibus caussis opponenda*, quae scilicet Asturii Consulatu subnotatur, fuisse existimat; Quod etiam nos attigisse meminimus ad Legem Romanam, ubi *de praescriptione temporum* [215]. Interim mittimus cetera Romanarum Legum vestigia in Galliis, ne in longum nimis abeat oratio. Quapropter si magnus erat apud Francos Romanorum numerus; si eosdem suis Legibus gubernari aequum erat, immo & per ipsos Francorum Reges licebat; si Romanas Leges jam in Francico solo vim obtinuisse, compertum est, ac illas praesertim, quas Theodosianus Codex proponit, quid facilius, quam Romanis apud Francos degentibus hanc ipsam Romanam Legem, quae praecipue ex Theodosiano Codice coaluit, a Theoderico I. Francorum Rege fuisse propositam?

XXI. Sed parum nos hac in re proficere posse, videbimur, nisi momenta illa, quibus Scriptores nonnulli Gundebaldo Burgundionum Regi Romanam hanc Legem adscribere nituntur, evertere satagamus. Lindenbrogius quidem, Gothofredius, Schultingius, & Heineccius, missis nunc ceteris, quos

(211) *Loc. cit.*
(212) *Pact. Leg. Salic. Tit. XVI. de Superventis leg. 2. pag.* 38.
(213) *Loc. cit.*
(214) *Epist.* VI. *Lib. VIII.*
(215) *Tit. XXXI. adnotat.* (3).

quos antecedentibus junctim superius citavimus [216], contendunt, Papiani Responsum, quod idem est, ac nostra haec Lex Romana, auspiciis Gundebaldi Burgundionum Regis conditum esse, quod eumdem *fere*, ut loquitur Gothofredius, *passim* vero, ut confirmat Schultingius, ordinem, quo Lex Burgundica donatur, ipsum praeseferat. Verumtamen de hoc parum laborandum existimo, si desint cetera momenta, quae Burgundicum hominem hujus Responsi Auctorem suadeant, nec etiam suppetant, quae Theodericum Francorum Regem excludant, quem nobis Sichardii, Cuiacii, & Pignorii fides, tum variae Cassiodori Operum Editiones, ut superius innuimus [217], proponunt. His accedit, quod hic ordo non idem *passim* deprehenditur, ut ingerit Schultingius, quod tum ex majori Titulorum numero, quibus Themis Burgundica constat, tum ex diversa eorumdem serie facile etiam conjicias. Neque utrobique insuper eaedem sunt Titulorum Rubricae, cujus rei quidem indicium sumas ex ipsa Rubrica, quae Titulorum Papianei Responsi primas ducit, quaeque est hujusmodi: *De patris, vel matris donatione, vel munificentia dominorum*; siquidem in Lege Burgundionum sic: *De libertate donandi patribus adtributa, & muneribus regiis*. Ceterum nil mirum, quasdam Legum Collectiones inter se pacto aliquo convenire, cum fere Leges omnes eadem, aut similia saltem cavere soleant. Hinc non solum Papiani Responsum, & Lex Burgundica sibi cohaerent, quod in uno Titulus IX. ita inscribatur: *De raptu Virginum, & Viduarum*; altera vero Titulum XII. ita praeseferat: *De raptu puellarum*; Sed respondere utrumque quis dixerit etiam Legi Salicae, in qua Titulus XIV. est hujusmodi: *De ingenuis hominibus, qui mulieres ingenuas rapiunt*; tum Legi Ripuariorum, quae Titulum XXXIV. ita habet: *De*

(216) §. *XVIII.* (217) §. *XVIIII.*

De raptu ingenuarum mulierum. Sic etiam si quis similitudinem adstruat cum Papianea, & Gundebaldica Themide, quod una Titulum XX. ita exhibeat: *De his, qui hominem inlicite, aut sine caussa ligaverint*; altera vero Titulum XXXI. sic prodat: *De eo, qui hominem inlicite, & sine caussa ligavarit*, facile convenire utramque etiam dixerit cum Lege Salica, & cum Lege Ripuariorum, quarum una Titulum XXXV., altera Titulum XLI. ita gerunt: *De ligaminibus ingenuorum*, quod sane idem protendere, nemo non videt. Cetera similia persequi ulterius possem, nisi id vel minus necessarium, vel forte simul quibusdam, quibus illud *ne quid nimis* nimis etiam placet, molestum futurum arbitrarer. His interim addo, multos in Papianeo Responso haberi Titulos, qui desunt in Lege Burgundionum, & vicissim, ut ei, qui collationem instituat, facile constabit. Tandem ad rem nostram haud monere inutile erit, nonnullos etiam Titulos, etsi in Papiani Responso, & in Lege Burgundionum eadem Rubrica donentur, non idem tamen esse utroque loco argumentum. Instar omnium sit Titulus XXVI. anecdotus, qui in Papiani Responso ita inscribitur: *De his, qui debitas filiis de maternis bonis tradiderint portiones*; in Lege autem Burgundionum, ubi est L., sic: *De his, qui debitas filiis substantiae suae portiones non tradiderint*; Verum in hac de paternis, in illo de maternis bonis agitur, quod etiam suo loco advertere non praetermisimus.

XXIII. Verumtamen & alia suppetunt, ob quae facile Romanam hanc Legem a Burgundico Caelo, sub quo alta traditur, auferamus. Si ullus profecto locus in Lege hac Romana est, qui ad Gundebaldum digitum quodammodo intendere potuisset, fuisset ille sane ad Titulum II. *de Homicidis &c.*, ubi haec habentur: *Et quia de pretio occisorum nil evidenter Lex Romana constituit, Domnus noster statuit observandum &c.* Tum paullo post interemptorum Servorum pretia dissignantur: *Hoc est*

est pro actore C. solidi, pro ministeriale LX. solidi, pro aratore, aut porcario XXX., pro aurifice electo C. solidi, pro fabro ferrario solidi L., pro carpentario XL. inferantur. In Lege vero Burgundionum haec ita caventur Titulo X., qui inscribitur *de interfectione servorum*:

I. *Burgundio, & Romanus una conditione teneantur. Si quis servum natione barbarum occiderit, lectum ministerialem, sive expeditionalem, LV. solid. inferat: mulctae autem nomine sol. XII.*

II. *Si alium servum Romanum, sive barbarum, aratorem, aut porcarium occiderit, XXX. sol. solvat.*

III. *Qui aurificem lectum occiderit, CL. sol. solvat.*

IV. *Qui fabrum argentarium occiderit, C. sol. solvat.*

V. *Qui fabrum ferrarium occiderit, L. sol. inferat.*

VI. *Qui carpentarium occiderit, XL. sol. solvat.*

Quare primum vides solidorum numerum differre pro ministerialis interfectione, pro qua Lege Gundebaldica inferendi erant LV. solidi, & XII. insuper mulctae nomine; in Papianeo autem Responso LX. solidi taxantur, & nil praeterea aliud; Dein pro lecti aurificis homicidio CL. solidos solvendos indicit Lex Burgundionum, cum C. dumtaxat Papianus designet; Ac demum de fabro argentario, pro quo, utpote aurifici impare, C. solidos statuit Lex Burgundica, nil omnino proponit Papianus. Quare si haec non constant inter se, quae adamussim quidem, si ab uno, eodemque Principe utraque Legum Compilatio prodiisset, constare deberent, eo vel magis, quod Gundebaldus Burgundionem, & Romanum una, eademque ratione teneri praecipit, nil est verosimilius, quam Romanam hanc Legem Gundebaldo nequaquam esse tribuendam. Praeter hoc alia insuper momenta ex aliis Romanae nostrae Legis locis erui possunt, quibus sententia nostra confirmetur, quaeque in adnotationibus nostris ad hanc ipsam Legem etiam adlinire curavimus. Quapropter

pter eadem nunc hoc loco summatim afferemus. Ac primum adnotare juvabit, Titulo VI., XII., & XIX. servos, non secus ac ingenuos, licet tenuiores, & plebeios, tamquam ex Jure Romano, fustibus torqueri, cum tamen ex eodem Jure in servos lora, & flagella antiquitus adhiberentur, quod sane petitum videtur ex consuetudine Francorum [218], apud quos cum tortura a fustigatione inchoaretur, facile Papianus, aut quilibet alius Francus hujus Legis Coditor flagella in fustes convertit, ut nos jam suo loco advertimus [219]. Tum Titulo XIV. fit optio creditori aut fidejussorem, aut debitorem principalem, quem malit, pulsandi, quod & si Romanis Legibus cohaereat, respondet etiam Francico Juri, ac simul a Gundebaldica Lege dissentit, quae convenire fidejussorem, nisi principalis debitor prius sit excussus, non sinit [220]. Insuper videas citato Titulo Francici Juris vestigia in dupli satisfactione, quae in negantes debitum, nihil hujusmodi sanciente Romano Jure, statuitur, ut proinde etiam apud Francos lis inficiando cresceret, ac qui factum inficiaretur, praeter damni aestimationem XV. solidorum multam subiret [221]. Praeterea cum in Titulo XVII. legatur *exarari* viam, dum in Additamento Legis Burgundionum habetur *exartari*, & viae *munitionem* idem Titulus protendat, non *munitiones*, ut in eodem Additamento, tantum abest, ut haec ex Burgundica Themide, quemadmodum contendit Schultingius, petita fuerint, quin potius a Paulli Sententiis, ubi eaedem prorsus Papianei Responsi lectiones servantur, derivata videantur [222]. Deinde cur argumenti loco quin etiam non habeatur, Titulo XXI. marito dumtaxat ob sepulcri violationem nuncium remitti, cum tamen ex Burgundico Jure

(218) *Leg. Salic. Tit. XXXIX.*
(219) *Tit. XII. adnotat.* (9).
(220) *Cit. Tit. adnotat.* (16).
(221) *Leg. Salic. Tit. X.* §. 1., 4., & 5. Vid. *adnotat.* (24) *ad Tit. XIV.*
(222) Vid. *adnotat.* (3), & (4) *ad Tit. XVII.*

re etiam hoc crimen ad uxorem extendi constet; quod quidem Papianus, si Gundebaldi jussu haec exarasset, in hanc Romanam Legem, ut exotica alia plurima, invehere non dubitasset? [223]. Tandem non abs re erit adnotare, parum proficere Schultingium, dum ad Titulum juxta Ottobon. Cod. XXXVI. [224] existimat, legem de praelatione, quae matri in tutela filiorum, exclusis ceteris omnibus legitimis tutoribus, defertur, a Burgundionum Lege [225] Papianum esse mutuatum; quum id etiam tum ex Germanico Jure [226], tum potissimum ex Lege Viso-gothorum procederet, quod nos fusius etiam ad citatum Titulum animadvertimus [227].

XXIII. Verum ut sententiae nostrae firmior accedat auctoritas, ac majus stet robur, nunc insuper acervatim advertimus, in Papiani Responso nullam Burgundicae Nationis mentionem occurrere, cum contra in Burgundico Jure saepius Romani commemorentur, quin pari conditione utrique habeantur, ut propterea, quae unos attingunt, alios etiam ut plurimum comprehendant. Quare ut Burgundicae Themidi sua esset auctoritas, facile discessisset Papianus a Romanae Legis placito, quae quandoque cum Burgundica non convenit, ne dum Romanis patria Jura indulgebantur, Regiae sanctiones, quae jam obtinuerant, infirmarentur. Quod cum non fecerit Papianus, cumque conditiones, quibus tenebantur Romani in Burgundionum Lege, pugnent cum iis, quibus in Romana Lege mancipantur, facile evincitur, Legem hanc nostram Gundebaldi jussu nequaquam fuisse conditam. His addo, styli discrimen maximum esse inter utramque Legem, ut proinde nec una aetate, nec in una Regione prodiisse,

(223) Vid. *adnotat.* (5) *ad Tit. XX.*
(224) *Adnotat.* (1).
(225) *Tit. VIII. n. I.*
(226) Vid. Benedict. Schmidtium *Princip. Jur. German. Lib.* I. *tit.* 9. §. 2. & Heineccium *Element. Jur. German. Lib.* I. *tit.* 15. §. 351.
(227) *Adnotat.* (3).

diisse, appareat. Tandem accedit, quod ex Charta Harvvinchi Viri illustris pro Monasterio Prumiensi, qui Villam Ordanam in Pago Andegavensi eidem concedit, ut ipse in Congregationem recipiatur, quam ex Martenio, & Durandio alibi adduximus (228), & hoc loco etiam superius citavimus (229), facile conjicere licet, anno DCCCVIII., imperante *Karolo Serenissimo Augusto*, Libros Papiani Legis robur vel Prumiae, vel Andegavi in Galliis obtinuisse. Quare etsi tunc Burgundionum Regnum extinctum jam esset, cum illud a Francis occupatum fuisset circa annum DXXVI., attamen cum Franci in Legibus Gentium devictarum nihil, ut jam monuimus, immutaverint, si Gundebaldi Burgundiae Regis jussu Papiani Responsum, seu Lex Romana Romanis ipsis in sua ditione degentibus proposita fuisset, eadem Romanos illos ibi consistentes deinceps quoque devinxisset, nec Romanos ceteros, qui sub vetere Francorum imperio vivebant, attigisset, quibus Legem a Francorum Regibus juxta receptum morem propositam stetisse, facile conjicimus. Cum ergo ex laudata Harvvinchi Charta innotescat, Papiani Responsum viguisse vel Prumiae in Ditione Trevirensi, vel Andegavi sub Archiepiscopatu Turonensi, quae loca nihil cum Burgundia commune habent, sit proinde consequens, non Gundebaldi Burgundionum Regis auspicio, sed alicujus Francorum Regis, atque Theoderici I. praesertim Papiani Responsum, seu Romanam Legem pro Romanis apud Francos degentibus concinnatam fuisse. Alia sane argumenta quamplurima ex iis eruta, quae in Papiani Responso saepe Romanae Nemesi contraria afferuntur, quaeque Burgundionum Legibus, si Gundebaldi ipsorum Regis jussu ipsum Responsum conditum fuisset, respondere deberent, a quibus tamen longissime absunt, immo potius ceterarum Gentium consuetudines redolent, congerere possemus,

(228) Vid. *Tit.* XXII. *Legis Romanae adnotat.* (12).

(229) §. XVII.

mus, nisi brevitatis ratio nobis habenda jam foret, quae sane proferenda relinquimus, si quis nos umquam censura lacessens ad id forte provocaverit.

XXV. Verum nunc de nostra hac Romanae Legis Editione aliqua dicenda supersunt. Plura sane in ea prostant, quae ipsam ceteris Editionibus praestantiorem efficiant. Praetereo Titulorum Rubricas pleniores, lectionum varietates accuratiores, quae ex Ottoboniano Cod. nunc primum prodeunt, quasque praecipue habeas ad Titulum XIV. [230], tum ad XVII. [231], dein ad XVIII. [232], tandem ad XXXVI. [233], & alibi. Verum, quod sane pretiosius est, duos anecdotos Titulos idem Codex nobis suppeditat, ut proinde hujus Legis Tituli, qui antea XLVI., nunc XLVIII. numerentur; Si tamen Tituli dicendi sunt, cum ex Codice nostro, ac etiam ex Wurceburgensi, teste Ritterio, tum ex Sveco-Vaticano inferius citando *Capitula* potius inscribenda fuissent, uti vidimus alias [234]; Licet nos Titulorum nomen, quod jam obtinuerat, ubique servaverimus. Siquidem non solum in Editis, verum etiam in Cod. Regio Parisiensi Saeculi VIII., qui signatur *n.* 4403., Papiani Liber Titulis distinguitur, ut patet ex Novo Tractatu Diplomatico Monachorum Sancti Mauri Benedictinae Familiae [235]. Primus itaque ex anecdotis sive Titulis, sive Capitulis ita se habet: *De his, qui debitas filiis de maternis bonis non tradiderint portiones*. Hic occurret tibi *n.* XXVI., quo etiam censendus fuerat in altero Cod. Sveco-Vaticano, qui signatur triplici numero 379., 410., & 1022., ut ex Indice Titulorum, qui, abrupta Papianei Responsi descriptione, integer superfuit,

(230) *Adnotat.* (6), & (11).
(231) *Adnotat.* (6), & (13).
(232) *Adnotat.* (6).
(233) *Adnotat.* (17).
(234) §. *VIII.*

(235) *Nouveau Traitè de Diplomatique &c. A Paris. To.* III. *Part.* II. *Sect.* IV. *Chap.* II. *Art.* II. *pag.* 76. De hoc Opere vide, quae diximus superius §. XIV. *adnotat.* (103).

fuit, juvat colligere. Verum & haec suo loco monuimus [236]. Alter. vero anecdotus Titulus ipsum Romanae Legis finem claudet, ac signatur *n.* XLVIII., cujus Rubrica ita se habet: *De colonis migrantibus, vel in fugitiva lapsis*. Ast scire tamen opus est, Titulum hunc idem esse omnino, ac veterem Interpretationem Breviatoris Codicis Theodosiani in Volumine Alariciano, quae nunc habetur ad *l. un. Cod. Theod. de Inquil., & Colon. lib. 5. tit.* 10.; Qua de re quidem multa diximus suo loco [237], ad quem Lectorem nostrum ablegamus. An vero ex horum duorum Titulorum accessione Papiani Responsum integrum omnino praestiterimus, haud facile affirmabimus. Siquidem Schultingius ad Titulum XXX. [238], propterea quod in Editis legatur: *vel diversorum auctorum constitutiones, quae sunt per Titulos superius indicatae*, atque in superioribus Papiani Titulis haud quidquam prorsus de criminali quaestione intra annum proponenda, & perficienda, quae ibidem protenditur, caveatur, facile suspicatus est, Papiani Responsum forte ad nos integrum non pervenisse. Verum consule lectionem Codicis Ottob., cui allatus Titulus est XXXI., quam ibi aliter omnino exhiberi videas; Quod quidem si recte se habeat, Schultingii suspicio facile concidat, ut suo loco etiam innuimus [239]. Huc accedit Titulus ille famigeratissimus *de Pactis inter Virum, & uxorem*, quem sane quidam Papiano tribuunt, licet nos post Schultingium praesertim ad Papinianum spectare demonstraverimus ad Titulum I. hujus Legis [240], ut proinde, quae ibidem asseruimus, scribendi otium nobis nunc faciant.

XXVI. Tandem Papiani Responsum, seu Romanam Legem, etsi majori ex parte pluries editam, ut superius designavimus [241], tamen ob Variantium Lectionum, atque earum

(236) *Tit.* XXVI. *adnotat.* (1).
(237) *Tit.* XLVIII. *adnotat.* (1).
(238) *Adnotat.* (8).
(239) *Tit.* XXXI. *adnotat.* (14).
(240) *Adnotat.* (2).
(241) §. XVI.

rum ſane accuratiorum copiam ad fidem etiam Ottoboniani Codicis vulgatam voluimus, ſervatis nimirum & ipſis litterarum peculiaribus formis, & incorrectis Librarii mendis, quibus tamen omnibus per rectam lectionem, quae ſubjicitur, conſuleretur; ea prorſus ratione, qua Novellas V. anecdotas exhibuimus. Interim ſancte teſtamur, nullam a nobis omiſſam diligentiam, quo omnia ſane fideliter a nobis expreſſa, quemadmodum in Codice proſtant, vere dici poſſent; Quamquam, ſi cui cordi fuerit denuo explorare Codicis fidem, monere non praetermittimus, ipſum adſervari nunc in inſtructiſſima Bibliotheca Viri Cl. Joſephi Garampii Praeſulis ampliſſimi, quae quoniam nobis ob praeclaram ſpectatiſſimi Poſſeſſoris humanitatem magna praebuit adiumenta, ut Opus hoc ipſum fere totum in ea excreverit, ita gratum animum noſtrum eidem nulla alia re magis prodere nunc poſſe putavimus, quam libenti Codicis hujus, quem Ruggerius noſter Vir Cl. noſtri juris fecerat, conceſſione, etſi ea tamen, ut & alia quavis ratione ad dignas eidem gratias rependendas pro tantis ipſius in nos meritis, quae nunc tacite recolimus, impares nos omnino ſentiamus. Quare Codicem hunc, qui hactenus Ottobonianus audivit, nunc jure dixeris Garampianum. Inſuper Romanam hanc Legem contulimus cum Mſ. Cod. Sveco-Vaticano, quem ſupra laudavimus, atque ex eo praeter Rubricam Novellae Theodoſii Jun. juxta Ottob. Cod. XII., quod alibi innuimus [242], varias lectiones ad ipſam Romanam Legem, quae exſtantiores viſae ſunt, expoſuimus, quas tamen uſque ad Titulum XXII. produximus, quum ibidem Amanuenſis hujus Codicis ſubſederit. Ceterum deinceps ordinem, quo in ipſo Codice Tituli diſponuntur, tum rationem, qua eorum Rubricae concipiuntur, exerere non ceſſavimus; quando haec ex Indice Titulorum, quem idem Codex

(242) §. XIIII.


dex integrum gerit, licebat eruere. Praeter Variantes Lectiones Adnotationes etiam noſtras addidimus, quibus praecipue loca indicaremus, ex quibus hujus Romanae Legis Capita, & ſanctiones ſingulae prodierunt, quae ſane tum ex Codd. Gregoriano, Hermogeniano, & Theodoſiano, tum ex Caii Inſtitutionibus, Paulli Sententiis, Titulis Ulpiani, atque ex Novellis Theodoſii, Valentiniani, Maioriani, Leonis, & Severi prodiiſſe vidimus. Inſuper in eo etiam fuit propoſitum noſtrum, ut ex Diplomatibus, ac Chartis ſequiorum Saeculorum Romanae Legis uſum oſtenderemus, atque hinc veluti practice praeſtitum, quod a Papiano theoretice traditur, haberetur; *Tunc* enim, ut ait Quintilianus (243), *dignum operae pretium venit, cum inter ſe congruunt praecepta, & experimenta*. Hinc videas multas indicatas, ac etiam quandoque allatas Chartas donationum, manumiſſionum, venditionum, tranſactionum, ſacramentorum, precarii, teſtamentorum, ceterarumque Juris Solemnitatum tum ex Mabillonio, Martenio, Heumannio, Muratorio, Maffeio, Terraſſonio, tum ex Novo Tractatu Diplomatico Monachorum Sancti Mauri, ex Mſ. Necrologio Romaricenſi, ex Ariminenſi noſtra Bibliotheca, ceteriſque hujuſmodi lautitiarum promptuariis, quae ſingillatim excurrere haud juvat. Juris Juſtinianei quin etiam, Legis Salicae, Burgundicae, Carolinae, Ripuariorum, Viſo-gothorum, Baiuvariorum, Alamannorum, ceterorumque Populorum placita cum hac Romana Lege pro opportunitate contulimus. Multa etiam ex Antiquariae facultatis penu protulimus; Veteres ſcilicet Inſcriptiones, praeſertim anecdotas, aut parum fideliter antea vulgatas, quae ad rem noſtram pertinerent, in adnotationes noſtras inſerendas curavimus, ut ſimul multiplici hoc rerum condimento non ſolum JCtis, quibuſcumque nobis imprimis res eſt, verum etiam & me-

(243) *Lib.*XII. *cap.* 16.

& medii aevi Antiquitatum, & veterum Monumentorum Cultoribus, qui in haec noſtra inciderent, conſuleremus, ſicque nimirum ſinguli facile haberent, quod ſuarum eſt partium. Tandem, ne quid deeſſet, quod legentium commodo, & utilitati proſpiceret, duplicem & Auctorum, & rerum Indicem concinnandum curavimus, qua in re nobis, quoniam otio carebamus, ſuccenturiatus acceſſit Vir nobis familiaritate conjunctiſſimus Nicolaus Buſchius Patricius Caeſenas, qui utriuſque Juris peritia plurimum commendatur, quique nunc a nobis tum laudis, tum grati animi commemoratione fraudandus non erat.

XXVII. Habes nunc, Erudite Lector, univerſi hujus Operis noſtri rationem, cujus te ſane, ut maxime decebat, certiorem cumulate voluimus. Nunc vero tuum erit aequi, bonique conſulere tum quae per ingeniolum noſtrum non inconcinne prorſus congeſta acceperis, tum etiam quae per inſcitiam peccata fuerint; Siquidem ſi magnis etiam Viris in errores incidere proclive eſt, quantum proinde hac in re de nobis etiam metuere nunc debeamus, facile ſentimus, praeſertim, cum nos longe a Fori clamoribus erudita veterum Legum ſtudia, veluti per otium, coluerimus, in quibus licet quidem aliquot ab heinc annis Dux nobis primus exſtiterit Vir Conſultiſſimus Laelius Paſolinius Domo Longianenſis, atque nunc publicus Legum Anteceſſor in Ariminenſi Civitate, eique haud nos quidem dumtaxat forenſium, ut vocant, Legum peritiam, ſed & veteris Romani Juris eruditionem acceptam referamus, tamen, cum poſtea Romanae Curiae exercitationibus nos dediſſemus, ac cito earumdem nos cepiſſet ſatietas, ad diverſa dein ſtudiorum genera, quae cum politioribus ſcientiis, & cum eruditione conjungerentur, & quorum amore tenebamur, ſtatim nos contulimus, ut proinde intermiſſam quodammodo Juriſprudentiae operam nunc nos navaſſe videamur. Ceterum id cu-

id curae nobis fuit, ut quae abſtruſiora viderentur, quantum potis eſſet, expenderemus, quaeque ſolum nobis comperta eſſent, in paginas noſtras reciperemus. Inſuper in magna rerum undique affluentium copia brevitatem ſectari ſtuduimus, effuſiori calamo indulgentes, ſi nova quaedam, aut peculiaria attingenda occurrerent. Nihilominus nos non latet, futuros nonnullos, quibus aegre probetur ipſa brevitas, vel qui nobis etiam prolixitatem obtrudant. Quid faceres? Aliis ſcilicet alia probantur, cumque varia ſint hominum ingenia, omnibus propterea placere minime poſſumus. Quare praeclare nobiſcum actum arbitrabimur, ſi a probis Viris humanitatem, & veniam obtinere fas erit; De ceteris autem, ac praeſertim de invidulis quibuſdam homuncionibus vix nobis laborandum cenſemus. Qui legis, feliciter vivas.



IOHAN-

IOHANNIS CHRISTOPHORI AMADUTII

COMMENTARIUS

IN VITAM CL. VIRI

CONSTANTINI RUGGERII (1).

I. EXSTAT in Ariminenſi Dioeceſi amoeno Colle ſitum Oppidum Archangelianum, quod VII. millia paſſuum ab Urbe Arimino diſtat, atque hoc quidem vetus, ac perilluſtre, quippe quod, ut cetera ornamenta praetercam, in lucem eduxerit multos praeſtantes Viros, ſanctitate, ſcientia, dignitate, boniſque artibus percelebres, inter quos juvat percenſere Beatum Simonem Ballachium Ordinis Praedicatorum (2) ſanctitatis fama inſignem, cujus uterque Patruus Laurentius ex eodem Ordine Praedicatorum, & Federicus Archipresbyter S. Michaelis in Acerbulo (3) Ariminenſem Eccleſiam gubernavit (4); Franciſcum Michinium Anatomicum, & Medicum ſua tempeſtate ſolertiſsimum, & editis Libris clariſsimum (5); Guidum Cagnaccium in Aula Vindobonenſi Pictorem longe praeclariſsimum (6); Jacobum Antonium Pedronium Cathedralis Eccleſiae Arimini Canonicum, & Johannem Fratris Filium, qui VI. Volumina Mſs. Adverſariorum reliquerunt (7); ac dein noſtra aetate Joſephum Aeneam Garatonium Manfrediorum Alumnum, Medicum, Aſtronomum, ac Mathematicum excellentiſſimum, tum Bononienſis Academiae Socium meritiſsimum (8); Matthiam Iuenardium Planci Diſcipulum, Virum Philoſophia, Theologia, Graecis Litteris, ceteriſque facultatibus libero homine dignis praeſtatiſsimum, ſimulque cognominem alteri longe doctiſsimo Viro Johanni Paullo Matricis Eccleſiae SS. Viti, & Modeſti Archipresby-

(1) Cur heic potiſſimum Commentarium hunc collocatum voluerimus, prodidimus jam ſuperius in Praefatione noſtra §. X. *pag. XXVI.* & *ſeqq.*

(2) Vid. de eo Librum, cui titulus: *Sacro Diario Domenicano &c. Roma* 1728. *pag.* 40. die 7. Novemb., & Ughell. *Ital. Sacr. To.* I. in Catal. Epiſc. Arimin. *n.* 82.

(3) *Plebem S. Archangeli, quae vocatur in Acerbulo*, memorat Bulla Lucii II. *Bullar. Roman. To. II. pag.* 177. Edit. Mainardii.

(4) Vid. Ughellium loc. cit.

(5) Vid. *Biblioth. Script. Medic.* Joh. Jacobi Mangetii, & *Biblioth. Real. Medic.* M. Martini Lipenii, ubi recenſentur Michinii *Obſervationes Anatomicae. Venetiis* 1554. *in* 4., tum *Bibliographiae Anatomicae Specimen* Jacobi Duglaſſii *pag.* 107., qui praeter memoratas *Obſervationes* alterum Michinii Opus deſignat, cui titulus: *Flos Anatomiae de perverſis locationibus, aut fractionibus corporis humani*, ſine loco, & anno.

(6) Joh. Baptiſta Coſtius Ariminenſis Pictor longe clarus, & eruditus edidit anno 1756. in Tomo XLVII. prioris Collectaneae Opuſculorum Angeli Calogerà Epiſtolas nonnullas, & authentica documenta, quibus Cagnaccium Archangeliani Oppidi Civem affirmat.

(7) Arimini in publica Gambalonga Bibliotheca adſervantur VI. Volumina Mſs. Adverſariorum utriuſque Pedronii, quorum eſt ſequens titulus: *Sei Libri di Diarii di varie coſe raccolte, e deſcritte dal Canonico Giacomo Antonio Pedroni, e dal Sig. Giovanni ſuo Nipote.*

(8) Garatonius laudatur pluries in Actis Academiae Inſtituti Bononienſis, auctore Viro Cl. Franciſco M. Zanottio. Vid. *Tom.* II. Novae Opuſculorum Collectionis, ubi *n.* XII. legitur Opuſculum, cui titulus: *Relazione del Dottor Bernardino Zendrini ſopra la finale regolazione dell' acque di Ravenna*; quod ſcilicet Garatonius Cl. Abbati Calogerà communicavit.

presbytero, quem ſibi Ariminenſe ſolum potiori jure vindicat, licet Archangeliano Oppido conterminus ibidem Philoſophiam, & Graecas litteras publice docuerit, & in inſigni ejuſdem Oppidi Canonicorum Collegio primas duxerit, ut Archangelianus idcirco apud plures merito audiat; ac, qui poſtremo agmen ſupra omne decus claudit, Laurentium Ganganellium ex Franciſcanorum Ordine Romana nunc Purpura Eminentiſsimum.

II. His quidem merito nunc accenſeri etiam debet Conſtantinus Ruggerius, qui ſcilicet natus eſt in eodem Oppido Archangeliano ad diem IV. Idus Junias anno a Chriſto nato MDCCXIV. Hic Parentes habuit Franciſcum Ruggerium, & Annam Mariam Thereſiam Raſtelliam ex Patricia Gente Peruſina, quae in Montis Gridulfi Oppido Ariminenſis Dioeceſeως multis ab heinc annis ſedem figerat (9). Primis interim pueritiae annis Latinae Linguae erudimentis imbutus eſt apud eximium Rhetorem Carolum Fabrium publicum tunc temporis illius Oppidi Ludi Magiſtrum. Verum ad d. VIII. Kal. Novembrias anni MDCCXXIX. Patria exceſſit, ac Peruſiam petiit, ut ibidem in nobili Collegio, quod *Sapientiae Novae* appellant, ceteris facultatibus imbueretur, Philoſophia nempe, & Juriſprudentia, cujus etiam ibidem *doctoralem lauream*, ut ajunt, eſt conſequutus. Quare triennium ibidem commoratus dein Romam contendit poſtridie Nonas Decembrias anni MDCCXXXII., ut in Urbe Viris, Lycaeis, Libris, ceteriſque ad ſcientias adipiſcendas ſubſidiis inſtructiſſima ſublimiori virtutis apici velificaretur. Heic itaque tum Parentum, tum Patrui, apud quem degebat, conſilio Juriſprudentiae ſtudio ſe mancipavit, utpote quod praecipue Romae honores, munera, & facultates comparare conſueverit. Verum cum eidem primum conjecta in manus fuiſſet, ut mos eſt, Ridolfinii *Praxis Romanae Curiae*, barbaro ſtylo, & millenis judiciorum formis impeditiſſimis confecta, brevi hujuſmodi practicae, ut ajunt, legum exercitationis pertaeſus, quae nil fere commune habet ut plurimum cum politioribus ſcientiarum, & eruditionis ornamentis, quorum amore, ac deliciis ipſe detinebatur, ſimul omne Juriſprudentiae ſtudium valere juſſit, ac de vili raudusculo parum interim laborans tota mente, ac pectore ad nobiliores eruditionis fontes, & ad jucundiorem tum veterum, tum recentium Librorum lectionem, qui politiores, praeſtantioreſque cenſebantur, magna cum voluptate ſe contulit. Quare Antiquitates tum Romanas, tum Graecas, tum profanas, tum eccleſiaſticas impenſe colendas ſuſcepit. Ad Diplomaticae facultatis ſtudium ita incubuit, ut exquiſitiores medii aevi antiquitates quammaxime calleret, atque in iis excellere videretur. Animum, & incitamentum ad hujuſmodi ſtudiorum genus eidem addebat aſſidua prorſus conſuetudo, qua utebatur cum Juſto Fontaninio Ancyrano Archiepiſcopo, Viro omnigena eruditione praeclariſſimo, quemadmodum ipſius in Litterario Orbe fama adepta, & per editos Libros longe, lateque diffuſa abunde teſtatur. Quare ad eum ſingulis veſperis, licet longo locorum intervallo diſſitus, a Tranſtiberina nempe Regione ad Collem Pincium diverte-

(9) In Mſ. chartaceo, quod apud me eſt, & cui titulus: *Martii Mileſii* (Sarrazanii) *Jur. Conſ. Monumenta ingenii aliquot*, *pag.* 18. a tergo hoc Epitaphium legitur, quod ad Raſtelliam Gentem pertinet: D. O. M. *Jacobo Raſtello Civi Ariminenſi nuncupato a Peruſio Summor. Pontif. omnium a Clement. VII. ad Pium IIII. Intimo familiari Chirurgo ſummae laudis, peritiae, integritatiſque obdormivit in Domino anno ſalutis MDLXVI. XVIII. Kal. Julii, communique Urbis moerore elatus Vix. ann. LXXV. Men.* X. D. V. *Ludovicus Monticulus Civ. Arimin. Pauli V. Pont. Max. intimus familiaris Chirurgus Praeceptori optimo grati animi monumentum* P. *Anno MDCX.*

vertebat, ubi a tanti Viri ore pendens, & perpetuo agens cum Italis, Gallis, Germanis, Anglis, ceterisque doctioribus Viris, qui ibidem & colendae eruditionis, & tanti Praesulis vel gratiae aucupandae, vel confirmandae conveniebant, domum quotidie ampliori doctrinae copia locuples, atque refertus revertebatur.

III. Cum interim per Urbem de Ruggerii doctrina fama percrebresceret, factum est, ut Petrus Ottobonius Junior Cardinalis amplissimus, tunc Portuensis Episcopus, & S. R. E. Vicecancellarius, ut vocant, in ipsius Bibliothecae Praefectum eumdem adsciceret. Quare ut gratum animum suum erga tantum Mecenatem Ruggerius testificaretur, simulque ingenii sui specimen aliquod ederet, elaborandam suscepit Dissertationem, cui titulum fecit *De Portuensi Sancti Hippolyti Episcopi, & Martyris Sede*, cui dein adnectebatur etiam *Disquisitio de Albanensi Sancti Innocentii I. Patria*, quarum utraque eidem Card. Ottobonio dicata erat. Dissertatio quidem de Sancto Hippolyto typis Vaticanis Salvioniorum cudi coeperat, eaque jam usque ad *pag.* 80. processerat, sed nummariae rei forte angustia, qua malo quodam fato utplurimum Litterati urgentur, Opus intermissum est, atque adeo omnis de eodem cura evanuit, ut impressae chartae omnes, quae Typographo remanserant, vili prorsus pretio illis cesserint, a quibus artificiosi ignes ad Hadrianam Molem in Divi Petri solemnitate exhiberi quotannis consueverunt. Ceterum quinque saltem exemplaria impressarum hujusmodi paginarum Romae a diversis Ruggerii Amicis adservantur, quorum unum etiam apud me est, idque marginalibus insuper adnotationibus ejusdem manu exaratis instructum, quod mihi jam petenti ipse concesserat. Moratur haec ipsa Dissertatio (quod summus est honor) ab immortali Pontifice Benedicto XIV. in ejus eximio Opere *de Servorum Dei Beatificatione, & Beatorum Canonizatione &c.*(10), ubi inquit: *Dum haec scribimus, typis Romanis editur erudita Dissertatio de Portuensi Sede S. Hippolyti Episcopi, & Martyris, in qua evincitur, Episcopum Portuensem, quem Prudentius elegantissimo carmine laudavit, ejus Urbis prope Romam Episcopum fuisse*. Luculentissimae Pontificis auctoritati accedit testimonium Cl. Viri Thomae M. Mamachii Chii Ord. Praed. in *Origin.*, *& Antiq. Christian.* (11), qui sic ait: *Interea hoc moneo, a Constantino Ruggerio Viro eruditissimo, & Amico meo de Episcopatu Hippolyti, & originibus Christianae Religionis in ea Provincia esse disputatum sane accurate in gravissima Dissertatione de S.Hippolyto Cap.III., quam nos Dissertationem cum legeremus, admirati sumus ingenium, incredibilemque Viri in re Antiquaria diligentiam, atque peritiam. Atque optandum sane foret, ut brevi ea publicaretur*. De ea idem Auctor plena laude loquitur rursus loco citato, & alibi (12). Duo utriusque gravissimi Scriptoris testimonia exscribere libuit, ne Dissertationem hanc vel ob menda, aut ex poenitentia suppressam quis umquam suspicaretur. Ex aliis insuper schedis noscere licuit, Ruggerium ad ann. MDCCXXXV. postridie Nonas Martias, ut in Epistola nuncupatoria ad eumdem Card. Ottobonium signatum cernitur, illius jussu lucubrationem concinnasse de *Rebus gestis B. Gregorii X. Pontificis*, quae lucubratio sane desideratur. Tandem, ut ejusdem Ottobonii Card. mandatis Ruggerius pareret, Disquisitionem adornavit *de Arnaldo de Faugeriis, Petro Gomesii de Barosso, Bertrando de Deucio Epp. Sabin. S. R. E. Cardd., qui Synodicas Constitutiones ex Cod.*

(10) *To. I. Lib. I. Cap. XIV.*
(11) *Lib. II. Cap. II. §. 3. adnotat. 1. pag.* 85.
(12) *Cap. XXI. §. 1. adnotat. 3. pag.* 238. *& Lib. III. §. 19. adnotat. 1. pag.* 88.

Cod. Ottoboniano . . . . . depromptas ediderunt &c., quae quidem vulgata est sub auspiciis Hannibalis Cardinalis Albanii Episcopi Sabinensis in Collectione prima Opusculorum, quae Venetiis cudi coepit anno MDCCXXVIII., curante Angelo Calogerà Abbate Camaldulense Viro Cl., qui nuper naturae debitum solvit (13). Laudatur haec Disquisitio a Viro Cl. Fausto Antonio Maronio Cler. Regul. Scholarum Piarum in Commentario *de. Ecclesia, & Episcopis Sabinensibus* (14); ubi etiam plurima Ruggerii verba a Cl. Auctore proferuntur.

IV. Verum cum e vivis excessisset Card. Ottobonius, ac Benedictus XIV. tunc noper universalis Ecclesiae bono Summus Pontifex renunciatus pro suo in Litteras amore Vaticanae Bibliothecae Ottobonianam copulare discuperet, Ruggerii opem, qui eidem praefuerat, expeti voluit, suadente Iosepho Guyonio Crochansio Episcopo Cabilonensi, mox Archiepiscopo Avenionensi, familiari jampridem Amico Pontificis, qui tunc Romae morabatur, & cujus amicitiae se adjunxerat Ruggerius apud Caelestinum Orlandium tunc Caelestinorum Monachorum Antistitem, quocum familiariter utebatur, quique dein Melfictanus Episcopus est renunciatus. Quare tunc Ruggerius Ottobonianae Bibliothecae thesauros Pontifici reclosit, ejusque opera & Bibliothecae emptio perfecta est, & eadem Bibliotheca in Vaticanis Cimeliis collocata. Tunc quidem, vel dum eidem Bibliothecae praeesset, facile est, ipsum confecisse Indicem sane accuratissimum Graecorum omnium Mss. Codicum ejusdem Bibliothecae, cujus exemplar apud ipsum repertum est; Quemadmodum ejusdem Bibliothecae historicam narrationem ad ipsum Pontificem intextam conscripsit, quae inter ejusdem Mss. comperta est, quaque docemur, ipsam primum coactam fuisse a Marcello Cervinio, qui Pontifex dictus est Marcellus II., atque dein ab ipso ex testamento fuisse legatam Guillelmo Sirletio Card. amplissimo, qui eidem fuerat a Secretis; mox post ipsius obitum, emenso trajectionis in Hispaniam conamine, a Card. Ascanio Columna emptam fuisse; tum post ejudem interitum, in irritum etiam cessis transvectionis Mediolanum usque sollicitudinibus, a nobilissimo Duce Joh. Angelo Altempsio comparatam; postea, Altempsio Duce vita functo, discessum ejusdem Bibliothecae in Sveciam reparasse Petrum Ottobonium Seniorem, dein Alexandrum VIII. Pont. Max., qui eamdem Familiae suae dono datam Romae fixit; ac ipsam tandem, ut jam innuimus, cum omnibus singulorum possessorum additamentis, quibus excreverat, immortali Benedicti XIV. Pont. Max. providentia, munificentiaque in Vaticanam Bibliothecam fuisse inlatam. Hinc igitur factum, ut ad tanti Pontificis gratiam viam sibi straverit Ruggerius, & ipse Pontifex magnam de ejus doctrina, eruditione, ac diligentia ceperit existimationem, ipsiusque opera propterea usus fuerit quamsaepissime, simulque eidem menstruam stipem nummum Cl. Juliorum adsignaverit. Rem hanc abunde testantur imprimis *Summorum Pontificum, Regum, atque illustrium Virorum testimonia de B. Nicolao Albergato Card. S. Crucis, & Episcopo Bononiensi jussu, & auspiciis Benedicti XIV. Pont. Max.... collecta, & in sex classes distributa, quibus praemittitur ejusdem Vita a Jacobo Zeno Episcopo Feltrensi ad fidem Codicis Vaticani recognita, notisque illustrata studio, & labore Constantini Ruggerii*. Opus hoc prodiit Romae anno MDCCXLIV., cujus finem claudunt *Litterae Apostolicae* ejusdem Summi Pontificis in *Caussa Canonizationis*, ut ajunt, suprascripti Beati Episcopi, quibus luculenter Ruggerianus labor commendatur, ipsumque Ruggerium Pontifex *familiarem* suum amice compellat. Tum Opus hoc ipsum, & ejusdem

(13) *To. XX. pag. 1.*

(14) *Cap. XXXII. pag. 42.*

dem Compilatorem rursus abunde laudat sapientissimus Pontifex in Tomo XI. ipsius Operum, qui est *de Festis &c.* (15). Dein hoc Opus recusum fuit per Fratres Palearinios inter Opera omnia ejusdem Pontificis (16), quod tunc & novo ordine ad calcem donatum est, novisque additamentis locupletatum.

V. Interim cum contigerit, ut anno MDCCXLVII. ad diem IV. Kal. Junias renunciaretur Episcopus Ripanus Vir multiplici scientiarum genere, ac probitate spectabilis Lucas Nicolaus Recchius, tunc Imperiali Bibliothecae Praefectus, qui duobus ab heinc annis occubuit, Pontificis cura in eo quidem fuit, ut litteras ad Francavillae Principem, qui degit Neapoli, statim scriberet, quibus Ruggerium suae ipsius in Urbe Bibliothecae, cui ab ejus conditore Josepho Renato Imperiali S. R. E. Cardinali *Imperialis* nomen accesserat, praefici exposceret, quod sane facile obtinnit. Quare cum nihil fere, quod arduum esset, & longam, difficilemque rerum investigationem postularet, moliri consuevisset Pontifex, quin prius per Ruggerium studiorum suorum fidissimum adjutorem amplam argumentorum segetem parari praeciperet, factum hinc est, ut tanto ex Imperiali Bibliotheca Librornm selectissimorum praesidio subnixus Ruggerius facilius, atque uberius Pontificis mandata exsequi posset; Licet & antea ad instructissimas omnes Romanas Bibliothecas, & ad Vaticanam praesertim, tum ad Tabularia etiam secretiora, Pontificiis commendationibus accedentibus, eidem aditus pateret, ex quorum penu non solum quae ad rem praesentem, & ad Pontificis mandata exsequenda pertinebant, sed etiam quae vel anecdota, vel insigniora nanciscebatur, exscribebat, quarnm proinde rerum congeriem sane eximiam ab ipso collectam inter Adversaria reliquit. Quapropter praeter Gallicas controversias satis notas, quas ab eodem accnrate expensas fuisse, fama est, Diatribas multas ex jussu Pontificis concinnavit, quas suo loco recensere curabimus. Interim vero memorare juvabit curam sane graviorem, quam a Pontifice Max. in Ruggerium conlatam novimus, Historiae scilicet Ecclesiasticae Bononiae conscribendae, quam quidem summo labore, ac diligentia inchoaverat, conquisitis undique tum ex Vaticanae, ceterarumque praestantiorum in Urbe Bibliothecarum Libris, atque Codicibus, tum ex Vaticani, aliorumque praecipuorum in Urbe Archivorum Cimeliis egregiis sane, ac pene innumeris monumentis, quae nunc in Bononiensis Instituti Bibliotheca adservantur. Scilicet Caroli Sigonii Commentarios *de Episcopis Bononiensibus* a Saeculo XI. usque ad XIV. emendandos, atque locupletandos curaverat Ruggerius, quod quidem Opus sic ab eo suppletum post ipsius interitum, pretio soluto, in laudatam Bononiensem Bibliothecam inlatum est. Verum ipsum Ruggerius aliis deinceps, & quidem assiduis Pontificis mandatis respondens fere intermisit, nec proinde perfecit, ut ob hanc caussam potissimum in vulgus, ut Pontifici erat in votis, emissum non fuerit. De insigni hoc Opere fidem facit idem Auctor in *Testimoniis de B. Nicolao Albergato*, quae supra memoravimus (17); Dein laudatus Mamachius illud memorat loco item superius citato (18); Tum Praesul Cl., ac nobis spectatissimus Josephus Garampius nunc a Notis arcanis Pontificis in Ecclesiasticis Monumentis, quae ad Historiam, & cultum pertinent Beatae Clarae Arlminensis

(15) *Lib. III. Cap. XII.* §. 3., 4., & 10. *pag.* 610., & *seqq.*
(16) *To. VI. pag.* 321.

(17) *Pag. XXV. adnot.* (6), & *pag.* 114. *in not.*
(18) *Origin.*, & *Antiq. Christ. Lib. II. Cap. XXI.* §. 3. *adnotat.* (3) *pag.* 243.

oensis (19). Cum vero ipse Pontifex Sapieotissimus Ruggerio insuper mandasset, ut dum pro Bononiensis Ecclesiae Historia Monumenta conquirebat, quae etiam ad profanam Historiam pertinerent, sedulo colligeret; cumque hoc oaviter, & affatim fecisset Ruggerius, ipsum postea lubido incessit, quo hisce etiam Mooumentis uti, & ea in ordinem aliquem digerere posset, expendendae, tum censoria virgula iourendae Historiae, quam Alexander Formaliarius Archidiaconus de Bononiensi Uoiversitate conscripserat, qoaeque nondum edita io ejus maous perveoerat; idque spisso sane Opere, qood io duas Partes dividebatur, perfecit Ruggerius, argoens praecipue mendacii, & imposturae post Petracchium (20), & Muratorium (21), aliosque aotiquiores Theodosii Junioris Diploma, quo Gymnasium Bononiense ab eodem Imp. institutum asseritur, quo Formaliarius tamquam praecipuo patrii Lycaei monumento innitebatur. Praeterea in hoc Opere, quod etiam in Iostituti Bibliotheca nunc pretio acquisitum adservatur, Archidiacooorum Boooniensium Series ab eodem Ruggerio digesta continetur. Cooptatus quio etiam Ruggerius erudito Caetui, qui siogulis Mensibus habebatur in Quirinali Palatio coram Pontifice, multas recitavit Dissertationes, quarum tres ad Hierarchiam Ecclesiasticam pertinent, quarta vero de *Arcani Disciplina* pertractat.

VI. Verum quoniam usufructuario jure Bibliotheca Imperialis obtinetur ab eo, qui Praesul ex testamentaria Imperialis Card. voluntate creatur, cumque is tunc esset Josephus Spinellius Cardinalis amplissimus, & jam ipse a Neapolitanae Ecclesiae regimine se abdicaos Romam coocessisset, facile Ruggerio ad eum aditus patuit, tum & ipse Cad. Spinellius illum libeoter in sui auxilium, & opem adscivit, quoties pro gravissimis muneribus, quibus in Urbe fungebatur, penitiori aliqua notione, quae loogam rerum iovestigationem, ac laborem exposceret, indigeret. Quare ex ipsius jussu praesertim coactum a Ruggerio Opusculum invenimus, quod Observatiooes criticas cootinet in Monasterium Sanctae Mariae Vallis Josaphat Ordinis Saocti Benedicti io Dioecesi Coosentina (22); Tum aliud looge elaboratissimum Opus concionavit ex ejusdem Purpurati praecepto de Monasterio Bursfeldensi io ditiooe Brunsuicensi, & de Congregatione Benedictina ejusdem Mooasterii, cujos origo repetitur ab Ottone Archiepiscopo Trevirensi ad ann. MCCCCXX., & cujus dein progressus ex legatione Nicolai Cusae S.R.E. Cardinalis adstruitur (23). Cetera etiam longa indagine conquisita, & scitu dignissima ibidem afferuntur; Verum pleraque sunt ἐκ τῶν ἀπορρήτων. Cum interim Cardinali Spinellio universae Congregationis *de Propaganda Fide* Praefectura esset demandata, ut Arti Typographicae, quae in Aedibus ipsius Congregatioois ad excudeodos praecipue ex uooquoque Orientali idiomate Liturgicos Libros instituta est, strenuus Praeses adesset, oculos in Ruggerium coojecit, ipsumque Octobre Mense ann. MDCCLVIII. tanto operi praeficiendum curavit, ad id etiam adnitente doctissimo viro, multisque gravissimis jam editis Libris longe Cl. Nicolao Antonellio, quem oescias, an dignitate magis, vel doctrioa

(19) *Memorie Ecclesiastiche appartenenti all' Istorio, e al Culto della B. Chiara di Rimino Dissertaz. XII. not. (c) pag. 347.*

(20) *Della Insigne Abbaziale Basilica di S. Stefano di Bologna Lib. I. Cap. IV. §. 2., 3., & 4. pag. 29. & seqq.*

(21) *Antiq. Med. Tom. III. Dissertat. XXXIV. col. 21.*

(22) *Osservazioni Critiche sopra il Monastero di S. Maria Vallis Josaphat dell' Ordine di S. Benedetto Dioces di Cosenza.*

(23) *Dissertazione intorno al Monastero di Bursfeld nello Stato di Brunsuich, ed alla Congregazione Bursfeldese, e Storia della Legazione del Card. di Cusa.*

ctrina Eminentissimum dixeris, quique pro sua cum Ruggerio veteri consuetudine in locum, quem ipse summo cum honore obtinuerat, eumdem mox suffectum exoptabat. Quare Ruggerius statim concinnavit Opusculum de ipsius Typographiae in eadem Congregatione institutae origine, quam repetit ab amplissimo Praesule, ejusdem Congregationis a Secretis Francisco Ingolio Ravennate, ubi & de ipsius Typographiae fine, usu, ac necessitate plenissime differit (24). Insuper, ut aequaret doctissimi Antonellii sollicitudines, qui Graecas Litteras editione Athanasianae Psalmorum Paraphraseos, & Armenas Sancti Jacobi Nisibeni Sermonum impressione exornandas laudabiliter, sciteque curaverat, Typographiam imprimis in editiorem, ac ampliorem locum transferri satagit, Vaticanae, & Urbinatensis Typographiae litterarum formas, quae otiabantur, in eam adsportandas curavit; sex nova prorsus industria, ac arte confici jussit prela, quorum typus a Gallis, & Anglis ad imitationem exceptus est, nec quibus nobilius, aut firmius perfici potest. Litterarum formas, & characteres omnes exactissimo ordine, ad id armariis extructis, disposuit. Arabicas Litteras, & eas maxime, quae elegantioris formae erant, ne diutius confusae, & rubigine infectae jacerent, longo satis, ac molesto labore, usus etiam opera Orientalis Presbyteri Johannis Morganii, quocum de suo prandium, & coenam communicabat, in ordinem redegit, & affabre perpolivit; Brachmanas, seu Indostanicas, quae obscuro loco delitescebant, eduxit, easque quin etiam utiliores Litterario, & Catholico Orbi exhibere eidem mens erat editione *Institutionum Grammaticarum* ejusdem Linguae, quas jam concinnaverat Horatius Oliverius Pinnabillensis in ditione Montis Feretri ex Capuccinorum Familia, qui post Apostolicas Missiones per plures annos apud Tibetanos, Indostanos, Nekpalenses, ceterosque religiose peractas in *Patan* diem supremum obiit ann. MDCCXLVII., Tibetanas quoque, quae omnino neglectae squallebant, in lucis conspectum exposuit, easque illustrandas curavit per eruditissimum Virum Augustinum Antonium Georgium, quocum arctissimo amicitiae vinculo jungebatur; quod sane a Cl. Georgio nostro perfectum esse, nemo ignorat, edito praeclaro Opere, quod inscribitur *Alphabetum Tibetanum*, in quo non modo Tibetanae Litterae, sed & Brachmanae, Graecae, Hebraicae, Samaritanae, Cophtae, Aethiopicae, Arabicae, Chaldaicae, Syriacae mirifice usurpatae veluti in amplissimo Theatro exspatiantur. Hinc ibidem a Cl. Georgio in Praefatione (25) laudatur Ruggerius, tamquam *Typographicae rei in S. C. de P. F. Curator, & Restitutor, ingenui moris homo, & exquisitae eruditionis praestantia maxime clarus*. Insuper de Cophticis characteribus peculiariter benemereri studuit, cum, ipso Praeside, editum fuerit Pontificale Alexandrinum Cophto-Arabicum, tum Rituale, & Theotichiae cura Raphaelis Tukii Episcopi Arsenovensis, quae omnia quatuor Voluminibus comprehenduntur: Et si vita superstes fuisset, excusam haberemus Guillelmi Boniourii Tolosani Eremitae Augustinensis longe doctissimi *Elementa Linguae Cophticae*, quae Mss. adservantur in Angelica Bibliotheca. Nec otiosae etiam fuissent Litterae Armenicae; quandoquidem jam in hanc linguam vertendum Ruggerius curaverat Catechismum Romanum a Georgio Anteplio Armeno Monacho Congregationis Mechitarensis Sancti Lazari Amico nostro, Viro non solum patrii idiomatis, sed & Ecclesiasticae Histo-

(24) *Relazione dell' origine, regolamento, e stato presente della Stamperia di Propaganda estratta dai Decreti della Sacra Congregazione, dalle Memorie di Monsig. Ingoli, e da altri Documenti autentici.*

(25) *Pag. XLIX.*

ſtoriae, quae ipſius Nationem reſpicit, ſcientiſſimo; Quamquam ipſum Armenicis litteris proſpexiſſe, jam conſtet iterata impreſſione Voluminis I. Clementis Galanii de *Conciliationibus Eccleſiae Armenae cum Latina ex ipſis Armenorum Patrum, & Doctorum teſtimoniis*, quod, quo fato, neſcio, perierat, ſuperſtitibus duobus tantum, quae ſequuntur, Voluminibus. Tandem & novum decus Graecis Litteris addidiſſet, niſi mors praeclariſsimum illud Romanae Purpurae decus, & Litteratorum, puriorumque doctrinarum columen Dominicum Paſsioneium praeripuiſſet, cujus aere LXX. viralis Verſio Danielis a Theodotionea, quae in Bibliis omnibus legitur, diverſa, & in Tetrapli formam illuſtrata a Viro Cl. Joſepho Blanchinio Oratorii Presbytero, jam ex Chiſiano Seniorum quantivis pretii Mſ. Codice eruta prodiiſſet, cujus etiamnum deſiderio tenemur; niſi excipias tum primas illas Typographicas informationes Capitis I., quas ſpeciminis ergo Ruggerius cudi curaverat, quaſque provide Vir Cl. Petrus Aloyſius Gallettius Monachorum Caſinenſium Antiſtes ad calcem Monumentorum pro Hiſtoria Vitae ejuſdem Purpurati Viri, quae Romae prodiit ann. MDCCLXII. (26), recudendas curavit; tum verſiculos aliquot ex Capite III., quibus Organorum, & Muſicorum Inſtrumentorum nomina recenſentur, quoſque in Appendice ad Tom. I. *Spicilegii Biblici* (27) exhibuit Vir immenſae eruditionis Alexius Symmachus Mazochius. Laudabilis haec quapropter tum ſpectatiſſimi Card., tum Ruggerii noſtri ſollicitudo commendatur ab ipſo Gallettio loco citato (28), ubi & Ruggerii labores in reſtituenda Typographia de P. F. honorifica oratione deſignantur. De Malabaricis etiam Litteris, tum de Tamulicis, atque Telugicis ſollicite cogitabat, eoque magis, quod iis characteribus per Acatholicos Heterodoxarum Miſſionum Magiſtros, Interprete Beniamino Schultzio, Catecheſεων, divinoſque Scripturae Sanctae Libros Halae Magdeburgicae impreſſos noverat (29), ſibique ab eodem etiam Schultzio, quem Romae noverat, dono miſſos obtinuerat. Quare imparia ad ſui propagationem ſubſidia Catholicae Fidei adeſſe, quam maxime dolens (ſiquidem Typographia de P. F., etſi XXVII. diverſarum Linguarum characteribus inſigniter inſtructa ſit, his tamen caret) piae, juſtaeque aemulationis ſtudiis incenſus jam harum Linguarum Grammaticas Inſtitutiones conquiſierat, earumque dein litteras cudendas Eminentiſsimis ejuſdem Congregationis Praefectis ingerebat, quod & ipſi religioſiſsimo Pontifici Max. Clementi XIII., quotieſcumque occaſio tulit, & ore, & ſcripto candide, ut mos ejus erat, vivideque commendavit. Et utinam nec Linguarum, quae deſiderantur, periti, nec alia fortaſſe etiam neceſſaria adjumenta deeſſent, ut nec voluntatem, nec conatus ad haec tam utilia, & egregia opera perficienda Sanctiſsimo Pontifici deeſſe novimus.

VII. Quare haec ſunt munera praecipua, quae obivit Ruggerius, haecque exſtantiora opera, quae ipſe perfecit. Ceterum, ut ad Opera revertamur, non ſunt praetermittendae aliae ipſius lucubrationes, quas vel exercitii litterarii cauſa, vel data occaſione, ſed quae publica luce fraudantur, adornavit. Quare imprimis memorabimus ipſius Diſquiſitionem *de peculiari quodam Iſidis Siſtro, deque Anubis Sphae-*

ra

(26) *Memorie per ſervire alla Storia della Vita del Card. Domenico Paſſionei &c. pag. 290.*

(27) *Pag. 316.*

(28) *Pag. 288.*

(29) *Via, ſive Ordo Salutis, i. e. Libellus, in quo demonſtratur, qua ratione, & via homo peccator, ſuae ſalutis cupidus per Jeſum Chriſtum ad vitam aeternam pervenire poſſit, ex lingua Tamulica in linguam Telugicam transfuſus, interprete Beniamino Schultzio. Halae Magdeburgicae 1746. pag. 47. in 12.* Tum *Catechiſmus Tamulicus pag. 25. in 12.*

ta ad Ponticum Symmachum Patritium Cosmopolitanum, quem fuisse novimus Pompeium Compaguonium tunc Francisci Barberinii Jun. S. R. E. Card. a Cognitionibus, nunc Auximanae, & Cingulanae Ecclesiae Antistitem; Dein alterum Opusculum, quo totus est Ruggerius, ut ostendat, Melitensibus numquam licuisse Orientalibus Christianis, etsi Schismatici sint, damnum inferre, neque naves alienorum Principum, aut Magni Magistri Equitum Hierosolimitanae Religionis vexillis insignire (30); Tum alterum sane eruditissimum, quod continet observationes in usum, ac formam Umbraculorum apud veteres, atque in alia insuper, quae tum ad sacras, tum ad profanas atiquitates pertinent, & quo nimirum refellitur pluribus in locis editus Commentarius Cl. Viri Paulli M. Paciaudii, qui inscribitur ΣΚΙΑΔΙΟΦΟΡΗΜΑ, sive *de Umbellae gestatione* (31). Deinde illustrationem adtexuit in antiquam anecdotam Inscriptionem, quae incipit: PRO . SALVTEM . ET . VICTORIAS . DD. NN. SEVERI . ET . ANTONINI &c., quae ad Excellentissimum Virum Paullum Burghesium ex Principe Gente Romana inscripta est. Insuper concinnavit criticam elucubrationem plurimi faciendam, quae est de numero, & αὐθεντία Actorum S. Barbarae, quae exscripsit Ruggerius ex duobus antiquis Mss. Codicibus Bibliothecae Vallicellanae, & Casanatensis, tum de cultu, Reliquiis, patria, loco, ac tempore martyrii ejusdem Virginis (32). Accedit his *Monitum ad Reliquias Codicis Ms., seu Regesti Instrumentorum Monasterii SS. Andreae, & Gregorii in Clivo Scauri*, quod Ruggerius anno MDCCLIII. Monachorum Camaldulensium nomine (ut gratam rem faceret Seraphino Concelmanio ejusdem Monasterii Abbati, cui jam deperditum Codicem, & a Hyacintho Bonio Foroliviense ejusdem Monasterii Antistite anno MDCCXXXIX. bono quodam fato rursus adeptum posteritati commendare summopere curae erat) eidem praefixit, additis insuper duobus Indicibus Chronologica Serie digestis, altero nempe Instrumentorum, quae in eodem Chartario, seu Regesto continentur, altero Abbatum Gregoriani Monasterii, qui in Instrumentis memorantur. Hujus sane Moniti meminerunt, ac etiam verba nonnulla ex eodem usurparunt Joh. Benedictus Mittarellius, & Anselmns Costadonius *Camaldulensium Annalium* Auctores longe clarissimi (33). Nec etiam reticendum est Opusculum, quo vetera Monumenta Anconitanae Civitatis exponuntur (34); Tum aliud, quo critice expenduntur scripta nonnulla Petri Philippi Strotii τοῦ μακαρίτου, Liberianae Basilicae Canonici, Viri ceteroquin religiosissimi, quibus immemorabilem cultum Nicolao IV. Pontifici in eadem Basilica praestitum contendebat (35); Dein & & alterum brevius quidem, sed eruditione refertum; quo explanatur ectypus

(30) *Memoria di fatto circa il corso dei Maltesi contro gl' Infedeli, nella quale si dimostra essere sempre stato proibito ai medesimi di danneggiare i Cristiani d' Oriente, benchè Scismatici, e di armare bastimenti con bandiere di Prencipi stranieri, e del solo gran Maestro.*

(31) *Osservazioni sopra l' uso, e la forma degli Ombrelli appresso gli antichi tanto gentili, quanto cristiani, e sopra altre cose appartenenti alle antichità sacre, e profane indirizzate al Padre Paulo Maria Paciaudi Cherico Regolare Teatino.*

(32) *Dissertazione Critica circa il numero, e l' autenticità degli Atti di S. Barbara trascritti da due antichi Codici Mss. delle Biblioteche Vallicellana, e Casanatense, e sopra il culto, le reliquie, la patria, il luogo, ed il tempo del Martirio della Santa.*

(33) *To. I. Lib. II. §. XXV., & XXVII. ad ann. Ch. 945. pag. 66., 68., & 69.*

(34) *Notizie antiche della Città d'Ancona.*

(35) *Esame critico d' alcuni Fogli del Signor Canonico Strozzi, nei quali pretendeva di mostrare il culto immemorabile prestato nella Basilica di Santa Maria Maggiore a PP. Niccolò IV. disteso per ordine di Monsig. Teodoro Boccapaduli.*

typus antiqui Sigilli ex plumbo, quod ab Alexandro Josepho Clappinio Canonico Lateranensi obtinebatur (36), ac praeterea Additamenta, & Censurae in Dissertationem Viri Cl. Mauri Sartii Monachi Camaldulensis *de Antiqua Picentum Cupra Montana*, quae quoniam forte ad Cl. Sartium, qui Romae nuper diem supremum obiit, per Virum Consultissimum Joh. Felicem Garatonium, qui Ruggerii Municeps, & Amicus erat, & ad quem Dissertatio inscribebatur, amice delata fuerant, plura ex iis inferenda curavit in secondam Editionem ipsius Dissertationis, quam Pisauri perfecit anno MDCCXLVIII., ubi Ruggerium multa suppeditasse, ingenue fatetur (37). Memorari heic quoque debet Opusculum alterum italico idiomate, carens titulo, sed quod jussu Benedicti XIV. exaratum ab eo est adversus quaedam Mss. *Monumenta, quibus Diaconiam S. Agathae de Urbe in Suburra, seu Benedictinorum Montis Virginis Ecclesiam a Gregorio Magno consecratam fuisse, & ad haec usque tempora sua a vetere consecratione minime excidisse, suadetur*; quae Monumenta Matthaeo Jacutio ejusdem Congregationis Monacho, qui alia etiam Opuscula prodidit, tribuuntur. Neque silentio nos praeterire nunc decet gravissimam Ruggerii nostri Sententiam pro impressione Monumentorum Monasterii Sanctae Mariae Bantii in Apulia, quae collegerat immortalis memoriae Vir Henricus Henriquezius S. R. E. Cardinalis, quibusque Ruggerius nihil Apostolicae Sedis jura oppugnari, aut imminui posse, solide evincit (38); nec etiam Diatriba de vi, & auctoritate Dialogorum Sancti Gregorii Magni (39) est praetermittenda, cui insuper addas rationum momenta, quibus Divae Monicae Divi Augustini Matris Lipsana non in Aroasiensi Coenobio Dioecesis Atrebatensis in Gallia, quo eadem Ostia furto tulisse Walterum quemdam Monachum ad ann. MCLXII. ex insulsa ejusdem de consicta hac translatione Historia Papebrochius contendit (40), sed Romae in Templo Sancti Tryphonis Eremitarum Augustinensium, quo eadem Ostiae detecta in Divae Aureae Templo ad ann. MCCCCXXX., Martino V. Pontifice, adducta sunt, adservari dumtaxat, luculenter evincit (41); quae omnia a Ruggerio, ipso jubente Pontifice, conscripta sunt. Exstat etiam erudita Epistola satis longa, quae exarata est ad d. V. Idus Sextiles ann. MDCCXLII. ad Anselmum Costadonium Monachum Camaldulensem Virum eruditissimum de nova Editione Operum S. Petri Damiani, quam Costadonius moliebatur. Responsum quoque reliquit in Apologiam, quam quidam pro Nicolao Macchiavellio conscripserat (42). Tum exaravit Diatribam in Leges Ammortizationis, ut ajunt, qua scilicet ostenderet, liberum esse Fidelibus eorum bona Ecclesiis dimittere (43). In Adversaria quin etiam contulit exstantiores casus anni DLVII., quibus & sacra, & profana historia illustratur (44). Accedit Methodus facilis ab ipso proposita, qua utiliter in Romanis Tabulariis rerum,

(36) *Spiegazione d' un antico sigillo di piombo stesa in una lettera al Rmo Padre Abate Don Alessandro Giuseppe Chiappini di Piacenza Generale de' Canonici Lateranensi di S. Agostino posseduto dal medesimo.*

(37) Cap. XVII. pag. 37.

(38) *Parere sopra la Stampa delle Memorie Bantine, o sia del Monastero di Santa Maria di Banzio nella Puglia scritte dal Signor Card. Enrico Enriquez.*

(39) *Dell' autorita, e valore de' Dialoghi di S. Gregorio Magno.*

(40) *To. I. Maii pag. 473.*

(41) *Ragioni per l'identità del Corpo di S. Monica esistente nella Chiesa di Sant'Agostino di Roma.*

(42) *Risposta ad una pretesa Apologia del Macchiavello.*

(43) *Memorie contro le Leggi d'Ammortizazione per provare la libertà dei Fedeli di lasciare i beni loro alle Chiese.*

(44) *Avvenimenti più singolari dell' anno di Cristo 557., che interessano la Storia Ecclesiastica non meno, che la Civile.*

rum, ac monumentorum perquisitiones instituti possint (25). Congessit permulta quoque monumenta de Pontificiarum Epistolarum Scriptoribus, quae cum Philippo Bonamicio Lucensi, cujus Opus infra memorabimus, communicavit (46). Sententiam praeterea conscripsit in detrimenta, quibus ad ann. MDCCXLII. affectam ingentem Testudinem Basilicae Vaticanae contendebant Matthematici, quaeque ipse aut nulla, aut exilia saltem arbitrabatur (47). Cur etiam non memorem ejusdem Epistolam ad nescio quem Scaramucciam Abbatem (48), qua explanatur Muratoriana (49), & Doniana (50) Inscriptio C. VETTIO. COSSINIO. RVFINO dicata, quae est Atinae, quamque ad marmoris fidem exacte descriptam, & impressis exemplaribus accuratiorem laudatus Scaramuccia, quocum festive jocatur, eidem submiserat? Tandem finem claudent Criticae observationes in Auctorem brevis cujusdam Commentarii Historici, quo Graecae Ecclesiae Ritum a Saeculo IV. Basilianorum Monachorum in Italia nequaquam necessario proprium, sed casu dumtaxat exstitisse contendebat (51). Haec omnia Ruggerius, nomine suo praefixo, aut si tacito, non ementito tamen, conscripsit, quae nos modo, nulla habita vel temporis, vel argumenti, aut dignitatis ratione, prout ad manus occurrerunt, recensuimus, & quorum pleraque ipsum ad prelum parasse, facile etiam conjicere possumus. Postremo tandem haud certo pronunciaverim, a Ruggerio nostro compactum Opus, licet imperfectum, cui titulus: *Angeli M. Quirini S. R. E. Cardinalis, & Episcopi Brixiensis Testimonia de se ipso luculentissima ex ipsius Operibus excerpta, & in quatuor Classes distributa: Praemittuntur Tabulae rerum gestarum Eminentissimi Viri ejus verbis typo datis conceptae ad exemplar Marmoris Ancyrani*. Opus hoc quidem diversum est omnino a *Commentario Vitae* Purpurati Viri, qui a se ipso concinnatus dicitur, quique Brixiae editus est. Ceterum Ruggerianum etiam Antographum ab ipso Quirinio digestum fingitur; sic enim inchoatur Tabula I: *Vix Ephebis egressus Florentiam veni &c.* An Quirinius hanc provinciam Ruggerio demandaverit, quam postea haud probaverit, vel quid aliud sub his lateat, prorsus ignoro. Certum tamen est, Ruggerii manu, & sane expolita, atque distincta citra ejus morem exscriptum hoc Opus fuisse; quod sane & ipsum ab eo elucubratum suadet, cum ab eodem Amanuensis instar exscriptum fuisse, nullatenus verisimile fiat, qui etiam sui ipsius scripta Amanuensibus dilucide exaranda tradere consueverat. Horum sane omnium, quae huc usque recensuimus, cognitionem acceptam referimus Stephano Gallio Ariminensi excultissimi ingenii Viro, ac de nobis non uno nomine optime merito, apud quem nunc singula Ruggeriana Mss. adservantur.

VIII. Verumtamen adsunt & alia ementito nomine *Nicetae Alethophili* exarata a Ruggerio Opuscula, quae uno quidem Volumine comprehensa advertimus. Primas ducunt Observationes Criticae in Epistolam Viri Cl. Hannibalis Oliverii ad Marcellum Franciarinium JCtum Eugubinum, qua

(45) *Metodo facile per fare utilmente le occorrenti ricerche negli Archivi di Roma.*

(46) *Notizie de' Segretari Appostolici.* Vid. inferius §. IX.

(47) *Parere sopra i pretesi danni sofferti dalla Cupola di S. Pietro.*

(48) *Lettera all'Abate Scaramuccia del 1749. sopra un Inscrizione antica di Atina.*

(49) *Nov. Thesaur. Inscr. pag. 373. n. 3.*

(50) *Inscr. antiq. Cl. V. n. 145.*

(51) Abest titulus; Sed observationes hujusmodi ex jussu Pontificis confectae videntur, siquidem a Pontifice condita dein fuit Constitutio, qua *Graeci ritus observantiae, & Linguae Graecae studium Monachis Ordin. S. Basilii injungitur, & commendatur.* Vid. *Bullar. Bened. XIV. To. III. Constit. XLIV. pag. 363.*

qua Monumenta nonnulla veterum Pelasgorum explanantur (52); Subsequuntur Observationes Criticae in Historiam Monasterii S. Mariae *in Portu* Ravennae, quam conscripserat Vir Cl. Petrus Paullus Ginanninus Monachorum Casinensium Antistes (53); Dein occurrit Sermo historicus in Reliquias S. Damasi I. Pontificis, quae in Basilica S. Laurentii *in Damaso* adservantur, ad Petrum Ottobonium S. R. E. Card., & Vicecancellarium, ac Portuensem Episcopum (54); Tum habetur ejusdem Judicium de recta interpretatione nonnollorum verborum, quibus in sui Testameoto Vir, dum vixit, studiosissimus Andreas Battaglinius Patricius Ariminensis domesticam Bibliothecam legati jure contulerat in Virom Cl., & ipsius Institutorem optime meritum Janum Plancum Patricium, & Archiatrum Ariminensem (55). His accedunt Sermones duo de Nobilitate Monticuli illustris Oppidi in Piceno, quae ex Scriptorum authenticis testimoniis, ex jure gentium, & ex Municipalibus Actis per ipsum evincitur (56); Tum his additur Sermo historicus alter de Nobilitate Monticuli in Epistolae formam intextus ad τὸν δεῖνα, cui Appendix Documentorum adsuitur (57); Ac tandem finem claudit Sermo tertius Historico-Juridicus de ejusdem Oppidi Nobilitate, quo ipsum privilegiis, ac praerogativis, quae Civitatibus insont, donari contenditur (58), idque nova Documentorum Appendice, quae Volumen coronat, luculentius asseritur. Verom praeter haec postrema Opuscula jam Ruggerius onus in se susceperat totius Historiae Mooticuli, sive veteris *Treiae* conscribendae, atque ad id multa Piceni Archiva lustraverat, & innumera collegerat Monumenta, quae ejusdem Oppidi Decurionibus petentibus post Ruggerii mortem tradita sunt. Cur autem ipse in hoc Opere torpuerit, ignotum omnioo est.

IX. Jam singula Ruggerii nostri studia, & monumenta ingenii exposuimus. Nunc reliquum est, ut quae fuerint de eo coaevorum Litteratorum judicia, prodamus. Ipse enim cum omnia, quae sciret, communicare non dubitaret, hinc saepe factum est, ot quidam libenter in suis Operibus pluries per eum profecisse faterentur. Jam ex dictis huc usque colligi potest, quam praeclare de eo senserint Benedictus XIV., Thomas M. Mamachius, Faustus Antonius Maronius, Josephus Garampius, Augustinus Antonius Georgius, Petrus Alovsius Gallettius, Joh. Benedictus Mittarellius, Anselmus Costadonius, ac Maurus Sartius, quorum est per Litterarium Orbem fama percelebris, & a quibus laudari, utpote a laudatis Viris, in magno pretio haberi debet. His ergo ounc addiious rursus testimonium Cl. Ma-

(52) *Osservazioni Critiche di Niceta Aletofilo sopra una lettera del Sig. Annibale degli Abati Olivieri, in cui s' illustrano alcuni Monumenti degli antichi Pelasgi, dirette al Signor Abate Pompeo Compagnoni Patrizio Maceratese.*

(53) *Osservazioni Critiche di Niceta Aletofilo sopra la Storia dell' Insigne Monistero di S. Maria in Porto di Ravenna dirette al Sig. Simmaco Pantico Cosmopolitano.*

(54) *Discorso Istorico sopra le Reliquie del Sommo Pontefice San Damaso I. esistenti nell' Insigne Basilica di S. Lorenzo in Damaso all' Emo, e Rmo Principe il Sig. Cardinale Pietro Ottoboni Vescovo di Porto, e Vice-Cancelliere di Santa Chiesa.*

(55) *Parere di Niceta Aletofilo circa la retta interpretazione di alcune parole del Testamento del Signor Andrea Battaglini Riminese.*

(56) *Della Nobiltà di Montecchio Terra illustre nella Marca d' Ancona Ragionamenti due di Niceta Aletofilo giustificati con gli Autori Originali, col diritto delle Genti, e cogli Atti pubblici.*

(57) *Discorso Istorico sopra la Nobiltà di Montecchio esposto in una lettera al Sig. N. N. con l'Appendice in fine di Documenti.*

(58) *Discorso Istorico-Giuridico sopra la Nobiltà di Montecchio, nel quale si dimostra, che il medesimo, benchè Terra, racchiuda in se tutti i privilegi, e prerogative di Città Nobile.*

Cl. Mamachii in *Epist. IV. de Ratione temporum Athanasianorum* (59), ubi gratum animum erga Ruggerium testatur, quod lucubrationes Criticas Mss. Philippi Turrii, & Justi Fontaninii de anno mortis Athanasii, quae in Bibliotheca Imperiali, cui uterque praefuerat, adservantur, communicaverit, quo loco ipsum *Virum incredibili eruditione* appellat. Insuper laudatus superius Cl.Gallettius in ejus Sermone de Romanae Ecclesiae Vesterario (60) Ruggerium commendat, quod Inventarium thesauri Romanae Ecclesiae temporibus DD. Bonifatii, & Benedicti Summorum Pontificum in Codicibus Ottobonianis relatum, & ex ipsis ab eo petitum indicaverit. Tum Alexius Symmachus Mazochius (qui, ac quantus Vir, bone Deus!) in Differtatione *de Sanctorum Neapolitanae Ecclesiae Episcoporum cultu* (61) laudat Ruggerium *Virum eruditissimum*, quod integra Sancti Agrippini Episc. Neapol. miracula Saeculo V. scripta ex Cod. Corsiniano eruta submiserit, quod repetit infra in Appendice ad Praefationem, quae antecedit Monumentum III. (62); Dein ibidem (63) vitam afferens Sancti Johannis I. Episc. Neapol., auctore Vranio aequali Scriptore, adlinit variantes lectiones Epistolae Uranii Presbyteri de obitu Sancti Paullini Nolae Episcopi ad Pacatum ex Cod. pariter Corsiniano, quas sibi communicatas asserit a Ruggerio, quod, conlata in ipsum laude, memorat iterum in Appendice ad Diatribam, quae praemittitur Monumento IV. (64). Deinde Philippus Bonamicius politissimus latini idiomatis Scriptor in Libro *de Claris Pontificiarum Epistolarum Scriptoribus* (65), inter quos ipse modo merito recensetur, agens de Thoma Campano laudat Ruggerium, *in quo ait esse miram sane eruditionem, miram antiquitatis memoriam, & quod ipse se pluris quidem facere* asserit, *mirum candorem animi, atque morum*, quod scilicet ipsum monuerit, praeter aliarum plurimarum rerum notitiam, in Bibliotheca Ottoboniana extare ejusdem Thomae *Formam dictaminis*, quam quidem sciat Bonamicius, exstare etiam in Bibliotheca Collegii Verdalensis, quod Tolosae erectum fuit anno MCCCXXXVII., in Tabulario Capituli Vaticani, & in Bibliotheca ipsa Vaticana, Barberina, & Chisiana. Insuper Dominicus Lopezius multis Ecclesiasticae eruditionis editis Libris Clarissimus in Commentario *de Rebus gestis Johannis S. R. E. Card. Carvaialis* in Praefatione ad Appendicem Monumentorum (66) ait, duo omnium Epistolam Francisci Philelphi exemplaria tantummodo Romae inveniri, quorum alterum Ruggerius *Vir Cl., & de se optime meritus* sibi conspiciendum dederat in Imperirli Bibliotheca, cui ipse praeerat, Praeterea Antonius Gorius ὁ Μακαρίτης in *Admirandis Antiquit. Herculanen.* (67) Ruggerium Romanis Litteratis accenset. Pariter Vir Consultissimus Antonius Zirardinius in Antiquis Aedificiis profanis Ravennae (68) laudat Ruggerium, quod monuerit de Anaglypho, quod Romae prostat in Aedibus Alberoniis, & in quo cernitur Portus cum Pharo tribus ordinibus instructo, ubi Amores phaseios ducunt. Tum ibidem (69) rursus ad eumdem provocat, utpote Virum vastissimae eruditionis, quod antiqui operis agnoverit Turris vestigium, quod Ravennae ad Divae Mariae *in Portu* adhuc superest. His addi possunt, quae idem

Zirar-

(59) §. XIII. *adnot* 4. *pag.* 289.
(60) *Dei Vesterario della Santa Romana Chiesa Discorso &c. pag.* 58.
(61) *To.* II. *Part.* III. *Sect.* IV. *Cap.* II. *pag.* 214.
(62) *Pag.* 328., *& seq.*
(63) *Cap.* VIII. *pag.* 252.
(64) *Pag.* 358.
(65) *Pag.* 153.
(66) *Adnotat* (1) *pag.* 115.
(67) *Symbol. Litterar. Florent. Tom.* I. *pag.* 33.
(68) *Degli Antichi Edifizi Profani di Ravenna Lib.* I. *Cap.* VI. *pag.* 58. *not.* (D).
(69) *Pag.* 59.

Zirardinius fere passim de Ruggerio memorat in Legibus Novellis (70), quas ipse synchrono nobis labore edidit ex Ottoboniano Codice, quem nimirum una cum pluribus Ruggerii observationibus ab ipso acceperat. Insuper Vir Cl. Adamus Franciscus Kollarius in Epistola ad Lectorem, quae praemittitur Tomo I. *Analect. Monumentorum Vindebonens.*, laudat Ruggerium *eruditissimum* Virum, quod cum ceteris Romanis Litteratis Operis sui propositum, ac specimen probaverit. Tandem suppresso nomine laudatur a Litteratorum Coriphaeo Ludovico Antonio Muratorio in Dissertatione, qua ab ipso illustratur Inscriptio Hispelli detecta, quaeque in priori Calogeriana Opusculorum Collectanea (71) recensetur; Patet namque ex litteris, quas a Muratorio ad Ruggerium datas cernere licuit, hujusmodi Inscriptionis exemplar, quod a doctissimo Amico Romae commorante Muratorius ibidem (72) se accepisse testatur, ad eum quidem a Ruggerio missum fuisse. Insignium hujusmodi laudatorum agmen claudet postremo Vir Cl. Anselmus Costadonius Monachus Camaldulensis alias laudatus, qui Ruggerio nostro inscripsit *Epistolarem Dissertationem in antiquam sacram Eburneam Tabulam, quae in Monasterio Sancti Michaelis penes Murianum adservatur*. Haec antem Dissertatio legitur item in prima Calogeriana Opusculorum Collectione (73), atque in ea multa quidem in Ruggerii laudem honorifice praefantur. Quae in Ephemeridibus Litterariis de eodem occurrunt, longum esset percensere; Quare haec, aliaque etiam silentio praeterimus.

X. Quantis Amicis tum dignitate, tum litteris insignibus usus fuerit Ruggerius, prolixus nimis magnorum Virorum Catalogus esset adtexendus, si omnes adnumerare esset animus; praesertim cum ex recitatis laudatoribus Amicorum etiam plurimi colligi possint. Ceterum inter S. R. E. Cardinales, quos Ruggerius coluit, recensere juvabit Petrum Ottobonium, Josephum Spinellium, Dominicum Passioneium, Fortunatum Tamburinium, Albericum Archintium, Josephum Augustinum Ursium, Josephum Alexandrum Furiettium, qui jam decesserunt, quibus addas, qui adhuc supersunt, Joh. Franciscum Stuppanium, Carolum Victorium Amadeum de Lanceis, Josephum M. Feronium, Nicolaum Perellium, Josephum M. Castellium, Nicolaum Antonellium, Cajetanum Elefantutium, Laurentium Ganganellium, & Christophorum Migatium. Inter Praesules reticendi non sunt eruditione praesertim insignes Justus Fontaninius, Dominicus Georgius, Lucas Nicolaus Rechius *οἱ Μακαρῖτες*; Pompeius Compagnonius, Johannes Bottarius, Marius Marefuschius, Aloysius Valentius, Ferdinandus Spinellius, ceterique. Tum inter Proceres, ac nobiles Viros fautores habuit Aemilium Alterium, Joh. Andream ab Auria, Paullnm Burghesium, Balthasarem Odescalchium Romanos Principes; Philippum Farsettium Patritium Venetum, ceterosque. Deinde inter Religiosas Regularium Familias, ut a Canonicis Regul. Lateranensibus incipiamus, amicum habuit Josephum Alexandrum Clappinium; inter Canonicos Sancti Salvatoris Joh. Chrysostomum Trombellium; inter Casinenses Monachos Anselmum Bortolettium, & Camillum Montium; inter Camaldulenses Joh. Bened. Mittarellium, Anselmum Costadonium, & Mariangelum Flacchium; inter Olivetanos Aloysium Stampium, inter Hieronymianos Felicem M. Nerinium; inter Caelestinos Caelestinum Orlandium; inter Clericos Regulares Theatinos

(70) *Impp. Theodosii Jun., & Valentiniani* III. *Novellae Leges &c. pag.* XVII., *& seqq., tum locis aliis quamplurimis, quae taedet persequi.*

(71) *To.* XI.

(72) *Pag.* 320.

(73) *To.* XL. *pag.* 289.

tinos Paullum M. Paciaudium ; inter Jesuitas Aegidium Julium ; inter Presbyteros Oratorii Josephum Blanchinium ; inter Presbyteros Sancti Hieronymi Caritatis Josephum Catalanium; inter Praedicatores Danielem Concinam , Thomam Augustinum Richinium , Pium Thomam Schiaram , Thomam M. Mamachium, Franciscum M. Polidorium, Vincentium M.Badettium, Hieronymum Dom. Christianopolum , Vincentium M. Dinellium , aliosque ; inter Eremitas Augustinianos Franciscum Xaverium Vasquezium Magistrum Generalem , Augustinum Ant. Georgium , & Michaelem Angelum Marcellium , quem etiam , ut nostri in Theologicis , & Biblicis disciplinis Praeceptorem longe doctissimum honoris caussa nominamus ; inter Minoritas Conventuales Joh. Baptistam Constantium, & Joh. Hyacinthum Sbaraleam ; inter Minores Observantes Philippum de Carboneano ; inter Capuccinos Cassianum a Macerata per plures annos apud Tibetanos , ac finitimos populos Missionum Apostolicarum Ministrum , ceterosque , quos nunc memoria non suggerit. Tum aliis maxime conjunctus familiariter fuit Saecularibus Amicis , iisque litteratissimis , inter quos primus omnium memorandus venit Vir longe doctissimus , ac de ipso optime meritus Emmanuel Rhodius Patricius Caesaraugustanus , Caroli Borbonii Catholici Hispaniarum Regis a Consilio , & apud Clementem XIII. P. M. olim Administer , nunc Matriti a secretioribus Regni negotiis , tum Eques Franciscus Victorius , Petrus Franciscus Fogginius , Dominicus Lopezius , Silverius Urbinius, Johannes Winkchelmannius , Raphael Vernatius , Philippus Bonamicius , Simo Ballerinius , Josephus Simiolius, Gregorius Iacobus Terribilinius , Johannes Contius , Dominicus Theolius , quem heic etiam in grati animi argumentum, tamquam nostrum in Hebraicis Litteris Institutorem optime meritum nominatum volumus , ceterique, qui extra Romam praesertim sunt, quosque persequi omnes nimium foret. Epistolarum commercium satis parcum exercuit , ratus per ipsum fieri magnum & temporis , & studii dispendium ; Ceterum cum Litteratis Viris nequaquam illud refugit , inter quos adnumerare juvabit Ludovicum Ant. Muratorium , Janum Plancum , Alexium Symmachum Mazochium , Josephum Aloysium Amadesium , Joh. Chrysostomum Trombellium , Anselmum Costadonium , Antonium Zirardinium , Pompejum Compagnonium Auximanum Episcopum , ceterosque , quos amplissima doctrinae , & eruditionis fama commendat .

XI. Verum quo me adigit rerum series , & ordo ? Scilicet postquam vitae gesta laudaveris , jam te sensim ad necis terminum videas pervenisse. Quare cum Ruggerius noster post tot exacta honorificentissima munia , post tot exantlatos labores , post tot laudes promeritas sibi parum prospectum cerneret , nec ad vitam urbane traducendam necessariis uteretur redditibus , simulque dum his animi curis torquebatur , accessissent domesticae Fratrum perturbationes , & ob subasperas potentiorum quorumdam offensiones non leves aegritudines , sicque tandem fere perculsum , fractumque ipsius animum dure insuper affecisset inopinatus interitus Josephi Card. Spinellii, qui contigit ipsis Idibus Aprilis ann. MDCCLXIII. , quo quidem inter tot hujusmodi Proceres recreabatur uno , & in quem unice spem forte omnem melioris fortunae collocaverat , atra paullatim μελαγχολία, in quam natura proclivis fuerat a juventute , angi ita coepit , ut jam in ea diu , noctuque defixus cibo , & somno parum uteretur , nec jam facile animum tristi illi pabulo suetum alio divertere posset, hincque sensim macie consumi , memoria labi , mente deficere visus fuerit. Quare auctores eidem

eidem fuerunt cariores Amici, ut itineri se committeret, vel ad rusticandum se conferret, quo tum motus beneficio, tum caeli salubritate, tum rerum novarum conspectu, otio denique, consuetudine, veluti praesentissimis oblectamentis facile ab atris illis moeroris imaginibus, funestisque larvis, ut ipse dicere solebat, se expediret, atque animus pristinae hilaritati, corpus incolumitati restitueretur. Quare consilium factum est, ut Tudertum diverteret una cum Augustino Ant. Georgio Augustinianae Familiae ornamento, quocum ob suaves animi dotes, & ob ingeniorum, studiorum, ac sententiarum consensionem arctissimo, ut diximus, amicitiae vinculo jungebatur, atque ut ibidem exciperetur hospitio a praeclarissimo, doctissimoque illius Urbis Praesule Francisco M. Pasinio Patricio Ariminensi, qui utriusque praestantissimi Viri consuetudinem expetebat. Neque heic silentio praetereundum insigne amicitiae argumentum, quod in ipsum edere unus ex tot aliis, quibus id forte facilius, vel convenientius erat, non dubitavit Vir ingenuae fidei, spectatique candoris Stephanus Gallius alias laudatus, conferens nempe praeter ullam accepti syngrapham, quo omnia cito ad iter capessendum comparata, & expedita haberet, congruam pecuniae summam, quam eidem deesse, facile conjectando arbitrabatur, & sine qua necessarium hoc iter numquam suscepisset. Antequam vero itineri se committeret Ruggerius, mihi & Typographicas res de *Propaganda Fide*, & Bibliothecae Imperialis custodiam commendatas voluit, atque interim onus jam sibi commissum in me contulit novae Editionis adornandae Belloriani Operis, quod est *de Fragmentis Vestigii veteris Romae*, quodque anno sequente MDCCLXIV. Aprili Mense meis Adnotationibus, ac VI. Tabularum anecdotarum Appendice auctum in lucem prodiit (74); Tum addidit munus longe spectatissimum Ottoboniani Codicis, qui in ejus manus cesserat, & in quo V. Novellas adhuc ineditas Impp. Theodosii Jun., & Valentiniani III., & Legem Romanam contineri significavit, quae omnia ut illustrarem, ederem, iisque mihi honorem compararem, pro sua in me humanitate se ait discupere; Quod quidem an pro dignitate nunc perfecerim, ut valde dubitem, imbecillitas ingenii facit.

XII. Quare tandem ad diem VII. Kal. Octobrias ann. MDCCLXIII. cum Georgio suo Roma excessit, atque Ameriam primum contendit, deio Tudertum, ubi integrum fere Mensem apud amplissimum illius Urbis Praesulem est diversatus. Tunc temporis id curae solum erat & Socio, & Hospiti, tum etiam ceteris, quibuscum conversabatur, ut nihil ei deesset, quod ad oblectamentum, & ad honestam animi voluptatem eidem conduceret, tum cibo, & potu, tum deambulatione, & equitatu, tum sermone, & lusu, ceterisque omnibus, quantum fieri poterat, prorsus & mentis, & corporis incolumitati consuleretur. Verum quoniam jam moeror, & μελαγχολία radices alte defixerat, nec ipsi propterea satis virium suppetebat, quibus se ab eadem expediret, nil fere juvaminis, aut medelae ipsi importatum tot, tantisque praesentissimis remediis umquam visum est. Abunde id testantur amantissimae ejusdem epistolae, quas ad me tunc temporis assidue dabat, quasque in perpetuum tanti Viri, & Amici monumentum adser-

(74) *Fragmenta Vestigii Veteris Romae XX. Tabulis comprehensa cum Notis Joh. Petri Bellorii: Editio Quarta, cui accesserunt Incerti Auctoris, & Joh. Christoph. Amadutii Sabinianensis Adnotationes, ejusdemque Appendix, in qua VI. aliae Tabulae anecdotae, quae in Capitolio adservantur, publici juris fiunt; ad SSmum D. N. Clementem* XIII. *Pontif. Opt. Max. Romae* 1764. *in fol.*

adservo. Iis siquidem narrat, eisdem funestis larvis etiamnum obduci, nec quo eas pellat, satis adhuc roboris, vel animi experiri, ceterum se totum ad Omnipotentis Dei voluntatem conformatum jam esse, quod sane numquam cessavit ingerere.

XIII. Hinc Tuderto tandem abire constituit, atque Perusiam petiit semper a Georgio nostro stipatus, ubi jam ipse, ut diximus, studiorum caussa triennii spatio versatus fuerat, ibique a Casinensibus Monachis uterque hospitio exceptus est. Plures quidem erant ibi tum ex ordine Virorum Nobilium, tum ex Litteratorum caetu, quorum gratiam, & amorem sibi jampridem Ruggerius conciliaverat; Ii autem fere omnes ad Ruris solatia laetiore Octobre discesserant; quamquam nonnulli tamen, cognito optatissimi hospitis adventu, per nuncios, & epistolas eum ad secum ipsis rusticandum invitaverint. Non deerant tamen nihilominus, qui eum opperirentur Perusiae, atque inter ceteros Vir spectatissimus Franciscus Meniconius Perusinae Ecclesiae Canonicus, & publicus sacrorum Canonum in ea Academia Antecessor Ruggerii sui desiderio tenebatur. Et is sane omnibus antiquae benevolentiae officiis, & levaminibus Amici carissimi valetudinem pene deploratam, & in deterius quotidie magis ruentem erigere studuit. Sed in hanc curam omnium maxime incubuit humanissimus Abbas Josephus M. Bartolettius, qui ob ejus praeclara merita Casinensium Monachorum Generalis Praeses, & Moderator anno superiore est renunciatus, quique etiam hoc nomine plurimum observandus, quod Germanus Frater esset magni illius Monasticae disciplinae exempli, Viri longe doctissimi, & Augustinianae Theologiae Magistri, ac Vindicis praesentissimi Anselmi Abbatis, & ejusdem Casinensis Congregationis Procuratoris Generalis, non ita post summo bonorum omnium luctu e vivis erepti. Verum curae hujusmodi quoque, quae pro Ruggerii nostri incolumitate Perusiae impensae sunt, in irritum cesserunt.

XIV. Perusia dein Asisium migravit, ubi in celebri Divi Francisci Basilica Sanctissimis Ecclesiae Sacramentis rite susceptis, ferventer se D. O. M. commendavit, tum multa verba habuit com Religiosissimo Viro, & Patre amplissimo illius Coenobii Ioh. Baptista Constantio, qui generali Ordinis sui administratione summa cum laude perfunctus in illud celeberrimum totius Franciscanae disciplinae domicilium se recepit, quique exemplaris prorsus vitae integritate, ac fama quammaxime excellit, atque eidem tunc Ruggerius, qui ipsum jam Romae pro criminum absolutione saepius adire consueverat, animi sui aegritudines fidenter patefecit, & ut in suis ad Deum precibus ipsius meminisset, enixe tandem est obtestatus. Asisii vero ad cetera morbi symptomata vehementiores, crebrioresque, quam Tuderti, ac Perusiae, accesserunt evomitiones, ut nihil cibi, potusque, quantumvis levis, stomacho complecti, retinere, & concoquere posset.

XV. Tandem Romam versus iter denuo ingressus, incredibile est, quam crebro, & quanta cum Socii spectatissimi admiratione turbatos oculos, & gemitu gravidos in Caelum tolleret, alta suspiria ex imo pectore duceret, & pavidus interea, ac tremens forte ad avertendas mentis, quam stultescere praesentiebat, invitas tentationes, ac terriculamenta salutiferum Crucis signum Christiano more ingeminaret, quibus certissimis antiquae pietatis indiciis iter omne absolvit, donec Romam ad d. VI. Idus Novembrias praedicti anni pertingit. Sequenti die, nulla injecta mora, de ejus adventu commonefactus ipsum invisi, atque ab eo amplexu, osculis, ac ceteris amicitiae blanditiis exceptus sum. Verum ita me perculit & corporis macies, & animi jam evanidus ardor, quo plurimum antea praestiterat, ut mihi tum de omnimoda mentis

mentis alienatione, quae jam progredi coeperat, tum de brevi ipsius interitu timor obrepserit. Dum hoc Amicis nunciarem, ut quid de eo consilii rursus capiendum esset, statueretur, illuxit tandem atra dies (proh dolor!) III. scilicet ante Idus Novembrias Divo Martino Episcopo sacra, qua ipse diluculo expergefactus, & tenebricosioribus curis offusus, nec jam mente sibi constans (quis talia fando temperet a lacrimis?) tormento bellico, quod ad lectum adservabat, in guttur exploso, immaturam mortem sibi conscivit. Quare fragore percitus famulus accurrit, & immane factum conspiciens continuo Aedes clamoribus, & fletibus implet. Adsunt interea pro opportunitate Ecclesiae Sacerdotes in iisdem Francavillae Principis Aedibus commorantes, qui semianimem Virum repetitis vicibus manu prehensant, de aeterna salute, de criminum venia commonefaciunt, & sacramentalem absolutionem elargiuntur. Ipse interea animam agens, & quae poterat, poenitentiae signa eliciens post XV. circiter horae minuta animam efflavit, dum interim natus esset annos XLIX., menses V., dies III. Pie quapropter sperandum, αὐτοχειρίαν istam aeternae pientissimi Viri, ac mente jam desipientis saluti nequaquam obfuisse. Hinc cito per Urbem de hoc infortunio rumor late increbuit, omniumque animis horror alte institit; Qui enim Virum Christianis moribus, existimatione, honestate, scientia, hilaritate praestantem noverant (& quis eum non noverat?) numquam hujusmodi exitiosissimum vitae terminum de eo exspectassent. Quare ea ipsa die ad vesperam exili pompa elatus est in SS. XII. Apostolorum Basilicam, ubi sequenti die, justis persolutis, ejus ossa condita sunt. Adeo verum est aureum illud Juvenalis (75) effatum:

Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano!

(75) *Sat.* X. v. 355.

Quod ipse Ruggerius aliorum misertus, qui in amentiam inciderant, saepius ingerere consueverat.

XVI. Vitam absolvimus Clarissimi Viri funestissimo exitu, quo ipse proinde non inopportune in seriem *Infelicium Litteratorum*, quam concinnarunt Pierius Valerianus, Cornelius Tollius, & Theophilus Spizelius, conjici possit. Reliquum est, ut nunc & animi, & corporis dotes singillatim adnumeremus, quas ego, utpote qui comes fere perpetuus per annum, & amplius ipsius exstiterim, jam probe perspectas habueram. Ut a pietate initium ducatur, sciendum est, eum ipsa maxime praestasse, utpote qui Sacro quotidie interesset; Templa saepe inter deambulandum invisebat; Ecclesiae Sacramentis frequenter reficiebatur; Orationi vacabat citra superstitionem; atque eleemosynas egenis, quamquam supervacaneo peculio careret, libenter, ac saepe elargiebatur. Insuper Sacrosanctae Religionis Mysteria impense venerabatur; Sanctorum Patrum doctrinae & in Fidei, & in morum regulis praecipue adhaerebat, ut proinde pro purioribus Theologiae placitis contra neotericas opiniones, tamquam pro Aris, & Focis dimicaret; Apostolicae Sedis jura, quae jam plenissime noverat, assiduo sermone, & singulari propugnationis ardore usurpabat; ac tandem ita propagandae Fidei studio incendebatur, ut, si fieri posset, Evangelium ad cunctas Gentes singulis earum litteralibus linguis expressum per Sacros Praecones adferri discuperet. Ingenio vero fuit quammaximo, acuto nimirum, acri, ac celeri; Memoria praestabat ad miraculum, ut omne fere, quod legerat, vel viderat, reminisceretur; Amicitiae vincula ita colebat, ut nec laudibus parceret, nec obsequiis, & ad benemerendum de Amicis factus videretur; Quaestui nihil vacabat, ut propterea nihil vel dignitatum, vel sportularum expetere umquam didicerit

cerit

cerit; Doctrinae suae promptuaria facile cuilibet communicabat; Erga Litteratos, & probos Viros mirifico amore ferebatur, contra vero impostores, quos noverat, refugiebat, & aspernabatur; Comitatem erga omnes praeseferebat; Iracundia succendebatur, sed quae cito defervesceret; Sermonis eloquio faceto, hilari, claro, & diserto utebatur; Tandem ingenuitate, & candore animi ita pollebat, ut παῤῥησίαν perpetuo exprimeret, nec umquam ab iis, quae corde sentiebat, aliena loqui consueverit. Corporis statura ordinaria fuit; Carne satis pro dignitate; Colore sano, ac vivido; Facie concinne rotunda; Capillo flavo; Capite ad sinistrum humerum fere semper inclinato; Aspectu, qui cogitabundum praeseferret, sed qui ad risum, & obsequium statim componererur, si in amicos incideret, aut Virorum circulo interesset; Oculorum denique acie ea fuit, qua Myopes donantur, ut viciniora melius, quam remotiora objecta attingeret; verum quae tamen paullisper defecisset, quod eam percrebra Librorum, & Mss. praecipue Codicum lectione impensius fatigasset. Iam Virum, Lector, habes, quem noscere voluisses: Quare nunc requiem eidem saltem precare.

AMICVS . AVRA . DVM . SECVNDA . FLAVERAT
NEC . INFIDELIS . IMMINENTE . TVRBINE
MISELLE . NAVFRAGVM . VNDE . TE . VOCAVIMVS
TER . HEV . INANIBVS . RVGGERI . AMABILIS
ADEMPTE . QVESTVBVS . POLITA . MARMORA
NEC . AERA . QVANDO . PONERE . EST . DATVM . MEMOR
AMORIS . HOCCE . PIGNVS . VLTRO . DETVLIT
ROGAT . QVE . CANDIDO . VSQVE . VIVAT . OMINE
PERENNE . MARMORE . IPSO . ET . AERE . FIRMIVS (76).

(76) Quoniam Magnis Viris vetustatem novimus Senariolis praesertim parentasse, ut praeter emortualia ex Lapidibus elogia testatur potissimum Archimedis sepulcrum jam undique vepribus septum, & a Cicerone Syracusis detectum, dum ibidem Quaestor esset, ut narrat *Lib. V. Tusculan. Quaest.*, in quo scilicet sphaeram cum cylindro, & inscriptos deprehendit, sicuti jam antea acceperat, *quosdam Senariolos*; ita & nos modo Commentarium Vitae Ruggerii nostri, qui sepulcralis honoris instar erit, Senariolis coronari voluimus, quos, ut ejusdem honori, ac meritis responderent, exprimi curavimus per strenuum illum Musarum Cultorem Hieronymum Ferrium Longianensem politiorum Litterarum in Urbe Faventina Professorem.

ΤΟΥΣ . ΑΓΑΘΟΥΣ . ΚΑΙ . ΘΑΝΟΝΤΑΣ .
ΕΥΕΡΓΕΤΕΙΝ . ΔΕΙ .

Groterius Inscript. antiq. pag. DCXV. n. 1.,
& DCCCXCVI. n. 4.

CENSORUM ADPROBATIONES.

TRes Theodosii Junioris, duasque Valentiniani III. Constitutiones anecdotas, Legemque Romanam Notis illustratas, & Praefatione insignitas a Cl. Viro Johanne Christophoro Amadutio jussu Rmi P. Sac. Palatii Apostolici Magistri libenter perlegi, nihilque offendi, quod Orthodoxae Fidei, bonisve moribus repugnet. Omnia vero praeclarae eruditionis, exactaeque diligentiae sic plena reperli, ut antiqua magni pretii monumenta a tenebris, & barbarie vindicata, suoque lumini restituta antiquitatis amatoribus futura sint jucundissima, & Viro eximio aliis jam scriptis claro novum decus sint allatura. Quam ob rem nil obstare censeo, quo minus edantur.

Dabam ex Aedibus meis VIII. Kal. Decembr. MDCCLXVII.

Aloysius Guiduccius in Romana Curia Advocatus.

LEges Novellas quinque anecdotas Impp. Theodosii Jun., & Valentiniani III., quas ex vetustissimo Codice Ms. Ottoboniano una cum Romana Lege, aliisque nonnullis deprompsit, doctisque Adnotationibus auxit Clarissimus Vir Joh. Christophorus Amadutius, jubente Rmo P. Sacri Palatii Apostolici Magistro, sedulo perlegi, nec in iis quidquam, quod vel bonis moribus sit absonum, vel Fidei Orthodoxae repugnans, deprehendi. Opus autem ipsum ejusmodi est, ut incremento litterarum, earumque amatoribus sit quammaxime profuturum. Jamdudum enim Litteratorum plerique, & antiquae praesertim Jurisprudentiae studiosi desiderio tenebantur earumdem Novellarum. Eorum itaque votis obsecundanti nunc excultissimo Editori habenda gratia est, & ea plane cumulatissima, quod non solum Novellas ipsas Commentariis illustraverit eruditissimis, sed & tres etiam non antea cognitos trium deperditaram Novellarum Maioriani Titulos inseruerit, ac illarum praeterea jam editarum variantes addiderit lectiones ex eodem Codice accuratissime excerptas, quibus omnia fere loca, quae in Editis vel non integra sunt, vel corrupta, mirifice supplentur, & explanantur. Quod ipsum praestitit de Papiani Responso, cui in Codice Ottoboniano indita est inscriptio Legis. Romanae; illius enim, quod jamdiu vulgatum est, collatione facta cum eo, quod in Codice Ottoboniano perscriptum legitur, tum duos exhibuit anecdotos Titulos ex ipso depromptos, tum alias collegit variantes lectiones faciliori interpretationi ejusdem Responsi non minimum inservientes. Quapropter Opus censeo prelo dignum, & a doctis Viris concordi plausu excipiendum.

Datum ex meis Aedibus XVI. Kalend. Decembris MDCCLXVII.

Carolus Simon Neronius Jurisconsultus.

IMPRI.

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendissimo Patri Sacri Palatii Apostolici Magistro.

D. Patriarch. Antioch. Vicesgerens.



IMPRIMATUR.

Fr. Thomas Augustinus Ricchinius Ordinis Praedicatorum Sacri Palatii Apostolici Magister.

MONITUM.

NE quae temporum perturbatio fiat ab iis, qui hoc Opus tractaverint, tum ne & nobis ipsis eadem temere tribuatur, operae pretium est, modo nos praemonere, ut, quotiescumque Lectores nostri in haec verba inciderint *hoc anno*, eadem de anno mox elapso MDCCLXVI., quo haec nos & exaravimus, & perfecimus, pronunciata a nobis existiment, quemadmodum cum & de *anno superiore* loqui nos contigerit, tum ceteras a nobis designari viderint annorum computationes, singulorum rationem ab ipso anno MDCCLXVI. ineundam intelligant. Scilicet jam alias in Praefatione monuimus, quanta nos irretiverint inopinata impedimenta, quinetiam pluribus in Urbe, & extra degentibus facile innotuit, quam innumerae propemodum difficultates nobis obstiterint, quominus inchoatam impressionem prosequi, atque etiam absolvere intra propositum temporis spatium potuerimus. Insuper rogatos volumus Lectores nostros, ne nobis succenseant, si alicubi menda cubare deprehenderint; Siquidem facile veniam nobis concessuros speramus, quos non lateat, impossibile esse citra aliquam errorum maculam typographicas impressiones prodire; sive perpendatur quidem, non satis idoneum esse quandoque Auctorem ipsum typorum correctorem, qui mente, ac memoria tenens utplurimum, quae recte scripto mandavit, eadem quoque prelo expressa legere, ac intueri quodammodo sibi videtur, licet alia tamen, ac diversa prorsus alicubi prostare aliquando contingat; sive etiam Operas ipsas dormitare non infrequenter advertatur, quae aut intactas emendationes per oscitantiam relinquunt, aut nova etiam cudunt menda, dum expungere, quae notata sunt, iidem laborant. Quare non abs re erit, si hoc loco exstantiora errata subjiciantur, tum eorumdem castigationes addantur e regione, dum interim abesse sinemus, quae ab aequo Lectore non aegre ferantur, aut quae simul facile emendentur.

ERRA-

ERRATA. CORRIGE.

IN PRAEFATIONE.

ERRATA	CORRIGE
Pag. XIV. die XI. Augusti	die X. Augusti
XV. suppositum	supposititium
XXI. quaequae	quaeque
XXXIV. *Scholaribus*	*Scolaribus*
XXXIX. Belleriniorum	Balleriniorum
XLV. *in adn.* Abbati	Abbate
LXVIII. Coditor	Conditor
ibid. & si	etsi

IN COMMENTARIO RUGGERIANO.

ERRATA	CORRIGE
Pag. LXXVII. *col.* 2. Iuenardium	Juvenardium
LXXX. *col.* 2. ejudem	ejusdem
LXXXII. *col.* 2. Cad.	Card.

IN NOVELLIS.

ERRATA	CORRIGE
Pag. 2. *col.* 2. adnotat (3)	adnotat (1)
3. *col.* 2. fortius	fortitus
4. *col.* 1. Antoninum	Antonium
5. *col.* 2. commodoraret	commodaret
ibid. ff. de offic.	*Cod. de Offic.*
ibid. Reali	Regio
8. *col.* 1. adnotat. (3)	adnotat. (4)
9. *col.* 1. in Oriente	in Occidente
11. *lin.* 3. rimediis	remediis
16. *col.* 1. *Cod. Just.*	*Cod. Theod.*
18. *col.* 1. Modratores	Moderatores
ibid. col. 2. Durenus	Duarenus
19. *col.* 1., & 2. Cassidorus	Cassiodorus
21. *col.* 2. descedendum	descendendum
22. *col.* 1. *tit.* 10., *&* 13.	*tit.* 12., *&* 13.
ibid. Obsidium	Obsidum
25. *col.* 1. coetus	caetus
40. *col.* 2. XV. annualia	XV. annalia
48. *col.* 2. quem	quam
ibid. Aegyptio	Aegyptia
51. *col.* 1., & 112. Svevico, & 131., 134., *&* *alibi* Svevo	Svecico, & Sveco.
54. *col.* 2. Carlo	Carolo
55. *col.* 2. *Aratino*	*Atratino*.

IN INDICIBUS NOVELLARUM.

ERRATA	CORRIGE
Pag. 86. Valentinianae	Valentinianeae

IN CONSTITUTIONIBUS VALENTINIANI III.

ERRATA	CORRIGE
Pag. 117. *Sicillam*	*in Siciliam*

IN LEGE ROMANA.

ERRATA	CORRIGE
Pag. 141. *col.* 2. Sichardius	*Dele*
148. *col.* 2. Malculfus	Marculfus.
179. *col.* 2. funta gnationis	sunt agnationis.
193. *col.* 1. accervatim	acervatim
224. *col.* 2. Tit. I.	Tit. L.
263. *col.* 2. induceret	inducerent
286. *col.* 2. de quas	de qua
292. *col.* 2. argomento	argumento
110. urd.	urb.

SERIES
SEU
CONSPECTUS
Eorum, quae in hoc Opere continentur.

I. JOH. Christoph. Amadutii Epistola Dedicatoria ad Carolum Boschium S. R. E. Cardinalem, & Poenitentiarium. *pag.* III
II. Ejusdem ad Eruditum Lectorem Praefatio. *pag.* IX
III. Ejusdem Commentarius in Vitam Cl. Viri Constantini Ruggerii. *pag.* LXXVII
IV. Censorum Adprobationes. *pag.* XCVI
V. Monitum. *pag.* XCVIII
VI. Leges Novellae quinque anecdotae ex vetustissimo MS. Ottoboniano depromptae, quarum tres priores ad Imp. Theodosium Jun., duae vero posteriores ad Valentinianum III. pertinent, quibus accedit Clausula anecdota alterius Novellae Valentinianeae.
1. Novella I. anecdota Theodosii Imp. *De postulando, & de perpetuanda advocatione.* *pag.* 1
2. Novella II. anecdota Theodosii Imp. *Ne Curialis ad Senatoriam dignitatem, vel ad aliquem honorem adspiret.* *pag.* 10
3. Novella III. anecdota Theodosii Imp. *De Competitionibus.* *pag.* 21
4. Novella IV. anecdota Valentiniani Imp. *De Indulgentiis Reliquorum.* *pag.* 37
5. Novella V. anecdota Valentiniani Imp. *Titulus idem.* *pag.* 49
6. Clausula anecdota Novellae Constitutionis Valentiniani Imp. *De Postulando.* *pag.* 57
VII. Indices Titulorum Novellarum Theodosii Jun., & Valentiniani III., & Maioriani Imp. ad fidem vetustissimi Ms. Ottoboniani, additis insuper variis lectionibus ex eodem Ms. depromptis, quibus editae Novellae restituuntur, & illustrantur.
1. Tituli Legum Novellarum Divi Theodosii Augusti. *pag.* 67
2. Tituli Legum Novellarum Divi Valentiniani Augusti. *pag.* 86
3. Tituli Legum Novellarum Divi Maioriani Augusti. *pag.* 105
4. Auctarium Variarum Lectionum aliquot in nonnulla loca Institutionum Caii ad fidem vetustissimi Ms. Ottoboniani. *pag.* 112

VIII. Con-

VIII. Conftitutiones Valentiniani III. Imp. jam ab aliis antea editae, quae in Codice Theodofiano defiderantur, quaeque in ejus fupplementum nunc recuduntur, atque adnotationibus illuftrantur.

1. Commonitorium Valentiniani III. Imp. pro quodam homine in Siciliam miffo ad componendos redditus Ecclefiae Ravennatis, & ad Conductorum penfiones colligendas. *pag.* 117
2. Epiftola ejufdem Augufti ad Conductores, & Actores Ecclefiae Ravennatis in Agro Siculo. *pag.* 123
3. Epiftola altera ejufdem Augufti ad fuprafcriptos. *pag.* 125
4. Defcriptio nominum ex penfionibus folvendis. *pag.* 127

IX. Lex Romana, feu Refponfum Papiani Theoderici Francorum Regis juffu editum ad fidem vetuftiffimi Mf. Ottoboniani nunc recufum, atque ex eo Titulis anecdotis, tum & accuratioribus Lectionibus auctum, quibus etiam variae Lectiones aliquae ex altero Mf. Sveco-Vaticano, adnotationefque accefferunt.

1. De patris, vel matris donatione, & munificentia dominorum. *pag.* 133
2. De homicidis tam ingenuis, quam fervis. *pag.* 138
3. De libertatibus. *pag.* 146
4. De follicitationibus, & furtis. *pag.* 152
5. De iniuriis, aut caedibus admiffis. *pag.* 155
6. De fugitivis inquirendis, vel difcutiendis. *pag.* 157
7. De objectionibus criminum, vel infcriptionibus ingenuorum, five fervorum. *pag.* 163
8. De violentiis. *pag.* 166
9. De raptu Virginum, & Viduarum. *pag.* 170
10. De fucceffionibus diverfis. *pag.* 175
11. De commotione litium. *pag.* 180
12. De inquirendis animalibus, & rebus. *pag.* 186
13. De damnis animalium, vel fi quid per ea cafu evenerit. *pag.* 188
14. De ablatis pigneribus, & fidejufforibus. *pag.* 192
15. De fugitivorum furtis. *pag:* 199
16. De mulieribus ad fecundas, aut tertias nuptias tranfeuntibus. *pag.* 200
17. De claufis itineribus, ac aliis fervitutibus. *pag.* 202
18. De fuperventoribus, & effractoribus. *pag.* 206
19. De corruptis mulieribus. *pag.* 209

20. De

20. De his, qui hominem inlicite, aut sine caussa ligaverint. pag: 211
21. De Divortiis. pag. 212
22. De Donationibus. pag. 214
23. De Sacramentis. pag. 219
24. De Latronibus convictis. pag. 221
25. De Adulteriis. pag. 222
26. De his, qui debitas filiis de maternis bonis non tradiderint portiones. pag. 224
27. De Puellis, vel Mulieribus desponsatis. pag. 226
28. De luctuosis hereditatibus. pag. 229
29. De caballis, quibus os, aut scindula ad caudam ligata fuerit. pag. 231
30. De Apparitoribus. pag. 233
31. De praescriptione temporum. pag. 235
22. De Falsariis, & falsis testibus. pag. 238
33. De Interpellationibus, & appellatione. pag. 240
34. De rebus agnitis. pag. 243
35. De Venditionibus. pag. 244
36. De Tutelis. pag. 249
37. De Nuptiis legitimis, & naturalibus Filiis. pag. 255
38. De Pactis, & cessionibus, & forma servanda in pactis. pag. 260
39. De terminis transgressis, & evulsis. pag. 265
40. Sine censu, vel reliquis comparari nihil posse. pag. 269
41. De Jure postliminii. pag. 270
42. Ne in sua caussa quis judicet. pag. 272
43. Ut nemo potentiorum nomina in lite praetendat, aut titulos praediis suis adfigat. pag. 273
44. De Liberali caussa, vel de Operis Libertorum. pag. 274
45. De Testamentis. pag. 279
46. De conditione veri, vel cognitione corporum publicorum. pag. 284
47. De consortibus. pag. 287
48. De Colonis migrantibus, vel in fugitiva lapsis. pag. 288

LEGES NOVELLAE QUINQUE ANECDOTAE

EX VETUSTISSIMO MS. OTTOBONIANO DEPROMPTAE

QUARUM TRES PRIORES

AD IMP. THEODOSIUM JUN.

DUAE VERO POSTERIORES

AD VALENTINIANUM III.

PERTINENT

Quibus accedit Clausula anecdota alterius Novellae Valentinianeae.



NOVELLA I. ANECDOTA
THEODOSII IMPERATORIS
AD FIDEM
VETUSTISSIMI MSS. OTTOBONIANI.

De Poſtulando, & de perpetuanda advocatiõ VIIII

Id. ãã. florentio ꝓpoſito. Eloquentia non ut alie res ſenio deteriorantur nullus enim eius eſt finis niſi. exercitationis eius cottidiane ſtudium denege-

EADEM NOVELLA
LECTIONI SUAE RESTITUTA

De poſtulando, & de perpetuanda advocatione
Titulus VIIII. (1)

Idem Auguſti (ſc. Impp. Theodoſius, & Valentinianus) Florentio Praefecto Praetorio Orientis (2).

Eloquentia (3) *non, ut aliae res, ſenio deterioratur; Nullus enim ejus eſt finis, niſi exercitationis ejus quotidianae ſtudium dene-*

ADNOTATIONES.

(1) Titulus, qui in editione Lugdunenſi Jacobi Gothofredii, quae Antonii Marvillii nomine circumfertur, & in Lipſienſi Johannis Danielis Ritterii habetur num. XVI., quique ibidem unicam tantum exhibet conſtitutionem,

tur. Unde advocationē certo tempore artare letigato-

denegetur. *Unde advocationem certo tempore arctare litigatoribus*

ADNOTATIONES.

de Postulando &c., in nostro vero Codice signatur num. VIIII. *pag.* 38. *a tergo*, ac duabus insuper ibidem donatur Constitutionibus, quarum primam jam editam habes locis citatis, secunda vero nunc primum a nobis in lucem emittitur. In Cod. Theodosiano *lib.* II. cernitur *tit.* X. *De Postulando*, tum etiam habemus Novellam Valentiniani XXXIV. secundum editionem Lipsiensem recentiorem, cui uni ut plurimum, relicta priori Lugdunensi, nobis inhaerere continget. *Postulare* idem est, ac caussas agere, seu caussidicinam profiteri, ut loquitur l. 188. *De Decurionibus*, sive *desiderium suum, vel amici sui in jure apud eum, qui jurisdictioni praeest, exponere, vel alterius desiderio contradicere*, ut explicat Ulpianus *lib. 6. ad Edict. ff. De Postulando*; quam interpretationem amplexus etiam est Vir Consultissimus Janus Vincentius Gravina *Origin. Jur. Civil. lib.* III. §. CVIII. Vid. & Gotbofredium in *Paratitlo ad tit. cit. de Postul.* In Scholio Leg. *lib.* 1. *Titul. XVI. Dig.* 9., quod extat in *Commentar. in Titt. Dig., & Cod. de Postulando &c. Thalelaei, Theodori, Stephani, Cyrilli, aliorumque Ictorum Graecorum interprete Davide Ruhnkenio Tom. III. Nov. Thes. Jur. Civ., & Can. Gerardi Meermanni*: ποσουλάρε δὲ ἐστι τὸ ἐκθέσθαι τινὰ τὸν οἰκεῖον, ἢ τὸν τοῦ φίλου σκοπὸν παρὰ τῷ ἔχοντι δίκαιον ἰουρισδικτίονος, ἢ τὸ ἀντιλέγειν σκοπῷ ἑτέρου τινός. Τουτέστιν ἀντισυνηγορεῖν ἑτέρῳ τὸν οἰκεῖον ἐκτιθεμένῳ σκοπόν. H. E. *Postulare autem est exponere suum, vel amici desiderium apud eum, qui jurisdictioni praeest, vel alterius desiderio contradicere, id est respondere alteri suum exponenti desiderium*. Vid. *Basilic. lib. VIII. Tit. I. pag.* 394. περὶ συνηγόρων ἤτοι δὲ ποσουλάνδω, *de Advocatis, sive vero de Postulando. Synops. Basilic. lib. VIII. tit. I. pag.* 99. περὶ συνηγόρων, καὶ τίνες κωλύονται συνηγορεῖν, *de Advocatis, & qui probibeantur postulare*. In prima quidem hujus tituli constitutione, quae vulgata jam est, certus numerus, & certa matricula Advocatorum statuitur, simulque ceteri Advocati Provinciarum, vel spectabilium Judicum, qui sunt extra numerum, ut in advocationis officio permaneant, nec alio divertant, immunes inspectione, peraequatione, discussione, ratiocinio, ceterisque oneribus praemii loco praestantur. Ceterum heic a nobis monendus est Lector, tum ex clausula vulgatae prioris Constitutionis, quae cum altera hujus nostrae anecdotae omnino convenit (licet alia sit in nostro Codice prioris ejusdem Constitutionis clausula, ut inferius adnotat. (3) patebit) tum ex Inscriptione hujus tituli, quae est *de postulando, & de perpetuanda advocatione*, factum illud fuisse, ut Ritterius priori illa constitutione abrogatam assereret veterem legem, qua, expleto vigesimo anno, Advocati a postulando, sive a caussis agendis prohibebantur, eademque constitutione censeret ab ea lege silentii Advocatos ipsos solutos fuisse, & simul qui antea temporarii erant, perpetuos effectos crederet, exceptis tamen Advocatis Praefectorum; Quod solum nunc de secunda hac nostra anecdota constitutione dici posse constat, quae aliter supervacanea censeri deberet, si quod in prima praecipiebatur, altera dumtaxat repeteret, nihilque praeterea aliud. Quapropter quod Inscriptio tituli sit *de Postulando*, & simul *de perpetuanda advocatione*, Indicio est, eumdem

gatoribus. noxium grave iudicantibus. extimantis consti-

bus noxium, grave judicantibus existimantes constitutionem (1) *abro-*

ADNOTATIONES.

dem titulum duas habuisse constitutiones, quarum una legem *de Postulando*, altera, quae solum haec nostra est, *de perpetuanda advocatione* sanciret. Quo ad clausulam, quae perperam utrique communis facta est, id Librariorum oscitantiae tribuendum censemus. Vide inferius, cit. adnot., quam clausulam gerat prior jam edita Novella in Codice nostro, quo loco etiam rationem afferemus, quommodo clausula hujus nostrae anecdotae superiori appingi potuerit. Quare quod Ritterius monere pergit de priori illa vulgata constitutione, id de hac nostra anecdota unice praedicandum sentiet Lector, ut scilicet haec ipsa dein sublata fuerit per Novellam inter Valentinianeas XVI. *De Advocatis non perpetuandis* secundum editionem Lugdunensem, & inter Novellas Marciani V. secundum Lipsiensem, qua Marcianus Aug., sive Valentinianus III., ut alibi dicemus, vetus jus restituens prospicere voluit ingenti Adolescentium turbae, quibus perpetuo torpere contigisset, si veterani caussis agendis jugiter insedissent.

(2) Henricus Brenckmannius, qui, ut in Praefatione nostra monuimus, vidit, ac descripsit Ottobonianum Codicem, in Epistola ad Relandium *de Consulibus, quorum in Pandectis sit mentio edit. ult.* Amsteledami anni 1740. *pag.* 623., loco *proposito*, quemadmodum in praefato Codice Amanuensis oscitantia legitur, censet legendum P. Po. *Praefecto Praetorio*, aut PP. O. *Praefecto Praetorio Orientis*, ut diserte Florentius in Novella antecedenti inscribitur. Si quis consulat Novum Tractatum Rei Diplomaticae duorum Monachorum ex Benedictina Familia Sancti Mauri, qui nunc Parisiis ad finem properat, *Tom. III. Sect. IV. Cap. VI. Art. VI. pag.* 359., offendet hoc idem fere peccatum in Mss. Regio Parisiensi signato n.4413., quod ibidem exaratum videtur Saec. circiter IX. (quandoquidem diversos fortius est amanuenses) & in quo sic legitur: *Augustus* (nempe Theodosius) *& Valentinianus Cesar Asclepiodoto Praeposito*, nisi potius in Codice dicere velimus exstasse *Proposito*, quod per sigla expressum illam potius, quam hanc nactus sit ab interprete lectionem. Verumtamen Asclepiodotus, qui fuit Comes Sacrarum Largitionum, & Consul, fuit quoque Praefectus Praetorio Orientis ann. Domini 423., ut docet *Prosopographia Cod. Theod.*; nulli autem dignitati vel *Praepositus*, vel *Propositus* occurrit, ut ibidem salutatur. De Praefecto Praetorio quid opus est dicere? Res enim notissima est, & consuli possunt tum *Notitia Dignitatum* cum Commentariis Guidi Pancirolii *lib.* 1. *cap. XXII.*, *& seqq.*, tum *Notitia Dignitatum Codicis Theodosiani* a Gothofredio concinnata; cui addas, si placet, Jacobum Gutherium de *Offic. Dom. Aug. Lib. II. cap. I.*, *& seqq.*, *& Disquisitionem de Praetorio* Jacobi Perizonii cum sexcentis aliis, quibus consulto parcimus. Quare potius ad cetera. Florentius iste sub Theodosio Magno fuit Praefectus Urbi ann. Domini 422. *l. unic. de Praepos. S. Cubicul.* Ann. Domini 428. fuit Prafectus Praetorio *l.* 2. *de Lenonib.*, *l.* 65. *de Haeretic.*, *l. unic. de imponend. lucrativ. descript.*, *l.* 1. *Cod. Just. Quando*, *& quib. quart. pars.*, *l.* 1. *Cod. eod. de Praed. Curial.*, *l.*29. *De Cohortal.* Idem munus gessit etiam sequenti anno 429. *l. ultim. Cod. Just. De precibus*, *l.* 4. *Cod. eod. De hereditat. Decurion.* Consul fuit cum Dionysio anno hoc ipso. Vid.

 Anto-

conſtitutionem abrogamus. que XX anno℈ curri-
colis. ſilentium imperat. advocatis florenti. pk ãã.
In✝

abrogamus, quae XX. annorum curriculis ſilentium imperat Advocatis. Florenti Praefecte Cariſſime Auguſtorum (5). *Inluſtris itaque,*

ADNOTATIONES

Aotooinom Pagium in *Critic.* hoc anoo, Relandium in *Faſtis*, & *Chronolog.* Tom *lex* 5. *Cod. Juſt. de Apoſtatis* eum Praefectom Praetorio prodit anno Domioi 435., qui ſane aonus mendaciter eſt adſignatus, ac propterea vel unus ex ſuperioribus, quibus Florentium Praefectum Praetorio agnovimus, vel alter ex ſubſequentibus eſt ſubſtitueodus: Florentius eoim in Praefectura oon Iſidoro (qui ann. 435., & 436. P. P. fuit) ot placet Gothofredio, ſed potius Dario ſecundum Ritterium ſucceſſit, qui noo niſi ann. Domini 437. praefecturam in Oriente geſſit. Nec ſane omnino favet Gothofredii ſententiae teſtimonium Theodoreti *Epiſt.* 47. ad Proclum CPolitanum, ut ſcilicet probet, Floreotium Iſidoro in Praefectura ſucceſſiſſe, quandoquidem licet ibi dicator: Καὶ τὴν παρ' ἐκείνην ἐκπεμφθεῖσαν γνῶσιν ἐδέξατο μὲν πρῶτος ὁ τῆς μεγαλοπρεποῦς μνήμης Ἰσίδωρος, ἐβεβαίωσε δὲ ὁ ἐνδοξότατος, καὶ φιλόχριστος ὁ Κύριος Φλωρέντιος: *Miſſamque ab iis notitiam primus probavit magnificae memoriae Iſidorus, confirmavit autem glorioſiſſimus, & Chriſti amans Dominus Florentius*; non proinde fit conſequens, Iſidoro ſuffectum immediate fuiſſe Floreotium, cum per aliquod tempus res, de qua loquitur Theodoretus, ſubſidere potoerit, ut Darii iotermedio tempore in jus adducta ooo fuerit, ſed dnmtaxat Florentio, qui ſucceſſit, reſervata rurſus emerſerit. Tandem anno 438. Novella I. Theodoſii ad Florentium data eſt, ubi P. P. Orieotis nominatim dicitur; quemadmodum eidem ioſcribitur Novella XIV., quae prodiit anno 439., & in qua Praefectus Praetorio ſalntatur. Eidem quoque plures aliae Theodoſii Novellae inſcribuntur ann. 428., & 429., Adde & de jure juraodo Rectorum Provinciarum *l. ultim. Cod. Juſt. ad leg. Jul. de Repetundis*. Hujus Florentii meminit Iſidorus Peluſiota, ſi Ritterio credimus, *Lib.* 1. *Epiſt.* 4. 3. 6., & ad eum quoque ſcribit: Verum oos haudquaquam citatis illis numeris deprehendimus, quod ad Florentium pertineat, licet illos multimode verſantes modo hic, modo illic periculum fecerimus; Duas dumtaxat Epiſtolas ab Iſidoro miſſas ad Florentium comperimus, oempe quae habetur ſob *num.* 221., & 486. *lib.* 1. Praeter Epiſtolam 47. Theodoreti, qua ſuperius memoratum Florentium diximus, extat & alia ejuſdem Epiſtola ad Florentium Patricium 89. Ejuſdem etiam meminit Novella XXXIII., in qua a Theodoſio appellatur *Vir Illuſtris*, & *Conſularis*; Tum etiam ab eodem laudatur Novella XVIII. Hic etiam fuit Catholicae Fidei Fautor, ac Patronus, quandoquidem non tantum Theodoſio adfuit in CPolitano Concilio, in quo ejus potiſſimum opera Euthyches, qui poſt incarnationem noo duas, ſed unam dumtaxat io Chriſto agnoſcebat naturam, detectus eſt, verum etiam Chalcedoneoſi Concilio interfuit cum Marciano Imperatore contra eumdem Eutychem, & Dioſcorum, ut docent Acta eorumdem Coociliorum apud Harduinium *To. II. Act. I. Concil. Chalcedon. pag.* 54, ubi ſic dicitur: Μεγαλο-

Int itaque & magnifica auctoritas tua. saluberrimam legem edictis ꝑpositis ad omnium notitiam ꝑvenire p̄cipiat. Quos p̄ter advocatus Viroꝝ inlustriū ꝑfectorum

itaque, & magnifica auctoritas tua saluberrimam legem edictis propositis ad omnium notitiam pervenire praecipiat, quo praeter Advocatos Virorum inlustrium Praefectorum [c], *quos ad finem*

ADNOTATIONES

γαλοπρεπέστατος, καὶ ἐνδοξότατος ἀπὸ ἐπάρχων, καὶ ὑπάτων, καὶ πατρικίων Φλωρέντιος: *Magnificentissimus, & gloriosissimus Expraefectus Praetorio, & Consul, & Patricius Florentius*. Vid. & *pag.* 167., & 171., quo loco ἀπὸ ἐπάρχων πόλεως, καὶ ἀπὸ ἐπάρχων πραιτωρίου τὸ ἕκτον: *Expraefectus Urbis, & Expraefectus Praetorio sexies* appellatur. Φλάυιον Φλωρέντιον vocari in eodem Concilio, tradit Relandius in *Fastis* ad ann. 429., quod praenomen Ritterius se non reperisse testatur, quemadmodum & hoc ipsum de repetitis curis nostris dictum existimabis. Postremo hunc non solum laudati Concilii Interpretes, ut notat Harduinius, & Codex Goth. *Florentinum* male nominant, verum etiam ita expressit Rittershusius in Novellarum editione.

(3) Cum Advocati ii essent, quibus dirimenda ambigua caussarum fata, eorumque defensionis viribus in rebus publicis, ac privatis lapsa erigenda, & fatigata reparanda erant, ut loquitur *l.* 14. *Cod. Just. de Advocat. diversſ. Judic.*, manifestum est, artis eorum praesidia a nullo alio fonte uberius repeti potuisse, quam ab eloquentia, quae ferme semper iisdem κατ' ἐξοχὴν couvenire, prudentum omnium opinio tulit. Nam licet olim diversus esset Advocatus ab Oratore, ut docet Tullius *Lib. I. de Orator.*, & Quintilianus *Lib. XII. cap.* 3., & *Lib. III. cap.* 8., cum Advocatus esset, qui praesentiam suam amico commodoraret, & jus in judicio suggereret Oratori, ut ait Asconius Pedianus *in IV. Verrin.*, tamen Imperii tempore & Oratorum, & Patronorum, & Advocatorum nomen, ac munus confusum est, ut unusquisque caussarum merita, & fata in judicio exponeret, ut constat ex *l.* 1. *ff. de Offic. diversſ. Judic.* Vide Gutherium *de Offic. Dom. Aug. Lib. III. cap.* II., & Wesembecium *Comment. in Cod. Justin. ad Lib. II. tit. VII.* Ceterum diserte, & eloquenter dicere Advocatos ita decere voluit antiquitas, ut praecipua eorum laus in facundia locaretur, & quoniam Advocati togati erant, Toga ipsa metonymice pro eloquentia sumeretur. Hinc Ausonius *Parent. III. II.*

Te tibi Palladiae antetulit toga docta Tolosae,
Te Narbonensis Gallia praeposuit,
Ornasti cujus Latio sermone tribunal,
Et fora Hiberorum, quaeque Novempopulis.

Huc spectat etiam, quod habetur in Mss. Reali Parisiensi 7530., quod censetur Saec. IX., quodque Institutiones quasdam Rhetoricas exhibet; Ita enim fide laudatorum superius Monachorum Sancti Mauri in Novo Tractatu Diplomatico *To. III. Part. II. Sect. IV. cap. III. Art. IV. p.* 188. ibidem legitur:

Quisquis Rhetorico festinat tramite doctus

Ad cau-

ꝺtorum quos ad finē advocationis ſpecialiū privilegioꝝ

nem Advocationis ſpecialium privilegiorum fructus, propoſita etiam

ADNOTATIONES

Ad cauſas, legeſque trahi bene perlegat artis
Hoc opus, & notum faciat per competa callem.
Conſulti Ars Rhetorica.

Verum haec non ea ſunt, quae pluribus egeant.

(4) Ab ipſis Antonini Caracallae temporibus conſtat, invaluiſſe morem prohibendi Advocatos ab agendis perpetuo cauſſis. *L.* 1. *de prohibitione a Judiciis tit.* 6. *Cod. Juſt. de Poſtulando.* Vid. *& l.* 1. §. 13. *ff. de Offic. Praefect. Urb. & l.* 9. *in princ. ff. De Poenis*, quae ſic loquitur: *Moris eſt advocationibus quoque praeſides interdicere; & nonnumquam in perpetuum interdicunt, nonnumquam ad tempus, vel annis metiuntur, vel etiam tempore, quo provinciam regunt.* Quae autem fuerit, quae hic innuitur, & abrogatur Conſtitutio, & qua advocationis munus XX. annorum curriculo circumſcribebatur, me quidem latet, cum nullibi eam reperire potuerim. Forte vel haec adhuc latet in Codicibus, vel etiam nobis temporis edacitas ipſius deſiderium reliquit. Jacobus Gutherius autem *de Offic. Dom. Aug. lib. III. cap.* 2., ut Vicennii, quo temporariae advocationis tempus terminabatur, rationem reddat, & originem exerat, provocat ad *l.* 3. *Cod. Juſt. de his, qui non explet. ſtipend.*, quae loquitur de Militibus, & ait, Advocatos, & Milites iiſdem frui privilegiis. Verum licet Impp. Leo, & Anthemius *l.* 14. *Cod. eod. de Advocat. diverſ. Jud.* dicant, non minus militare, ac providere humano generi Advocatos glorioſae vocis confiſos munimine, quam Milites, qui gladiis, clypeis, & thoracibus nituntur; ac licet ipſi quoque ad exemplum Militum quaeſita ex advocationis profeſſione etiam poſt Patris obitum praecipuum veluti peculium Caſtrenſe proprio Domino valeant vindicare, ut Honorius, & Theodoſius conſtituerunt *l.* 4. *Cod. eod.*, tamen aſſeri abſolute non poteſt, iiſdem Advocatos, ac Milites obligari legibus, iiſdemque potiri privilegiis, eo vel magis, quod dicta *l.* 3., quam refert Gutherius, loquitur de veteranis, qui poſt vigeſimum militiae annum honeſta miſſione tamquam praemio donabantur, quod nil commune habet cum lege vicennii Advocatorum, quae neque privilegium, ac praemium iiſdem tribuebat, neque in eorum gratiam lata fuerat, quin potius detrimentum importabat, quo proinde a poſtulando, ſive a cauſſis agendis prohibebantur.

(5) Jam ſupra monuimus adnotat. (1), clauſulam hujus noſtrae anecdotae Conſtitutionis omnino convenire cum clauſula prioris jam editae; Verum prorſus aliter eadem legitur in noſtro Codice, ſcilicet: *Inlus itaque, & magnifica auctoritas tua legem hanc Curiis, Civitatibus, pervinciis profuturam edictis propoſitis ad omnium notitiam perferre* (lege *perferri*) *praecipiat.* Et ſane, quommodo clauſula Novellae hujus noſtrae anecdotae pertinere poterat ad ſuperiorem, in qua nihil habetur de poſtulandi licentia, quae ea in clauſula nullo tempore praeſcribenda impertitur? Quare nunc tandem per nos ſuum cuique reddatur, & unicuique Conſtitutioni ſuus ſtet ordo, atque concinnitas. Quommodo autem factum fuerit, ut clauſula prioris Conſtitutionis neglecta fuerit, & eidem adhaeſerit clauſula alterius, facile ſuſpicari poteſt. Crederem quapropter in priori illo exemplari Novellarum Theodoſii, ex quo exſcripti poſtea fuere ceteri Codices,

gioꝫ fructus ꝓposita etiã palma dignitatis. ortantur sciant

etiam palma dignitatis hortatur, sciant alii, lege priori sublata,

ADNOTATIONES

dices, quibus Typographicae editiones hactenus prodierunt, peccatum illud fuisse, ut Amanuensis oculis oscitanter aberrans a priori Constitutione, cui exarandae operam dabat, vel forte intermissum opus aggrediens, nec propterea sibi satis memoria constans, & simul interea deceptus similitudine illorum verborum *Inlustris itaque &c.*, quibus utriusque auspicatur Novellae clausula, putansque nihil, esse intermedii in eo lapsus sit, ut & prioris Constitutionis Clausulam, & alterius initium, & medium nobis subduceret, simulque priori constitutioni clausulam posterioris appingeret, atque ita per errorem ex duabus una tantum coalesceret Constitutio. Nihil enim facilius, quam omittere verba, quae secundo eadem, ac consequenter leguntur, & priora cum posterioribus, relictis intermediis, sociare, ut videre est in duobus exemplis, quae Monachi Benedictini fol. 1673. To. I. Operum Sancti Hieronymi ex antiquo Faedere protulerunt, ut tuerentur celeberrimum illud trium in Divinis Personarum argumentum *Vers. VII. cap. 5. Epist. 1.* Johannis, cui simile omnino intulit vulnus Librariorum incuria. Vide etiam Leopoldum Guadagnium *de Florentinis Pandectis Vol. IV. Dec. II. Symbolar. Litterar. Romae*, qui *cap. XVII.* multiformes adnotat Librariorum oscitantias, quibus Pandectae illae inconcinnae interdum videntur, quasque & ille ab oculorum aberrationibus, & verborum similitudinibus repetit. Licet vero nunc nos in eo simus, ut anecdotam hanc nostram Novellam illustremus, tamen quoniam, prolata prioris etiam Novellae clausula adhuc quidem ignota, eidem simul prospexisse videmur, ne cessemus interea de ea ipsa ulterius bene mereri, in medium heic afferemus lectionem Codicis nostri, qua licet non emendatissima, tamen forte aliqua ex parte accuratiore consulatur quoquo modo depravationi illius periodi, quam dolet Ritterius, quaeque sic se habet: *Cum vero advocationem fisci susceperint, omnibus aliis perseverantur* * *substituto curiam non fraudantis ulterius neque curiali, neque cohortali advocatorum Praefecturae consortio sociamus.* Codex noster vero sic habet: *Cum vero advocationem fisci susceperint, omnibus aliis perfruantur substitutum curiam non fraudantes ulterius, neque curiale neque cohortali advocatorum praefecture consortio sociandus.* Quare heic habes *perfruantur* pro *perseverantur*, quod sane nihil ad rem; & si τῷ *substitutum* addas *per* syntaxis recte constabit, & clarus emerget sensus, Theodosium scilicet lege hac Curias juvare, & fisci patronatum beneficiis ornare voluisse, ac proinde sanxisse, ut qui fisci advocationem iniissent, si per substitutum Curiam non fraudassent, a Curiali nexu, & cohortali essent immunes, & advocatorum praefecturae consortio sociarentur.

(6) Jacobus Cujacius *Lib. XVI. Observ. 22.*, & Hugo Donellius *Comment. de Jur. Civil. Lib. XVIII. cap. III. §. 41. 42., & 43. col. 71. To. V. Edit. Lucens. 1764.* prosequuntur varia privilegia, ac praemia, quae Advocati, postquam functi fuissent temporario postulandi munere, consequi consueverant. Verum nunc nos eorum vestigiis haud inhaeremus, quandoquidem cum Advocati plures essent, iique pro loci, vel fori dignitate diversa obtinerent privilegia, ut Gutherius etiam monet *de Offic. Dom. Aug. lib. III. cap. 2.*

ſciant alii lege prioris. ublata poſtolandi ſibi licen-
tiā

ta, *poſtulandi ſibi licentiam datam nullo tempore praeſcribendam*.

ADNOTATIONES

cap. 2., laudati vero Auctores plerumque uni adſcribant, quae alteri dumtaxat quidem legibus, quas referuot, conſtat impertita, nos qui privilegia, & dignitates Advocatorum Praefectorum Praetorio, ad quos Novella haec noſtra aoecdota ouoc unice provocat, expooere cogitavimus, oihil aliud quidem ſive privilegii, ſive dignitatis iiſdem tribuemus, niſi quod in Legibus Juſtinianei Codicis, aut alibi expreſſum comperire cootigit. Quapropter *l.* 4. *Cod. de Advocat. diverſ. Judic.* cooſtat, Advocatis Pr. Po id privilegii conceſſum, ut quaeſita ab iis, quemadmodum etiam ſuperius adnot. (3) monuimus, ex hujuſmodi profeſſiooe etiam poſt Patris obitum praecipuum veluti peculium caſtreoſe proprio Domino valeant vindicare; Verum hoc commune etiam fuit univerſorum judiciorum Advocatis. *L.* 6. *Cod. eod.*, quae quidem ex ſuperiori hujus noſtri Tituli vulgata Novella deſumpta eſt, iidem Advocati immuoes redduntur omni ſollicitudine, ſive inſpectione, ſive peraequatiooe, ſive ratiocioio, ceteriſque, quae recitavimus in adoot. noſtra (1), quod privilegium etiam ad Advocatos Provinciarum, vel ſpectabilium Judicium exteoditur. Tandem multae dictionem niſi Praefectus Po in eos edere poterat *l.* 18. *Cod. eod.* Haec de privilegiis. Patet vero, unum ex hoooribus, ac dignitatibus, cui Advocatis Pr. Po exacto advocationis tempore, patebat aditos, fuiſſe fiſci patronatum, ut prodit *l.* 8. 10. 15., & 16. *Cod. eod.*, quibus varia etiam alia privilegia adoectuotur, atque ot etiam cooſtat ex ſuperiori Novella hujus tituli. Fiebaot etiam Rectores Provinciarom, ac poſt munus peractum, nequaquam cauſſas iterum orare prohibebantur, ut inoult *l.* 9. *Cod. eod.* Tandem Clariſſimatus honore potiebantur, ut oſtendit Novella inter Theodoſianas XXIII. Longum eſſet, quas Cujacius, & Donellius (quales, ac quanti ceteroquin Viri!) locis citatis indiſcriminatim uni, vel alteri ex Advocatis leges, quaeque ex iis privilegia, ac dignitates tribueruot, unicuique reſtituere: Quare ſat erit, ut quae ab ipſis proounciantur, & quae proſtaot in ipſis Impp. Legibus, cum iis, quae ouoc adnotatiooe hac ooſtra firmavimus, conferrantur, & ad trutinam revocentur. Hinc ergo fit, ut minime mirom videri debeat, ſi Theodoſius Advocatos Pr. Po., qui privilegiis, & honoribus hujuſmodi praecipue inſigniri conſueveraot, a ſublati tamen ſileotii privilegio, quod ceteris Advocatis largitus eſt, excluſos voluit. Valentinianus vero, ut patet ex Novella XXXIV., eiſdem Advocatis poſt expletum dictorum annorom oumerum praeter cetera privilegia, & honores Vicariae dignitatis jus, poteſtatemque obtineodi fecit auctoritatem.

(7) Brenckmannius citata ſuperios Epiſt. ait, Cooſulatum Theodoſii Auguſti XVI., qui cernitur in Novella hac aoecdota, potius ad proximom annum eſſe referendum ob alteram Novellam praecedentem, in qua, tum ioſpecto Ottoboniano Codice, tum editionibus Marvillii, & Ritterii, habetur idem proximus Cooſulatus XVII., a quo alium ſane comminiſci, ratio, & ordo negat. Qui enim fieri poteſt, ut quod aotea editum conſtat, poſterius tempus, quod autem poſtea prodiiſſe novimus, anterius illud exhibeat? Quare Amanuenſis incoria mendum irrepſiſſe, oemo non videt. Conſulatus hic XVII. Theodoſii reſpoodet ann. V. C. 1192.,

tiã datã. nullo tempore preſcribendã. Dãt XIIII K† Mai Conſt theũd aũg XVI Cõns

dam. Data XIIII. Kalendas Maii Conſtantinopoli, Theodoſio Auguſto XVII. Conſule (7).

ADNOTATIONES.

C. 1192. Chriſti vero 439., ipſius vero Comes in Oriente fuit Fl. Feſtus. Tandem in aliis etiam Conſtitutionibus, ac Legibus utriuſque Codicis idem Conſulatus mendoſe inſcribitur, cujus ſingula loca perſequi neque hujus loci eſt, neque ſine moleſtia perfici poſſet.



NOVELLA II. ANECDOTA THEODOSII IMPERATORIS

AD FIDEM

VETUSTISSIMI MSS. OTTOBONIANI.

Ne Curialis ad ſenaturiam dignitatem vel ad aliquẽ honore adſpiret. XIIII

Pā ā. Zoilo ꝑp̄o. non eſſet huius ꝓmulgande neceſſitas ſanctionis. ſi inꝓroboꝝ temeritas. aut metu legum. aut pudoris imperio. frenaretur ſed quoniam utrumque. deſpēx audacia noſtraꝝ ſtatim.

EADEM NOVELLA

LECTIONI SUAE RESTITUTA.

Ne Curialis ad Senatoriam dignitatem, vel ad aliquem honorem adſpiret Titulus XIIII. (1)

Idem Auguſti (ſc. Impp. Theodoſius, & Valentinianus) Zoilo Praefecto Praetorio (2).

Non eſſet hujus promulgandae neceſſitas ſanctionis, ſi improborum temeritas aut metu legum, aut pudoris imperio frenaretur. Sed quoniam utrumque deſpexit audacia, noſtrarum ſtatim

ADNOTATIONES

(1) Titulus hic, qui inter Theodoſianas Novellas in noſtro Codice ſignatur ſub *n. XIIII.*, quique in Lugdunenſi, & Lipſienſi editione proſtat ſub *n.* VIII., duas complectitur, ut antecedens, Conſtitutiones, quarum prima, quae legitur in noſtro Codice *pag.* 42. *a tergo*, publici juris jam eſt, altera, quae habetur *pag.* 43., nunc primum in lucem prodit. Tituli inſcriptio diverſimode circumfertur, ut initio adnotat Ritterius hoc loco, cui nos addimus lectionem Ottoboniani Codicis, in qua non *Decurio*, ſed *Curialis* habetur, & revera tum in Novella ipſa edita, tum in hac noſtra anecdota nunquam Decurio innuitur, ſed ſemper Curialis generatim compellatur. Lectio haec notata etiam fuerat a Brenckmannio in *cit. Epiſt. pag.* 623., qui ibidem ait de hac Novella: *Haec autem prorſus hiſtorica eſt, & elegans.* Monere etiam juvabit, initio legi in Ottoboniano Codice

tim. debit ꝓvideri remediis sanctionū. ne ultra serpat. injuria. quantū igitur magnitudinis. tue suggestio.

tim debet provideri rimediis sanctionum, ne ultra serpat injuria. Quantum igitur magnitudinis tuae suggestio patefecit, Valeria-

ADNOTATIONES

ce *p. aa*, non autem *id. aa*, ut habet Brenckmannius: Quare nisi *p* invectum quis credat amanuensis vitio loco *id.*, legi posset τὸ p *praedicti*. Verum haec levia. Nimius sane nunc essem, si Senatoriae dignitatis, de qua est Titulus noster, vicissitudines omnes persequi dicendo vellem, quam plures ex Augustis, nempe Constantinus M., Constans, Constantinus, Valens, Arcadius, Theodosius Junior, & ipse Justinianus Decurionibus, vel Curialibus modo indulgere, modo interdicere consueverant, prout id Curiae vel conducere, vel obesse animadverterent. Quare cum per Senatorium gradum, cui Curialibus patebat aditus, fiscales rationes fraudarentur, & Curia negligeretur, Theodosius Novella hujus nostri Tituli prima, quam vulgatam diximus, decrevit, ut nullus omnino Curialis imposterum Senatoriae dignitatis infulas sibimet vindicaret; Cui nunc accedit haec nostra anecdota, qua Curiales ob Valeriani cujusdam temeritatem, & vesaniam a qualibet Senatoria dignitate, quae vel cinguli, vel infulae honoribus gauderet, vel etiam careret iisdem, arcerentur. Ceterum eos, qui honorario tantum dignitatis titulo essent ornati, quique ἄπρακτοι dicebantur, per substitutum Vicarium omnibus Curiae muneribus suarum periculo facultatum jubet respondere. De Senatoriae dignitatis vicissitudinibus erga Curiales consule Ritterium ad hunc titulum fuse disserentem, cujus promptuaria expilare videremur, si nunc eadem, quae ab ipso usurpantur, in rem nostram adsportare conaremur.

(2) Zoilus hic fuit Praefectus Praetorio Orientis anno Christi 444., ut constat ex hac novella, & ut ex proxima mox patebit. Id etiam prodit *l.* 11. *Cod. Just. de Adsessorib.*, & *l.* 1. *de Magistr. Sacror. Scrin.* Eidem quoque inscribitur a Theodosio, & Valentiniano *l.* 3. *Cod. Just. de Apparitoribus*, & *l.* 6. *de Castrens. pecul.* In *Act.* 1. 2., & 4. Synodi Chalcedonensis, cui Zoilus cum Florentio, quem supra adduximus, interfuit, habetur Μεγαλοπρεπέστατος, καὶ ἐνδοξότατος ἀπὸ ἐπάρχων Ζωΐλος. *Magnificentissimus, & gloriosissimus Expraefectus Zoilus*. Hic memoratur etiam ab Evagrio Scholastico in *Ecclesiastic. Histor. To. III.* Scriptorum Henrici Valesii edit. Cantabrigiae cura Gulielmi Readingii an. 1720., ubi *Lib. I. cap. XVIII.* dicitur missus a Theodosio Jun. Rector Urbis Antiochiae; nam ibidem ipse, & Memnonius, & Callistus vocantur κατὰ τὴν Ἀντιοχέων ἄρξοντες, idest *Antiochenorum Praesides, vel Consulares Syriae*, ut explicat Valesius, cum nimirum hujusmodi Praesides Antiochiam, & reliquas Urbes Syriae Coeles regerent; quod tamen non de tribus his omnibus simul, quos memorat Evagrius, intelligendum esse, monet Valesius, sed de unoquoque sejunctim, cum variis temporibus ab Imperatore ad id muneris missi iidem fuerint. Verum forte Evagrius ἀρξόντων nomine designare eosdem voluit Praefectos Praetorio Orientis, cum scilicet ipsorum sedes

stio. patefēc ualerianus. emisene Civitatis. curiales iures

lerianus[3], *Emisenae*[4] *Civitatis Curialis*, *juris publici*, *legumque*

ADNOTATIONES

des esset quidem Antiochiae, quae idcirco *Caput Orientis* dicta est *l. 2. de expens. ludor.*, licet tamen variis temporibus commoratos constet Constantinopoli, ut plures aliae Impp. Constitutiones ostenduot. Ibidem etiam & Zoilus, & duo ceteri, quos diximus, τῇ ἡμετέρᾳ θρησκείᾳ διαπρέποντες, ot legit Valesius, nempe *Religionis nostrae studiosissimi* appellantur. Pergit hoc loco Evagrius de Zoilo quaedam memorare, quae nunc accipe: Ζωΐλος δὲ τὴν βαβίλειον σοὰν τὴν πρὸς τό νότιον τῆς Ῥουφίνου πλευρᾶς μάχρις ἡμῶν τὴν τούτου προσηγορίαν διαδεξαμένην, εἰ καὶ τὰς οἰκοδομίας ἐκτῶν ποικίλων παθημάτων ἐνήλλαξεν. H. E. *Zoilus vero Regiam porticum aedificavit, quae ad meridianum latus porticus Rufini sita ad nostram usque aetatem vocabulum ejus retinuit, licet ob varias calmitates saepius mutata fuerint aedificia*. Id etiam repetit Nicephorus Callistus in *Ecclesiast. Histor. Lib. XIV. cap. 46.*, dum ait Μεμνόνιον δὲ, και Ζοΐλον (lege Ζωΐλον), καὶ Κάλλισον ἐπὶ τῇ καθ' ἡμᾶς θρησκείᾳ μάλα διαπρεπεῖς, ἄρξοντας τὴν Ἀντιόχου ἀνέπεμπεν. H. E. *Memnonium vero, & Zoilum, & Callistum religione nostra admodum praestantes Viros Antiochiam rectores misit* (Theodosius). Et iofra: Ζοΐλος δὲ τὴν βασίλειον ἐγείρε σοὰν πρὸς τὸ νότιον ἀπονεύουσαν, κατὰ τὴν Ῥουφίνου πλευρὰν. Τὴν ἐκείνου προσιγορίαν καταλείψας τῷ χώρῳ. H. E.: *Zoilus autem regiam extruxit porticum ad Austrum spectantem in Rufini porticus latere cognomen suum relinquens loco*. Heic sane vides, Nicephorum, qui oongeotis fere annis post Evagrium scripsit, ejusdem verba in ipsius Historiam derivasse. Zoilus hic desideratur in *Prosopographia Cod. Theodos.* Plores alii Zoili occurrunt in Historiis, nempe Zoilus quidam Legatus, qui memoratur a Libanio Sophista *Epist.* 88., & 89. secundum editionem Joh. Christophori Wolfii Amstelaedami 1738., deio Zoilus Magistratus Heracleae ano. 304., qui memoratur io Act. S. Philippi Episc. Heracleae apud Ruinartium pag. 368. edit. Veronen., tom alter Chersonites, quem interficieodum mandavit Justinianus, quemqoe Theophanes in χρονογραφία *Histor. Bizant. To. VI. pag. 252. edit. Venet.* 1729. vocat τὸν ἐκ σειρᾶς, καὶ γένους ὄντα πρωτοπολίτην, id est *a stemmate, & origine Civium primarium*. Idem Theophanes hoc loco memorat Zoilum alterum Alexaodriae Episcopum. Plures alios Zoilos vide apud Joh. Albertum Fabricium in *Biblioth. Graec. To. I. Lib. II. cap. VII. pag.* 900., apud quem tameo videas desiderari loca noonulla, quae oos de Zoilo nostro Praefecto Praetorio Orieotis superius recensuimus, tum etiam praeteriri ab eo quosdam alios hujus oominis, quibus nos heic locum fecimus. In Inscriptiooibus tandem bene multis occurrit saepe cogoomentum Zoili, & praesertim apud Sponium io Itioerario *To. III. pag.* 132., ubi prostat Ephesinus quidam Lapis, in quo habetor: ΠΟΠΛΙΟΣ. ΑΙΛΙΟΣ. ΦΛΑΒΙΑΝΟΣ. ΖΩΙΛΟΣ *Publius Aelius Flavianus Zoilus*, qui monumentom ponit Publio Aello Flaviaoo Apollodoro Philologo Natione Aspeodo ejus Fratri. Nobis quidem prima fronte ex quatuor nominibos, quibus Zoilus hic insignitur, oborta est suspicio, forte eumdem esse, ac illum, qoem ex hac nostra Novella anecdota nunc protulimos, quandoquidem oorunt aotiquitatis amatores, saeculis praecipue Imperii posterio-

iures publici. legumque grassatur. ob hoc sibi inlustrũ cyngolũ honoris. inmerito ꝑ subreptionẽ absũsit ut illius subnixus infulis. dignitatis contumelio-

que grassator ob hoc sibi inlustre cingulum (5) *honoris immerito per subreptionem assumpsit, ut illius subnixus infulis* (6) *dignitatis contu-*

ADNOTATIONES

sterioribus (quod non tamen negatum etiam de superioribus censeas) quatuor nominum usum invectum fuisse, quod si tueri nunc posset, jam de praenomine, nomine, & altero etiam cognomine Zoili nostri constaret. Verum praeterquamquod de recitati monumenti aetate ex nulla vel Imperatoris, vel Consulis designatione ferri potest judicium, aliquid religionis nobis injecit illud ⌘ signum, quod Z respondet, quodque ad antiquiorem scribendi formam referri consuevit. Verum & hi, & ceteri omnes Zoili, quos reticemus, nisi forte Sponianum excipias, nihil commune habeot cum nostro.

(3) Valeriani plures recensentur in *Prosopographia Cod. Theod.* sub Constantino M., sub Valentiniano Seniore, sub Gratiano, & sub Valentiniano Juniore. Ex his quidam dicitur sine dignitate, quidam Agens Vicariam Praefecturam, quidam vero Vicarius Hispaniarum inscribitur; Sed an hi diversi, vel unus tantum habendi sint, non facile dixerim. Ceterum cum ille, qui longinquiorem aetatem ostentat, memoretur anno Domini 317., qui vero propiorem, designetur anno 381., forte citra errorem pronunciari poterit, singulos pro uno, eodemque haberi non posse. Nullum ex his omnibus tamen ad nostrum, qui *Curialis Emisenae Civitatis* dicitur, pertinere existimaverim, cujus nil mirum, non extare apud Scriptores memoriam, cum inter privatos fortasse perpetuo manserit, atque ipsius dumtaxat audaciae acceptam referat mentionem, quae in hac Novella ejusdem occurrit.

(4) Emisa Urbs Phoenices in Syria, Arabiae vicina, ut apud Eusebium, &, Stephanum. Ptolemaeo est *Emisa*, aliis *Emessa*: In *Cod. Theod.* dicitur *Emesa*, in qua a Constantino an. Domini 338. data est *l.* 25. *de Decurionibus*. Fuit Archiepiscopalis sub Patriarcha Antiocheno, & jacet ad Orontem fluvium inter Arethusam ad Septentrionem, & Laodiceam ad meridiem. Distat XLIII. mill. pass. a Damasco in sept., Apameam versus totidem, & Antiochiam LXXX. circiter, a Palmyra vero LX. in occasum. In nummo antiquo Caracallae apud Tristanum *To. II. pag.* 221. circum Aquilam globo insistentem legitur: ΕΜΙCΩΝ. ΚΟΛΩΝΙΑC. ΑΥΓ. Ζ. Κ. *Emisenorum Coloniae Augustae anno* 520. secundum Epocham Seleucidarum; Habuit etiam Emisa jus Romanae Coloniae, fuitque juris Italici, ut patet ex *l.* 1., & *l.* 7. *ff. de Censib.* Goltzius quoque in duobus nummis antiquis ΕΜΙCΗΝΩΝ legit. Vide, si lubet, nummos alios apud Patinium *pag.* 228., 290., & 304., & apud Harduinium *Numm. antiq. illustrat. pag.* 150., apud quos multa comperies, quae Emisenae Civitatis historiam pleniorem exhibeant.

(5) Cingulum erat Magistratuum omnium insigne praecipuum, sine quo non patebat accessus ad Principem, ut ait Chrysostomus in I. *ad Corinthios cap.* 2. *sermon.* 20., & ideo *in cingulo esse* dicebantur, qui actu Provinciis prae-

meliosum sui possit amplificare ꝓpsitū magna enim stipatus barbarorum caterva. secretarium ꝓvincie. mode-

contumeliosum sui possit amplificare propositum. Magna enim stipatus barbarorum caterva Secretarium [7] *Provinciae Moderatoris*

ADNOTATIONES

praeerant, quo carebant, qui honorariam dumtaxat obtinebant dignitatem, *l.* 1. *Cod. Vt dignitat. ordo seru.*, *l. omnes Cod. de Metat.* Quare exautorati Magistratus cingulo exuebantur §. 1. *in Auth. de incest. Nupt.*, seu *Novell.* 12., quod commode nunc Valeriano huic nostro, qui Senatoriam dignitatem, forte etiam vacantem, quae cinguli privilegio donaretur, obtinuerat, contigisse legimus. Cingulum fuit etiam peculiare Judicum ornamentum; Hinc Cassiodorus *Epist. V.* 7. vocat Judices in actu positos *Cinctos jura.* Paullus *sentent.* 1. ait: *Qui apud cinctos, aut privatos Judices fuerit*. Sumitur insuper cingulum pro quolibet honore; Hinc in veteri Epitaphio Pantagathi Episc. Viennensis:

Arbitrio Regum Quaesturae cingula *sumpsit*.

Apud Numantium sub Justino Imp.

Post fasces posuit, & cingula *Symmachus ampla*.

Cingulum dignitatis, vel militiae habetur *l.* 11. *de munerib. lib.* 8. *tit.* 1. *Nullius* cingulo *dignitatis utantur* habetur *l.* 1. *de conductor.*, & *homin. Dom. Aug. lib.* 10. *tit. ult.* Tandem *cinguli honor* innuitur *l.* 14. *de privilegiis eorum, qui in S. Palatio lib.* 6. *tit.* 35. Pluribus aliis modis, quibus cingulum usurpatur, consulto parcimus, cum ad rem nostram haec nunc dumtaxat attigisse satis, superque sufficiat.

(6) Infulae quoque, licet proprie ad Sacerdotes pertinerent, fuerunt simul dignitatis insignia. In *Glossis*, quae Isidoro tribuuntur, *Infula Sacerdotalis vitta, & administratio judicialis*. Papias in *Glossis* memorat *Infulas ornamenta honorum, & omnium rerum*. Imp. Constantinus *l.* 1. *Cod. Theod. de temp., & repar. appell.* adhibet phrasim *ad Duumviratus, aliorumque honorum* infulas, *vel munus aliquod evocatus*. *L.* 27., 42. *de Decurion. lib.* 12. *tit.* 1. *L.* 155. *de Decurion. lib.* 2. *tit.* 1. habentur *Infulae dignitatis*. *L.* 14. *de Murilegul. lib.* 16. *tit.* 20.: *Veritis se* infulis *dignitatum, &* cingulis *penitus denegatis munisse dicuntur*, quo loco eamdem & infularum, & cinguli vides esse notionem. *L. unic. qui a praebitione Tironum lib.* 11. *tit.* 18. *Cum gerunt* infulas *dignitatis*. *L. ult. de Palat. S. L. lib.* 16. *tit.* 30. *Cum inlustres Viri memoratarum Comites dignitatum, ita simili jugiter* infularum *splendore decorentur*. In antecedente hujus tituli Novella, quae vulgata est, habentur *dignitatis Senatoriae* Infulae. Vid. Brissonium *de Verbor. Sign.*, tum ad pleniorem materiae intelligentiam consule Hadriani Stegerii Dissertationem *de Infulis Sacrae dignitatis insignibus* editam Lipsiae 1739., & denuo *Tom.* 1. *part.* 1. *Thesaur. Dissertationum &c.* Editore M. Joh. Christophoro Martinio Norimbergae 1763. *n. V. pag.* 68., ac tandem Dissertationem Ernesti Cregelii *de Infulis, & Lipsanis Imperii* editam Altorfii 1659., & rursus *cit. Thesaur. Dissertat.* insertam *n. XVI. pag.* 306.

(7) Secretarium dicebatur locus, seu Conclave, in quo Judices reorum caussas cognoscebant, simulque statuebant, qualis esset de tribunali pronuncianda sententia. *L. ult. Cod. de Offic. div. jud.*, & *l. ultim. Cod. Vbi de Senatus*,

moderatoris inrupit . priorem ſibi locũ auxus eſt vindicare dexter adſedit ei cui iura commiſſimus cui fata ꝓvincialiũ duximus. eſſe. credenda. ita ut omni eius ſugaret offitiũ vaſta omnia ac ſola . relinqueret. qui non magis oppibus dives quã ſcelerebus. plenus aliis quoque. curialibus. domi ſue ſuſceptis. ut

ris [8] *inrupit, priorem ſibi locum auſus eſt vindicare, dexter adſedit ei, cui jura commiſimus, cui fata provincialium duximus eſſe credenda; ita ut omne ejus ſugaret officium* [9] *vaſta* [10] *omnia, ac ſola relinqueret, qui non magis opibus dives, quam ſceleribus plenus, aliis quoque Curialibus domi ſuae ſuſceptis, ut publi-*

ADNOTATIONES

natus, vel Clariſs. Ab Ammiano Marcellino *lib. XV. cap. 7. pag. 69.* appellatur *Secretum*, ubi doctiſſima H. Valeſii obſervatio conſulenda. Alias dicebatur *Auditorium l. 40. ff. de reb. credit.* Graeci vocem Secretarii vertunt Θικαςήριον *lib. VII. Baſil. tit. 3. art. 92. Judicantium Secretarium* habetur *l. 7. de proximis lib. 6. tit. 26.* Tum *l. 2. de Offic. Rector. Prov. lib. 1. tit. 7.* Secretarii *foribus apertis, introvocatis omnibus, aut pro tribunali locatis, controverſias audiat.* Videſis Juretum in Symmachum *lib. X. Epiſt. 36.*, Briſſonium *de Verb. Signif.*, Du Freſneium voc. *Secretarium*; Gundlingiana *part. IX. obſerv. IV.* Heſychium in voc. Σέκρετον, & Suidam in voc. Στύλη, Heineccium *Antiq. Roman. lib. IV. tit. XVII. §. X.*, ac tandem Jacobum de la Landium *Diſſert. de Ingreſſu in Secretaria Judicum &c. Cap. II. To. VI. Novi Theſauri Jur. Civ., & Can.* Gerardi Meermanni.

(8) Moderator Provinciae pro Rectore ſumitur etiam *l. 7. de Offic. Rect. Provinc. lib. 1. tit. 7. L. 164. de Decurion. lib. 12. tit. 1.*, tum etiam Novell. inter Theodoſianas XLVII. Vid. & *Notitiam Dignitatum* Gothofredii. Gutherius vero *de Offic. Dom. Aug. lib. I. cap. VIII.* ait, Moderatoris Provinciae nomen pro Rectore aliquando poſitum eſſe, cum tamen inter Provinciae Rectores, & Moderatores nonnulla fuerit differentia; Etenim Moderatores Viri Spectabiles erant, Rectores Clariſſimi, & a Clariſſimis ad Spectabiles Moderatores appellari poterat, iiſque etiam lege peculiariter indultum erat, ut in cauſſis, quae quantitatem X. librarum auri non excedunt, vice ſacra cognoſcerent, ut notat Cujacius ad Novellam XXIII. Hoc idem diſcrimen agnoſcit M. Auguſtinus Campianius *de Officio, & poteſtate Magiſtratuum Romanorum, & Juriſdictione*. Genevae 1725. *lib. 1. cap. 134.*

(9) Officii nomen accipitur etiam pro eo, qui Magiſtratui apparet, ut docet ipſe Gutherius *de Offic. Dom. Aug. lib. I. cap. 2.*, veluti Officialis diceretur, ut notat Laur. Valla *Elegantiar. Ling. Latin. lib. IV. cap. 50.* Hinc Officiales hi dicti ſunt Apparitores, & offi-

ut publica ratio fraudaretur. ſervile p̄ſidiū exactoribus contra publicā obpoſuit diſciplinā. quo magnū diſpendiū noſtre ſerenitatis. erariū ꝑ eius pateret. veſaniā. in quem oportuerat acerbioribus legum

publica ratio[11] *fraudaretur, ſervile praeſidium*[12] *exactoribus*[13] *contra publicam oppoſuit diſciplinam, quo magnum diſpendium noſtrae ſerenitatis*[14] *aerarium per ejus pateretur veſaniam; In quem*

ADNOTATIONES

& officium apparitio *l.* 2. *Cod. Juſt. de Comit. S. L.*, *l.* 1. *Cod. de Filiis offic. qui in bell. mor.*, & pluribus in locis aliis. Iidem cohortales quoque dicebantur ūt in *tit.* & *rubr. Cod. de Cohortalib. princip. cornic.*, quod formam cohortis, ſeu legionis, & privilegia haberent. Officium graece τάξις, & ipſi Officiales ταξεώται vocabantur. Horum munus erat juſſa Praefecti implere, litigantes in judicium introducere, acta ſcribere, recitare, & partibus edere, ſententias ſcribere, atque exequi, & alia neceſſaria judiciorum perficere *l.* 1., & 2. *Cod. Juſt. de prin. agent. in reb.*, *l. per Illyricum* 9. *Cod. de cohort.*, *l. ultim. Cod. de ju. Dom. imp.* Verum ſi conſulas Pancirolium in *Notit. Imper. lib. I. cap. IX.*, nil erit, quod nos haec pluribus proſequamur.

(10) Sumitur etiam *vaſtus* pro deſerto, vacuo, inani. Plautus *Bacch. Act. IV. Sc. 9. v. 130. Fit* vaſta *Troja: ſcindunt proceres Pergamum*. Cicero II. *de Leg. Agrar. cap. 26. Alterum genus agrorum propter ſterilitatem incultum, propter peſtilentiam* vaſtum, *atque deſertum emetur ab iis, qui eos vident ſibi eſſe relinquendos*. Eodem ſenſu ſumi debet vox haec *l.* 1. *de Monach. lib.* 1. *tit.* 3., ubi Monachi *deſerta loca*, & vaſtas *ſolitudines ſequi*, & *habitare jubentur*.

(11) Ratio publica nihil aliud erat, niſi redditus bonorum Aerarii publici, cujus adminiſtrator dictus eſt Procurator Fiſci, licet tamen Capitolinus *in Maximin. duob.* Procuratorem Fiſci alium a Rationali faciat. Dictus eſt etiam Curator Reipublicae, Ratiocinator, & Diſcuſſor. *In Baſilic. lib. VI.* exſtat *tit.* περὶ τοῦ κουράτωρος τοῦ βασιλέως, νῦν δὲ λογοθέτου, *De Curatore Principis, qui nunc logotheta*. Λογοθέτης, quem & λογόγραφον dictum aſſerit Antonius in interpretatione verborum Juliani, nomen habet ἀπὸ τοῦ λόγου, id eſt a ratione, quae ſic graece exprimi conſuevit, ut mox videbimus. Fuit & ratio privata, quae peculiare Principis patrimonium reſpiciebat, cujus magiſter dictus eſt Procurator Caeſaris, ſeu rationis privatae, ac Procurator rei dominicae, ac tandem Comes rerum privatarum. Ratio privata in Inſcriptionibus frequenter occurrit; Verum nos ipſius exemplum nullum proferre inſignius poterimus, quam quod nobis exhibet praeclarum Veliternum monumentum, bilingui Epigraphe inſcriptum, cujus nos ea nunc dumtaxat adducemus, quae rem noſtram attingunt, praeſertim cum luculentae obſervationes anonymae de eo Romae prodierint anno praeterito, tum Cl. Odericius in Sylloge ſuarum Inſcriptionum *n. XXIX. pag.* 199. retulerit, & Iſidorus Blanchius Camal-

gum aculeis vindicari. niſi nos manſuetudo. que adſolet temperaret. & ad ſuã conſuetudinem lenitatemque redigeret. quapropter eũ & cingolũ. & dignitatẽ ſimul intus privari. hac generale ſanctione dece-

quem oportuerat acerbioribus legum aculeis[15] *vindicari, niſi nos manſuetudo, quae adſolet, temperaret, & ad ſuam conſuetudinem, lenitatemque redigeret. Quapropter eum & cingulo, & dignitate ſimul inluſtri privari, hac generale ſanctione decernimus, & Curiae*

ADNOTATIONES

Camaldulenſis Monachus, eruditus Antiquitatum Cultor in Ephemeridibus Florentinis anni CIↃIↃCCLXIV. *n.* 51. *col.* 803. evulgaverit, quibus proinde locis integrum haberi poterit. Ipſum vero ſic habet initio latine:

SEX. VARIO. MARCELLO.
PROC. AQUAR. C. PROC. PROV.
BRIT. CC. PROC. RATIONIS.
PRIVAT. CCC. &c.

En Graece:

CEΞTΩ. OYAPIΩ. MAPKEΛΛΩ
EΠITPOΠEYCANTI. YΔATΩN.
EΠITPOΠEYCANTI. EΠAPXEIOY.
BPITANNEIAC. EΠITPOΠEYCANTI.
ΛOΓΩN. ΠPEIBATHC. κ. τ. λ.

ubi ſane videre eſt & Procuratorem Rationis privatae, & λόγου nomine rationem ipſam privatam uſurpari, licet ibi mendoſe legatur λόγων πρειβάτης pro λόγων πρειβάτων, vel λόγου πρειβάτου. Dicta eſt etiam ratio privata ἴδιος λόγος a Strabone *lib. XVII. pag.* 797., ut notat Salmaſius ad Spartianum *lib. I. cap.* 12.

(12) Praeſidium ſervile idem eſt, ac ſervorum vires, & obſtaculum. Hinc Praeſidium *armatae apparitionis* habetur *l.* 31. *de Epiſcop. lib.* 16. *tit.* 2. *Militiae praeſidia* occurrunt *l.* 11. *de Decurionib. lib.* 12. *tit.* 1., *&* *l.* 38. *tit. eod.* Praeſidia *firmiſſima adverſus calumnias vid. l.* 8. *de famoſ. libell. lib.* 9. *tit.* 34.

(13) Habentur heic Exactores pecuniarum fiſcalium, quos etiam memorat Firmicus *Aſtron. lib. III. cap. II.* Hi erant, qui annuas fiſcariorum praeſtationes repetebant. Novella XXX. *Comitiana praeerat vectigalibus. XIII. erant* πράκτορες, exactores vectigalium. *Curialis apparitor, optio actuarius publici debiti* exactor, *& compulſor eſſe poteſt. L.* 20. *de exactionib.* habentur: Exactores *per Africam ordinati Karthagine in Secretario, populo admiſſo conſtituto tempore*. Tributorum exactioni per Africam inſuper incumbebant Rectores Provinciarum, Praefectus Annonae, & Rationales, ut patet ex *l.* 8. *de Exactionib.* Vid. Bulengerium *de vectigalibus cap. III., de Imper. Roman. lib. VI. cap.* 51. Vocabantur etiam Compulſores. Spanhemius *de Praeſtant. Numiſmat. Diſſert. IX. pag.* 813. Urſatus *de Notis Roman. Theſ. Antiq. Roman.* Graevii *Tom. XI. pag.* 702. A.

(14) Serenitatis titulum ſequioribus temporibus Imperatores ſibi adſciverunt. Vid. Juretum in Symmachum *lib. II. epiſt.* 8.

(15) *L.* 1. *ut intra annum lib.* 9. *tit.* 36. habetur: Aculeos *conſultiſſimae* legis *incurrat*.

(16) Viri Clariſſimi erant Senatores *l.* 23. *de appellationib. lib. II. tit.* 30.; Hinc Clariſſimatus Senatoria dignitas

decernimus. & curie redditũ ꝑ ſe aut ſubſtitutã. ꝑſonã. ſi ita. UC. moderaturi & curialibus viſum fuerit. ſuarũ periculũ. facultatũ omnibus. curiæ fungi muneribus. iudiciariis ad ſimilitudinem ceteroꝝ ſentenciis. pariturũ verũ. quia principale remediũ generale eſſe oportet. ceterus quoque Civitatũ omniũ curiales. ab inlũs dignitate cũ cingolũ, ſeu cetra. cyngolũ volumus inpoſterũ ꝓhiberi. nec ſibi infulas hujus honoris. adpetere. Quod ſi temere poſt hanc noſtri nominis. ſancionem hujuſmodi. honorẽ ſubreptionẽ. quadã. impetrare. potuerint ſciant infructuoſum ſibi. hoc forẽ nec ullũ. inter eos adque alius. curiales. qui talem non meruerint dignitatẽ eſſe

Curiae redditum per ſe, aut ſubſtitutam perſonam, ſi ita Viro Clariſſimo[16] *Moderatori, & Curialibus viſum fuerit, ſuarum periculo facultatum omnibus Curiae fungi muneribus, judiciariis ad ſimilitudinem ceterorum ſententiis pariturum. Verum quia principale remedium generale eſſe oportet, ceteros quoque Civitatum omnium Curiales ab inluſtri dignitate cum cingulo, ſeu citra cingulum volumus impoſterum prohiberi, nec ſibi infulas hujus honoris adpetere. Quod ſi temere poſt hanc noſtri numinis ſanctionem hujuſmodi honorem per ſubreptionem quamdam impetrare potuerint, ſciant, infructuoſum ſibi hoc fore, nec ullum inter eos, atque alios Curiales, qui talem non meruerint dignitatem,*

ADNOTATIONES.

gnitas *l.* 180., & 183. *de Decurionib. lib.* 12. *tit.* 1. Verum etiam ſalutabantur hoc nomine Conſulares, quin & Praeſides, ſive Modratores, aut Rectores Provinciarum *l.*52. *de Haeretic. lib.*16.*tit.*5. De hoc dignitatis titulo vid. *l.*26. *eod.C.Juſt. de Vſuris.* Alciatus, Durenus, Pancirolius, aliique explicant.

esse discrimen. illus aũt qui vacantem iã vel honorariã dignitatem. adepti sunt. ꝑ substitutas ꝑsonas. omniũ suaꝝ pericolũ fortunaꝝ muneribus. curie absque ullo. patrocinio respondere. Zoile pk ã ã in†us ita igitur. hauctoritas tua hanc nostri nominis legem publi-

tem, esse discrimen; illos autem, qui vacantem[17] *jam, vel honorariam*[18] *dignitatem adepti sunt, per substitutas personas omnium suarum periculo fortunarum muneribus Curiae absque ullo patrocinio*[19] *respondere. Zoile Praefecte Carissime Augustorum. Inlustris igitur auctoritas tua hanc nostri numinis legem*

ADNOTATIONES

(17) Dignitas vacans eadem est, ac supranumeraria *l.* 15. *&* 17. *de Palatinis S. L. lib. 6. tit.* 30., *l.* 2. *de Castrensib. lib. 6. tit.* 32. Habentur supernumerarii *vacantium* nomine designati, qui scilicet in Scholis praeter statutum numerum otiosi in decedentium locum subrogabantur *l. ult. de Agentib. in reb. lib. 6. tit.* 27., *& d. l.* 17. Videsis Commentarium ad *d. l. ult.*, & Du Fresneium in *Glossar.*, & praecipue Valesium ad Marcellinum *lib. XV. cap.* 3. Consuli etiam poterit Gutherius *de Offic. Dom. Aug. lib. I. cap. XIV.*, qui ait, eos, qui vacanti dignitate potiebantur, *ζωστοὺς* dictos esse, qui vero honoraria tantum, de qua in adnotatione sequenti, *ἀζώστους*. Hinc vacantes *l. fin. Cod. de primicer., & secundicer.* dicti sunt *praecincti honore otiosi cinguli*. Hoc enim est discriminis vel maxime inter vacantes, & honorarios, ut hi careant cinguli honore, quo tamen illi donantur, ut notat Cassidorus *lib. VI. Variar. cap.* 12. Apud Sidonium *lib.* 1. *Epist.* 9. *Avienus ad Consulatum felicitate, Basilius virtute pervenerat*; deinde *cinctus Avienus: Basilius discinctus*. Avienus enim inter Ordinarios, aut suffectos Consules adlectus, Basilius inter honorarios; hinc idem Sidonius *lib. V. Epist.* 7. *cinctis jura, discinctis privilegia* tribuit.

(18) Sumitur heic honoraria dignitas pro imaginaria, scilicet quae non officio, sed nomine tenus obtinebatur. Hinc *l.* 7. *de honor. Codic. lib.* 6. *tit.* 22. *Imaginarias tantum, atque honorarias meruerint dignitates l.* 44. *de cursu lib.* 8. *tit.* 5. *Nam hi, quos* honorarii *tantum nominis suffragia prosequuntur*. Honoraria Senatoris dignitate nonnulli insignitum existimarunt Cassidorum; ac de Patre utriusque Romae Senatore honorario ita Ausonius *Eidyll. II.* 5.

Curia me duplex, & uterque Senatus habebat
Muneris exsortem, nomine participem

Hinc prodierunt Consulares, Decurionales, & ceteri, idest Consularibus, & Decurionalibus ornamentis insigniti. Apud Reinesium *Class. VII. n. XIII. pag.* 399. habetur *Aurelius Symphorus exornatus ornamentis Decurionalibus*. Vid. Borremans. *Var. Lect. cap.* 2., & Jacobum de la Landium *Dissert. de ingressu in secret. Judic. &c. & de honorariis dignitatibus. To. IV. N. Thesaur.* Meer-

publicis commoditatibus ꝓfuturā edictis . ſollempniter ubiq̄ ꝓpoſitis ad omniū noticiā faciat ꝑvenire . Dāt XIII Kal Aūg. Conſtanpl theud ā XVII Cōn.

gem publicis commoditatibus profuturam edictis ſollemniter ubique propoſitis ad omnium notitiam faciat pervenire . Data XIII. Kalendas Auguſti . Conſtantinopoli , Theodoſio Auguſto XVIII. Conſule[20] .

ADNOTATIONES

Meermannii , & qui hanc rem abunde pertractat , Gutherium *de Offic. Dom. Aug. lib.* 1. *cap. XIV.* , ad quem Lectores amandamus , praeſertim cum ſuperiori adnotatione aliqua etiam de hac re innuerimus .

(19) Patrocinium heic accipitur pro honorario dignitatis . Hoc etiam ſenſu adhibetur *l. 34. de Decurion. lib.* 12. *tit.* 1.

(20) Conſulatum Thodoſii XVIII. reponendum cenſemus , licet tamen XVII. legatur in noſtro Ottoboniano Codice ; quandoquidem cum haec Novella data ſit XIII. Kal. Aug. , minime inſcribi poteſt Zoilo tamquam Pf. P. Orientis , niſi ad annum Chriſti 444. protrahatur ; Conſtat enim & ex Nov. VII. , quae ſub hoc Conſulatu Theod. XVII., ſcilicet an. Ch. 439., data eſt VII. Idus Septembris , & ex IX. , quae ſignatur pridie Idus Septembris , Praefecturae Praetorianae Orientis eo ipſo anno ad illud tempus uſque , quod laudatae Novellae praeſeferunt , inſediſſe Florentium , cui nimirum hae Novellae ab Imp. Theodoſio inſcribuntur . Quod revera anno 444. Zoilus dumtaxat hujuſmodi munus obiverit , argumento ſunt leges *Cod. Juſtin.* , quas memoravimus in adnotatione noſtra (2) . Conſulatus Theodoſii XVIII. , cujus in Occidente Comes fuit Caecina Decius Albinus , incidit in annnm V.C. 1197., Ch. vero , ut innuimus , 444. Hoc non advertit Brenckmannius *citata* pluries *epiſtola de Conſulib. pag.* 625. , qui deceptus ementito Theod. Conſulatu XVII. , quem exhibet Cod. Ottobon. , hanc Novellam ſpectare ait ad ann. Ch. 439.



NOVEL-

NOVELLA III. ANECDOTA THEODOSII IMPERATORIS

AD FIDEM

VETUSTISSIMI MSS. OTTOBONIANI.

De Competicionibus XVI

Id. ā ā. Zoilo p̄po. pro magnitudine beneficiorū quibus singulare. circa nos benevolentia. supna maiestas. romanū amplefecavit. imperiū sinceri

EADEM NOVELLA

LECTIONI SUAE RESTITUTA.


De Competitionibus Titulus XVI (1).

I*dem Augusti* (*sc. Impp. Theodosius*, & *Valentinianus*) *Zoilo Praefecto Praetorio* (2).

Pro magnitudine beneficiorum, quibus singulari circa nos benevolentia superna Majestas Romanum amplificavit Imperium, since-

ADNOTATIONES

(1) Novella haec tertia anecdota Theodosii Imp. est in Ottoboniano Codice ordine XVI. *pag.* 48., secunda ab ea, quae sub titulo *de Competitionibus* cernitur apud Marvillium *num. XLIV.*, & apud Ritterium *num. XLVII.* Sciendum tamen est, Novellam hanc nostram non omnino anecdotam praedicari posse, quandoquidem fragmenta ejus nonnulla, velut hinc, & illinc discerptos artus, in unum collecta exhibet *l. ult. Cod. Just. de Petitionibus bonorum sublatis lib.* 10. *tit.* 12. Nos interea diverso charactere, eoque rotundo exprimi curavimus id omne, quod jam Justinianeo Codice innotuerat, ut quod nunc primum per nos editur, quodque potissimum hactenus desiderabatur (non exigui sane momenti, ac ponderis) facile omnium oculis ingereretur. Addimus etiam ad marginem variantes lectiones Codicis Justinianei, quas in textum ipsum inducendas non putavimus, cum lectiones ipsas Codicis Ottoboniani sustineri probe posse cerneremus; licet tamen ab iis, nondum etiam inspecto Justinianeo Codice, nobis discendendum duxerimus, quoties inconcinnae videri poterant, ut etiam facere in ceteris consuevimus. Forte quidam minutiora haec nostra studia, tamquam Masoram redolentia irridebunt; verum ita nos natura comparati sumus, ut accuratiores potius, quam negligentiores videri satagamus. Ad hujus porro Novellae intelligentiam monere nunc est opus, competitionum



ri noſtri. ꝓpoſiti. quo ſolo divinetas coletur munere viciſſitudo reddenda. eſt. quantũ quippe ſit inleſum

ſinceri noſtri propoſiti, quo ſolo Divinitas colitur, munere viciſſitudo reddenda eſt. Quantum quippe ſit inlaeſum hominum

ADNOTATIONES.

nom nomine deſignari petitiones, de quibus eſt *tit.* 10., & 13. *lib.* 10., quo loco conſuli poterit Gothofredii *Paratitlon.*, tum *tit.* 1. *lib.* 15. *de operib. publ.* Cum enim bona vacantia, caduca, proſcriptorum, obſidium, captivorum, reorum perduellionis, quin & damnatorum, & ad fiſcum quomodolibet ſpectantia indicari, ſeu deferri a nonnullis conſueviſſent (quibus proinde Delatorum factum eſt nomen, & de quibus agemus inferius adnotat. (22).) aut privatis, ut ea dein a Principe iidem ſibi repeterent, aut Fiſco, ut eadem is poſtea ſibi adſciſceret, hinc uſuvenire coepit, ut competitionibus hiſce locus fieret, quas obibat Fiſcus, dum bona ſuo jure vindicaret, & ſimul peragebant privati, ac praecipue conſanguinei, iique, quorum iotererat, dum eadem bona, tamqoam ſibi ipſis debita, repoſcerent. Quare cum competitiones iſtae, & Delatores ſimul perniciem in dies maximam & Fiſco, & Provincialibus importarent, priori hujus tituli vulgata jam conſtitutione Theodoſius Jun. ſancivit, nemini licere bona defunctorum caduca, & vacantia, vel res ad Fiſcum quoquo modo pertinentes niſi ab anno mortis defuncti, vel poſſeſſionis Fiſci competere, ſimulque in Delatores, & obreptores ipſos rigidas poenas indixit. Huic conſtitutioni accedit nunc haec noſtra, quam jure anecdotam dicimus, quae rigidior eſt, & latior, quaque a Theodoſio Juniore, noo autem a Valentiniano, ut cenſuit Cujacius ad hanc legem, petitionum conſuetudo prorſus tollitur, & unicuique interdicitur petere qoandocumque bona eorum, qui inteſtati deceſſiſſent, quibuſque nemo ex propinquis fuiſſet ſuperſtes, nulla ioterim conditionis, ſectae, vel rei ipſius tituli habita ratione. Et licet petitionibus huic cooſtitotioni antecedentibus, quae jam ſuum effectum obtinuerant, Imperator non deroget, tamen pendentes omnes, & adhuc inextricatas peoitus infirmat, ne iis quidem exceptis, quas peragi contigiſſet ab illis, qui vel actu, vel officio in earumdem effectu procederent: Quod quidem neglexit Juſtinianus, ſive potius Tribonianus in Legum ſuarum Codice. Quapropter videas heic poſtmodum inlatas poenas in Quaeſtores, qui oblatis petitionibus ſubſcribere tentaſſent; Tum io Comites rerum privatarum, qui earumdem inſtructiones, & iuſinuationes admiſiſſent; Dein in Memoriales, qui reſcripta excipienda, & implenda curaſſent; Ac tandem in Palatinos, qui geſta petitionum hujuſmodi inſtruxiſſent, vel edidiſſent. Praecipua vero noſtrae Novellae ſumma haec eſt, ut ſi quis inteſtatus, oulliſque exiſtentibus propinquis, obiiſſet, ut proiode ejus bona ad Fiſcum pertinereot, vel quoquo modo caduca fierent, judicio Praefecti Praetorio in tres partes hujuſmodi bona diſpeſcerentur, qoorum una pars tertia Arcae Praefecturae Praetorianae adſcriberetur, altera Sacris Largitionibus cederet, tertia demum privato Principis aerario ioferretur. Hujoſce Conſtitutionis caput Juſtiniano forte diſplicuit, qui ut omnia

ſum hominum. genus & ab omni iniquitate. defendere noſtrũ eſt. potiſſimũ intellegere. qui ad hoc nos electus eſſe cognuſcimus. Igitur omnem ſemen. alienas adpetendi. fortunas ſtrepitu ſervire cupientes. nulli deinceps. volumus petitionis reꝝ eſſe licentiã & ſi inteſtatus quiſquã. queve ac nulli. ſe nũmerũ. ꝓpinquoꝝ exſtantis vel uxore vel mariti fati. munus inpleverit. & cuiuſcũque. ſede conditionis aut ſecte. ſeu quolibet titulo res caduca fuerit.

num genus, *& ab omni iniquitate defendere*, *noſtrum eſt potiſſimum intelligere*, *qui ad hoc nos electos eſſe*, *cognoſcimus*. *Igitur* omne ſemen alienas adpetendi* fortunas ſtirpitus eruere cupientes, nulli deinceps volumus petitionis rerum eſſe licentiam, & ſi inteſtatus quiſquam, quaeve *, ac nullis e * numero propinquorum exſtantibus **, vel uxore, vel marito, fati munus impleverit, & cujuſcumque ſit conditionis, aut ſectae (3), ſeu quolibet titulo res *caduca* (4) fuerit,

* *Cod.Juſtin. habet* appetendi.
* quaedamve.
* ex.
** exiſtentibus.

ADNOTATIONES

mnia in rem ſuam redigeret, triplicem illam hujuſmodi bonorum diviſionem legis robore firmare, & ſui auctoritate mnnire abnuens ipſum a Romani Juris voluminibus cenſuit ſubducendum. Tandem Theodoſ. res Civiles, ſive rerum publicaram uſibus addictas a quacumque petitione exemptas decernit, & cuilibet reſcripti formae hujuſmodi in re auctoritatem, & robur omne praecidit. Ceterum quae heic ſummatim nunc attigimus, ſequentibus adnotationibus luculentius patebunt.

(2) De Zoilo P. Po. dixi ſuperius ad Novellam II. anecdotam adnotat. (2). Brenckmannius *cit.* pluries *epiſtola de Conſulibus &c. pag.* 631. verba faciens de hac novella, quae ab ipſo etiam *inedita* dicitur, ſic habet. ,, *Inſcribitur vero* SD. AA. (*quod interpretor* ſupradicti Auguſti, *hoc eſt Theodoſ.*, *& Valentinian.*) Zoilo PPo. ,, Verum ipſe nae oculis caligat, quandoquidem nos, qui dum haec ſcribimus, ante oculos Ottobonianum ipsum Codicem, quo ille utebatur, habemus, nitidis, ac rotundis prorſus litteris expreſſum intuemur ſolitum illud *id*, quod *idem* reddimus.

(3) Secta varie accipitur, ut videre eſt apud Du Freſnejum *in Gloſſario*; apud Zeltnerium *in Tertullo obtrectatore*, & praecipue apud Johannem Diecmannium in *Specimine Gloſſarii*

rit. vel fiſcales. vel in causā caduci ceciderit. quod idem

rit, *vel* fiſcalis. *vel in cauſſam caduci ceciderit*: *Quod idem in*

ADNOTATIONES

rii Mſs. Latino Theotiſci, quod Rabano Mauro inſcribitur, *num.* 1541. *pag.* 127. Paucis res expediretur, ſi ſectae nomine heic intelligendus eſſet ordo, & ſtatus hominum, quemadmodum non aliter Auſonianum illud *de omnium hominum ſecta* accipi debet, ut docet Serarius apud Cerdam *Adu. S. C.* 50. *pag.* 57., & Zeidlerius in princip. *Exercit. de defin. haeret.* Nec ſane repugnaret hoc loco haec eadem ſectae acceptio, cum Imperator Theodoſius ſectam, & conditionem ſimul quamcumque hominum hac ſanctione comprehenſam velit, quod de quocumque hominum ſtatu, aut genere interpretari commode poſſet. Sed juvat nunc paullo ulterius rem expiſcari. Quapropter ſectam hoc loco ſumendam ducimus pro quadam hominum multitudine, quae ab aliis quadammodo ſecta, & diviſa certum doctrinae, vel religionis genus ſub aliquo Duce ſectatur. Hinc ſecta *Catholica* occurrit *l.* 5. *de Epiſcop. lib.* 10. *tit.* 2., *l.* 42. 44. *de Haeret. lib.* 16. *tit.* 5. *Venerabilis Orthodoxorum* ſecta *l. ult. de Haeret. lib.* 16. *tit.* 5. *Judaeorum* ſecta *l.* 1. 2. 8. 9. *de Judaeis lib.* 16. *tit.* 8., ac tandem ſecta *Donatiſtarum l.* 4. *Ne Sanct. Baptiſm. lib.* 16. *tit.* 6. Verum ut ſcopus Novellae hujus noſtrae attingatur, ſciendum eſt, non omnes Haereticos eadem auſteritate habitos fuiſſe, ut manifeſte eruitur ex *l.* 65., ſeu *penult.*, & colligere etiam eſt ex *l.* 9. *lib.* 16. *tit.* 5. Quare hinc fit, ut Imperator noſter nullos ex Haereticis exemptos nunc velit ab hac Novella Conſtitutione, ne eos quidem, quibuſcum Imperatores blandius agere conſueverant, & quos non adhuc omnibus privilegiis, aut juribus orbaverant. Cum enim uſque ad id temporis hae potiſſimum prodiiſſent Haereticorum ſectae, Judaeorum nempe, Caelicolarum, Eunomianorum, Donatiſtarum, Montaniſtarum, Priſcillianiſtarum, Borboritarum, Encratitarum, Saccophorum, Hydroparaſtatarum, Manichaeorum, ceterorumque, atque Judaeis expreſſe Imp. Antoninus Caracalla *l.* 1. *Cod. Juſt. de Judaeis* inutiliter legari decreviſſet, quidquid magnus Cujacius *lib. VII. obſerv.* 30. obloquatur; Tum praecipue, & nominatim Manichaeis, nedum ceteris Haereticis jus capiendi hereditates ex teſtamento denegaſſet Theodoſius M. *l.* 7. 9. 18. 65. *d. lib.* 16. *tit.* 5., & *l.* 3. *de Apoſtatis*, Eunomianis donandi invicem facultatem eripuiſſet Arcadius, & Theodoſius *l.* 49. *Cod. de Haeretic.*, ac tandem Haereticorum bona, hiſque delata, veluti caduca Fiſci viribus vindicarentur *l.* 7. 8. 9. 17., & 49. *cit. Cod. de Haeretic.*, idcirco quoniam ab his forte legibus nonnullos ex iiſdem Haereticis exemptos quis dicere poſſet, cum ut plurimum qui recitatis legibus attinguntur, expreſſe, & peculiariter deſignentur, apparet nunc quapropter Imperatorem noſtrum non ſolum Haereticos illos, quibus jam prae ceteris antiquae Impp. Leges jura, & actiones multas ob majorem eorumdem perfidiam, & ſcelus ademerant, ſed etiam illos, qui vel minus inviſi erant, vel quibus aliqua privilegii indulgentia etiam num reliqua fuerat, a competitionibus bonorum vacantium, caducorum, & fiſcalium prohibuiſſe, cum expreſſe facultatem hujuſmodi petitionum unicuique univerſim praeciderit, cujuſcumque is ſit ſectae, & conditionis; ut proinde comprehenſos hac conſtitutione ipſos etiam Catholicos recte dixeris,

idem in tantũ. de ceterũ volumus. obſervare ut etiã ſi qua

in tantum de cetero volumus obſervari, ut etiam ſi qua petitio

ADNOTATIONES

ris, cum & ſimul eorum coetus ſectae nomine circumferri illo aevo conſueviſſet, ut ex recitatis ſuperius legibus colligitur. Huc accedit, quod Heraldus ad Tertullianum *Apolog. pag.* 177. docet, *Chriſtianos ſuam vivendi rationem a ceterorum inſtitutis plane diverſam voce ſectae ſignificare minime dubitaſſe, poſtea tamen haereſes etiam ſectas appellaſſe, nempe quae, propria quadam opinione aſſumpta, a ceteris diverſae abiiſſent.* Quare ex Indice apparet, Tertullianum in *Apolog.*, ut mittam alios Libros, Chriſtianam religionem ſectae nomine octies nuncupaſſe. Cyprianus etiam ejuſdem Condiſcipulus ſectae vocabulum de Catholicorum inſtituto uſurpavit, ut ad illum Fellius *pag.* 53. ex Pamelio adnotat. Conſuli hac in re etiam poterit Barthius *Adverſar. lib. XLV. cap.* 5. Vide quo ad varias Haereticorum viciſſitudines, ſi placet, Franciſcum Claudium de Sainctes *ad Edicta Veterum Principum de ſectarum licentia in Chriſtiana religione* Pariſ. 1561. 8., tum Juſtum Mejerium *in Juris Publici Quaeſt. Capital., ubi jus omne Juſtinianei, & Theodoſiani Codicis de gravioribus Haereticorum poenis explicatur.*

(4) Bona caduca, quae ſcilicet Fiſco obnoxia fiunt, proprie ſunt, quae poſt mortem teſtatoris in eam cauſſam decidunt, a qua incipere non poterant, quaeque ut crebrius Fiſco accreſcere contingeret, vetitum fuit lege Papia, heredem ex parte adire ante apertas tabulas hereditatem, quo, aditione dilata, caducum evaderet quidquid ante apertas tabulas a teſtatoris morte deficeret, quemadmodum jam olim Lege Julia caducaria ſtatutum fuerat. Vid. *l. Quidam teſtamento* §. *Quoties ff. de legat.* 1. Unde ſi vel fato occubuiſſet heres, vel Civitatem Romanam amiſiſſet, pars illius caduca erat, & ad Fiſcum devolvebatur. Ulpian. *Inſtit. tit.* 17. Caducum erat etiam, ſi quid Caelibi relictum fuiſſet, nec is intra diem centeſimum, qui dies erat cretionis, uxorem duxiſſet, vel ſi relictum fuit Latino, nec is ante dies centum jus Quiritum impetraſſet. Ulpian. *tit.* 22. §. *Cum quo, & tit.* 17. Antoninus Imp. primus bona caduca ad Fiſcum Principis tranſtulit, ut docet Ulpianus *tit.* 17. §. 2., cum antea lege Papia, ut tradit etiam Tacitus *Annal. lib. III.*, populus, non Fiſcus vocaretur ad caduca. Admittebatur vero Populus, vel Fiſcus ad bona hujuſmodi, cum teſtator ſine liberis, parentibuſque deceſſerat, licet tertii gradus propinqui, nimirum Pronepotes, & Proavi Fiſcum a caducis excluderent *l. unic.* §. *Et cum lex Cod. Juſt. de Caduc. tol.* Ulpian. *Inſtit. cap.* 17., & 18., *l. Pater meus* §. *ult. ff. de Legat.* 2. In cauſſam vero caduci ea bona cecidiſſe dicebantur, quae, vivo teſtatore, defecerant, veluti ſi legatarius, aut heres teſtatorem morte antevertiſſet, aut, eodem teſtatore vivente, ſervus poenae factus libertate excidiſſet, aliove modo legati conditio defeciſſet. Quare lege Papia ſancitum erat, ut quae jure veteri vel ad ſubſtitutum perveniebant, vel in conjunctum, aliumve, a quo relinquebantur, recidebant, eodem jure cenſerentur, quo & caduca, Fiſco ſcilicet obnoxia *l. unic. Cod. de Caduc. toll.* §. *Pro ſecundo*, ubi Cujacius *pag.* 799. Vide eumdem Cujacium *lib. X. obſerv.* 38., Janum Vincentium Gravinam *de Origin. Juris lib. III. cap. XL.*, aliosque, cum in re nota non ſit, cur me diu verſari oporteat.

ſi qua petitio iā oblatā reſponsū meruit. cuius tamen eciā. nunc pendit eventus. nec ullū finē vel extranſactionē. vel iudiciaria auctoritate ſortita eſt infirmetur. omnes. que controverſia omnis actio que ex huiuſmodi. reſponsū orta ſit. ſeu in iuditiū. ſed deducta. ſeu minimae penitus. extinguatur. nā ſi vel definitiva. ſentencia. iudicis. vel deciſionibus interpoſitis. in anteactū. tempus. quecūque petitio terminata ſit. hanc deinceps retractare. non patimur. nemo igitur audeat. adpetitionem. reꝝ defuncti. defuncte ve cuiuſcūque. fortune vel ſecte ſit & ſi fiſco noſtro locus pateat. aſpirare eum ne illis quidem quorum actu. adque offitio petitionū ꝓcedebat effectus. inpune liceat. noſtris ſancionibus. adverſari. ſed vir in-

tio jam oblata reſponſum (5) *meruit, cujus tamen etiam nunc pendet eventus, nec ullum finem vel ex tranſactione, vel judiciaria auctoritate ſortita eſt, infirmetur, omniſque controverſia, omnis actio, quae ex hujuſmodi reſponſo orta ſit, ſeu in iudicium ſit deducta, ſeu minime, penitus extinguatur; Nam ſi vel definitiva ſententia judicis, vel deciſionibus interpoſitis in anteactum tempus quaecumque petitio terminata ſit, hanc deinceps retractari, non patimur*. Nemo *igitur* audeat ad petitionem rerum defuncti,
* aut. defunctae ve, cujuſcumque fortunae, vel * ſectae ſit, & ſi fiſco
* adſpirare. noſtro locus pateat, aſpirare *, cum ne illis quidem, quorum actu, atque offitio petitionum procedebat effectus, impune
* illuſtris. liceat noſtris ſanctionibus adverſari; ſed vir inluſtris * quidem,

ADNOTATIONES

(5) Reſponſum heic accipiendum eo ſenſu, quo *Reſponſiones* accipiuntur *l. 27. de appell. lib. 11. tit. 30.*, nempe pro reſcriptis & reſponſis Principum. Vide & Gothofredii *Paratitlon de divers. reſcript.*

inlūſt. quidem cuiuſcūque temporis. queſtor ſi oblate petitionis. ſuſcripſerit. vel eciā. reſponſum. dederit. vir qui inlūſt. C̄RpRū ſi vel ſtrui ꝑmiſerit. vel

dem, cujuſcumque temporis Quaeſtor (6), ſi oblatae petitioni ſubſcripſerit, vel etiam reſponſum dederit, Virque inluſtris * Comes rerum privatarum (7) ſi vel inſtrui permiſerit, vel

* illuſtris.

ADNOTATIONES

(6) Quaeſtor primum ab Auguſto creatus eſt, ut Senatus decreta cuſtodiret, quae prius Tribunis Plebis, & Aedilibus committebantur, ut Dio *lib. LIV. in fin.* teſtatur. Mox epiſtolas Principis, & Acta in Senatu recitabat *l. 1. ff. de Offic. Quaeſt.* Sub poſterioribus Principibus plurimum creverunt Quaeſtores, cum eorum vice judicare coeperunt. Demum cauſſae omnes ad Principem devolutae Quaeſtori cum P. Po. ſunt commiſſae, quandoque ſoli Quaeſtori demandatae. Hic quoque in Conſiſtorio Principis adſtabat *l. 5. de fide teſtium*. Sacrario Principis aderat *l. 1. hoc tit.* Tandem reſcripta, quibus cauſſae a Principe delegabantur, ipſe dictabat. *l. penult. Cod. Theod. de diverſ. reſcript.*, quae non niſi ab eo ſubſcripta robur habere poterant. Nam in Novella Conſtitutione Valentiniani 114. ſeu *Auth. ut divi. jus. ſubſcriptionem habeat glorioſiſs. Quaeſtor.*, a Quaeſtore dictata in fine legitur: *Subſcripſi*, ſcilicet Quaeſtor. Id etiam in reſcriptis obſervari Juſtinianus praecepit *Auth. glorioſiſſimi. Cod. de diverſ. reſcript. Debet*, inquit, *ſubſcriptio* Quaeſtoris *continere nomen Judicis, litigantium, & reſcriptum ferentis*. Metaphraſtes 26. Februar. in 8. *Porphyrio*: Quaeſtor, ait, *accepta charta divinum reſcriptum dictavit, & ſubſcripſit*. Vid. Commentar. Pancirolii *in Notit. Imper. Orient. lib.1. cap.72.* Munus Quaeſtoris deſcribit Claudianus in *Panegyr.*, ubi de Manlio Theodoro Quaeſtore agit. Zoſimus *lib. V. cap. 32.* Symmachus, Caſſiodorus paſſim in ſuis *Variar.* Libris, & Heineccius *Antiq. Roman. lib. I. cap. 25. §. 11.*

(7) Severus Imp. primus inſtituit Procuratorem rerum privatarum Caeſaris, qui ſequioribus temporibus dictus eſt Comes rerum privatarum, de quo eſt *tit. 9. lib. 6. Cod. Theod.* In *lib. 6. Baſilic. Tom. 1.* dicitur Κόμης τῶν ἰδιωτήτων τοῦ βασιλέως, & Κόμης τῆς ἰδικῆς τῶν πραγμάτων. Dicebatur etiam Comes privati Aerarii *l. unic. qui a praeb. tiron.*, & privatarum remunerationum *l. 2. de commeatu*, pluribuſque aliis nominibus deſignabatur, quae vide in *Notitia Dignitatum Cod. Theod.*, quam Ritterius initio *Tom. VI. Part. II.* appoſuit, & Pancirolium in *Commentar. &c. lib. 1. cap. 87.* In comitatu Principis, ſeu Imp. verſabatur *l. 27. de petitionib.* Patrimonium, ſeu res privata Principis ſub ejus erat diſpoſitione *l. 2. 12. 41. de Tiron.*, *l. 8. de jur. fiſci.* Bonorum etiam, ſeu rerum fiſco delatarum patrimonio Principis vindicatio, & incorporatio ad ejus ſollicitudinem ſpectabat, ut produnt leges variae *Cod. Theod. de petition.*, & *l. 1. 2. 3. de incorporat.*, *l. 2. de bonis vacantib.*, & *cit. l. 8. de jur. fiſci*. Curae etiam ipſi erat vindicatio bonorum vacantium, & proſcriptorum *l. 13. 17. de bonis proſcriptor.* Reſcripta donationis bonorum fiſco delatotum a Principe impetrata apud eum allegabantur, & Delatores ſimul induceban-

vel petitionem ſi qua inſenuetur admiſerit indignationem . noſtri nominis . ſuſtenebunt ceteris . que fient vindicte . temeratatis exemplū . memoriales . vero . excipienda eiuſmodi reſcripta vel inplenda . curave-

* inſinuatur. vel petitionem , ſi qua inſinuetur * , admiſerit , indignationem
* ſuſtinebit. ** fiet. noſtri numinis ſuſtinebunt * , ceteriſque fient ** vindictae (for-
* &. te *vindicatae*) * temeritatis exemplum ; Memoriales (8) vero ,
* hujuſmodi. qui excipienda ejuſmodi * reſcripta , vel implenda curaverint , &

ADNOTATIONES

cebantur *l.* 12. 13. *de petitionib.* Inſtructam prius petitionem ab officio ejuſdem oportebat, qua quid utiliter a Principe impetraretur, ideſt deſcriptionem omnium bonorum Principi inſinuari. *l.* 11. 14. 16. 23. 26. *de petitionib. l. ult. de bonis vacantib.*, & Symmachus *Lib. X. Epiſt.* 15. Quae omnia nunc mire convenire videmus cum iis muniis, quae in hac noſtra Novella deſignantur, quaeque, ſublatis omnino petitionibus, impoſterum obeunda prohibentur. Qui ampliora noſcere de hoc Magiſtratu deſiderat, adire poterit Pancirolium *loc. cit.* Gutherium *de Offic. Dom. Aug. Lib. III. cap.* 1. 16. 25., & 32., & qui egregia multa in hanc rem collegit, Gundlingium *Diſſert. de Principe herede cap. IV.*, quandoquidem nos ea nunc tantum attingimus, quae ad rem noſtram facere videntur.

(8) Memoriales dicebantur, qui deſcribebant eos, qui vel in bello, vel alibi cum laude ſe geſſerant, eoſque Imperatori commemorabant, ut inde praemia conſequerentur. Sed hoc poſtea munus in uſu eſſe deſiit, ut docet Volaterr. *Comment. Urban. Lib. XXIX.* Dein Scrinio Memoriae Praefecti Memoriales appellari coeperunt, licet quandoque etiam Epiſtolarum, libellorum, & diſpoſitionum Scriniarii Memoriales ſint nuncupati *l.* 2. *de privil. eorum, qui in S. Palat. milit. lib.* 6. *tit.* 35. De his accipienda eſt mentio, quae ipſorum habetur Novella hac noſtra, & *l. ult.* Zenonis Aug. *Cod. Juſt. de diverſ. reſcript*: *Qui illicite ſcribere auſi fuerint, cujuſcumque Scrinii memoriales* &c. Memorialium iſtorum munus praecipue erat, quod Princeps verbo reſpondebat, & quae Magiſter Memoriae dictabat, adnotare, atque excipere. Quapropter heic petitionum reſcripta prohibentur excipere, & implere, ſcilicet latius extendere. Hanc enim ſubalpini decretationem vocabant, quae primo breviter adnotata, cum latius extenditur, dicitur impleri. Pancirolius *cit. Commentar. Lib.* 1. *cap.* 94. Non iniucundum futurum arbitror, ſi heic adducam locum quemdam, qui Memorialem nobis exhibet, quique habetur in novo Tractatu Diplomatico, quem ſupra laudavimus, *To. III. part. II. ſect. IV. cap. VI. art. VII. pag.* 365. Is depromptus eſt ex Mſs. Cod. Saec. VIII. Abbatiae Sancti Germani, atque ſic ſe habet: *Flavianus . Teodorus . Dioniſi . ut . Memorialis . ſacri . ſcrinii . epiſtolarum . &. adjutor . queſtoris . ſacri . Palatii . ſcripſi . Artem. Priſciani. eloquentiſſimi . Grammatici . Doctoris . mei . manu . mea . in . Vrbe . Roma . Conſtantinopoli . die . tertio. idus . januarias . Mavortio . Conſule . indictione . quinta .* (nimi-

raverint. & palatinus qui extruxerint. vel gesta. admisse petitionis. ediderint bonoꝝ. ꝓscriptione puniri. decernimus. plane si quem. vel si quā intestato. hac nullis ꝓpinquis. extantibus. vel uxore. marito. ve diem obisse contigerit. sive ejusdem secte mortuus. vel mortua fuerit. ut eius bona. ex divalibus.

& Palatinos [9] qui instruxerint, vel gesta admissae petitionis ediderint, bonorum proscriptione puniri decernimus. *Plane si quem, vel si quam intestato, ac nullis propinquis exstantibus, vel uxore, maritove, diem obiisse contigerit, sive ejusdem sectae mortuus, vel mortua fuerit, ut ejus bona ex divalibus* [10] *sanctioni-*

ADNOTATIONES

(nimirum anno Ch. 527.). Ceterum locus hic occurrit etiam apud Reinesium *Syntagm. Inscript. class. VI. n.XI. pag.* 412., tum apud Cuiacium ad *l.3. Cod. de Proxim. Sacr. Scrin.*, apud Pancirolium *in Notit. Imper. Orient. cap.* 95., apud Juretum in Symmachum *Lib. X. epist.*17., quod tamen in Codd. Puteanis aliter legi ipse adnotat, & apud alios, quos mittimus. Memorialium fit etiam mentio apud Ambrosium *Epist.* 33., & apud Epiphanium *Haeres*. 71., ubi editum est *μεμοραδίοις* pro *μεμοριαλέοις*. Vid. *tit. de proxim. Scrin.*, & consule Gutherium *de Offic. Dom. Aug. Lib.III. cap.*3. qui de hoc pluribus differit, & dein *cap.* 7., ubi nonnulla alia attingit.

(9) Palatinorum nomine designantur in communi omnes, qui in Palatii scrinils militant, & diversis Comitibus apparent. Nam & Palatini vocantur Notarii, qul intra Consistorii Secreta, quique inter Agentes in rebus funguntur officio. Tum & Admissionales, qui sub castrensi officio degunt, quorum alii Imperatorl obsequuntur; alii scriniis vacant, id est memoriae epistolarum, & libellorum; alii Palatinorum Magistro; atque alii demum Comitibus Sacrarum Largitionum, & privatarum. Manifestum nunc est, heic Palatinos Comitis rerum privatarum designari, ad quorum curam patrimonium Principls, & bona ad fiscum delata spectabant. *l. ult. Cod. Theod. de Palat. Sacr. larg.*, *l. ult. Cod. de rescind.vendit.* Vid. Pancirolium *cit. commentar. lib.* 1. *cap.* 88. Qui de Palatinis plura noscere cupit, adeat Gutherium *de Offic. Dom. Aug. lib. III. cap.* 24.,& *Notitiam Dignitatum p.*19., & *tit.* 30. *lib.* 6. *Cod. Theod.*, ibique *Paratitlon Gothofredii*.

(10) Sanctiones Divales habentur etiam Novell. Theod. XIX. Divalis lex *l.* 74. *de Decurion. lib.* 12. *tit.* 1., & *l.* 2. *nc Sanctum Baptism. lib.* 16. *tit.* 6. Praeceptnm divale *l.* 6. *de domesticis*. Statuta divalia *l.* 5. *de numerar.* Ita Divorum arbitria Ammiano *lib. XXVIII. cap.I.*,ubi vide Lindenbrogium. Cum ergo Divi Principes defuncti a Snccessoribus ipsis vocarentur, ut advertit Brissonius *de verb. signif.*, & alibi *de Formulis*; hinc est, ut & Diva-

libus. ſancionibus fiſci. viribus vindicanda ſint ſeu caduca ſed res vel alio. titulo fiſcale. vel in causā caduci

ctionibus fisci viribus (11) *vindicanda ſint, ſeu caduca ſit res, vel alio titulo fiscalis, vel in cauſam caduci ceciderit (cujus rei cogni-*

ADNOTATIONES

Divales Praedeceſſorum leges nuncuparentur. Quapropter poſtquam *cit. Novell. XIX.* Imperator noſter divales ſanctiones de invaſoribus uſurpavit, ita ſubjungit: *praecedentia inclitorum Principum, Parentumque noſtrorum ſtatuta renovamus.* Nemo quidem ignorat, non ſolum mortuis, ſed vivis etiam Impp. Divorum nomen tributum fuiſſe; Verum an ceteri etiam privati poſt mortem appellati fuerint Divi, non facile dixerim, licet ſuffragari nunc poſſit Inſcriptio marmoreae Urnae inſculpta, quae nuperrime reperta dicitur Tibure, quamque mihi communicavit, dum Romae eſſet, Vir Cl., & Antiquitatum omnium Promuſcondus vere eruditiſſimus, noſtrique amiciſſimus Matthias Zarillius Domo Neapolis, Herculanenſis Academiae Socius; Haec ita ſe habet:

D. M
DIVO. LUCIO. CARO. EXPECTATIONE
GENITO. IMMATURA. MORTE. RE
CISO. POSTUMA. MATER LACRI
sic
MIS. ET OPOBASAMO
sic
H. SEPVLC. CONDIDT.

Actum quidem eſſet de hac Epigraphe, ſi in Cl. Maffeii manus incidiſſet, dum Artem Criticam Lapidariam cuderet. Verum haec anecdotae Epigraphis novitati indulgeat Lector.

(11) Cuiacius noſter *Obſervat. lib. XXVIII. cap. I.*, quod eſt: *In conſtitutionibus ſcribendum nec ne ſit noſtro numini, & fiſci viribus, an noſtro nomini, & fiſci juribus*, ſtatuit primum *noſtro numini* ſcribendum eſſe, quoniam Graeci vertunt θειότητι; quod nunc adnotaſſe juvabit, cum bis in ſuperiori Novella, & iterum in hac tertia occurrat, ſuiſque locis nos id monere neglexerimus. Deinde Cujacius docet, vetera exemplaria & ad *Novell.* 143. *de raptu mulierum*, & ad *l.* 1. & 2. *Cod. Juſt. ne fiſc., vel privat.* ſemper habere *fiſci*, vel *Reipublicae viribus*, quibus accedit vetus translatio *Nov.* 113. qua parte agit de haereticis, & non de litigioſis, & Julianus anteceſſor *Novell.* 32., & 107., & *l.* 2. *de judic.*, quae habent *Praeturae viribus*. Gutherius *de Offic. Dom. Aug. lib. III. cap.* 31. vires fiſci ita dictas putat, quod vi plerumque jura fiſci aucta ſint ab iratis Imperatoribus, ut de Galba praedicatur, qui indignationis cauſſa Lugdunenſium reditus vertit in fiſcum, ut narrat Tacitus *lib. I. Hiſtor.* Ego tamen Fiſci vires ſynonymas crederem vocabulis ceteris nempe compendii, rationis, & utilitatis, ut nihil propterea a juribus fiſci differant; licet Codices omnes iis potius, quam his favere videantur, quod quidem & de Ottoboniano noſtro loco hoc praecipue dicendum eſt. Uſus etiam invaleſcere coepit, ut *fiſci vires* in typographicis quoque editionibus locum ſibi vindicarent, ut videre eſt in *Gloſſario Nomico Cod. Theod. To. VI. Part. II. pag.* 287., ubi plena manu exempla colligi poſſunt.

duci cecederit cui rei cognitionẽ. iudiciũ vir inꝉ. p̄ p̄ ii ſpecialiter. deligamus. huius bona ex parte quidem. tercia p̄turiane p̄ fectùre arce. ex altera vero tercia ſacris largitionibus. ex reſidua portione. eadem p̄ fectură. deſtribuente privatu. uindicabuntur. erario pari forma res eciă. & viles. & ad ius publicũ.

cognitionem judicio Viri inluſtris Praefecti Praetorio ſpecialiter delegamus) hujus bona ex parte quidem tertia Praetorianae Praefecturae Arcae (12), *ex altera vero tertia Sacris Largitionibus* (13), *ex reſidua portione, eadem Praefectura diſtribuente, privato vindicabuntur aerario* (14). Pari forma res etiam civiles

ADNOTATIONES

(12) Sua erat Praefecturae Praetorianae Arca, in qnam inferebantur ſpecies, non ad horrea publica, ſeu fiſcalia militibus erogandae, ſed ad uſus, neceſſitateſque Praefectorum Praetorio pertinentes. Pars vero, qnae in uſus Praefecti Praetorio cedebat, ἀπόρφορος βασίλια dicta fuit. De Arca Praefect. Praetor. vide Syneſium *Epiſtol.* 127.

(13) Sacris largitionibns quoque Arca non deerat. Nemo ignorat, liberalitatis nomine Comitem Largitionum a Conſtantino iuventum, qui in primis muuera praeſtabat Primicerio Notariorum, Comitibus Conſiſtorii, & aliis; tum ſtipendia Militibus, & aliis pendebat, quae ſub munerum nomine continebantnr. Totius publicae pecuniae ex tributis, & vectigalibus exigendae, & conſervandae illi cura erat demandata, quae in Largitionum arca condendae erant. Vid. *l.* 1. *Cod. de Offic. Sac. Largit.*, & praecipue Pancirolium *cit. Commentar lib. I. cap.* 73.

(14) Aerarium differt quidem a Fiſco; Nam proprie Aerarium vocabatur Senatus, Populique Romani; hinc cum Marcus Antonius, teſte Dione, adverſus Scythas eſſet iturus, pecuniam ex aerario a Senatu petiit, non quod, inquiebat, ea non eſſet in Principis poteſtate, ſed quod diceret illam, ceteraque omnia ad publicum pertinere. Fiſcus vero pro privata Principis ratione accipiebatur, ideſt pro arca Comitis rerum privatarum. Plinius in *Panegyr. Trajan: Fortaſſe non eadem ſeveritate Fiſcum, qua aerarium cohibes? Imo tanto majore, quanto plus tibi licere de tuo, quam de publico credis.* Spartianus in *vita Hadriani: Qui damnatorum bona in Fiſcum privatum redigi vetuit, omni ſumma in aerario publico recepta.* Alexander quoque Imp. privatam rationem Fiſcum vocat. *l. procurat. Cod. Juſt. de eden.* Ulpianus *l.* 2. §. *Hoc interdictum ff. Ne quid in loco publico: Res enim Fiſcales quaſi propriae, & privatae Principis ſunt.* Quandoque tamen, ut in hac noſtra Novella Aerarium pro fiſco accipitur, ut etiam in *l. ult.*, & *penult. Cod. de quadr. praeſcript.*, licet tamen addatur tunc ſaepe *privati* nomen, ut *l. ult. Cod. de locat. praed. Civ.*, & *l.* 1. *Cod. de Quaeſt.*, ubi habetur Come-

cū. ꝑtinentes. ab omni petitionem. muniendas esſe. cenſemus ſcilicet. nec pragmatica iuſſione. nec ſacra adnotatione. vel quolibet oracolo divinis vel manda-

les [15], & ad jus publicum pertinentes ab omni petitione muniendas eſſe, cenſemus, ſcilicet nec pragmatica juſſione [16], nec * ſacra adnotatione [17], vel quolibet oraculo divino [18], vel

* vel,

ADNOTATIONES

Comes Aerarii privati, quemadmodum privatum aerarium in Novella hac noſtra uſurpatur. Quare ex his omnibus evincitur, etſi olim inter Aerarium, & Fiſcum diſcrimen exſtiterit, tamen illud ſucceſſu temporis fuiſſe ſublatum, & utrumque promiſcue acceptum, ut docet ipſe Cujacius *Obſervat. lib. XXI. cap.* 11. Dio etiam *lib. XLIII.* ſcribit Fiſcum, & Aerarium λόγῳ *verbo*, non ἔργῳ *re* fuiſſe diſtincta. Conſule tandem Gutherium de *Offic. Dom. Aug. lib. III. cap.* 31., ubi haec late proſequitur, cui adde Caſparem Klockium in *Tractatu de Aerario* cum additionibus Chriſtophori Pellerii *lib. I. cap.* 2. *n.* 8. *uſque ad* 13.

(15) Civiles res dicebantur pecuniae rerum publicarum, vel Civitatum, annonis civilibus, vel operibus publicis, vel ſalariis Profeſſorum, aut Medicorum adſignatae. *l. quia plurimae* 19. *ff. de Oper. public.* Vid. Caſſiodorum *lib. VII. Formul. de Compet.* Eas vero Principes ipſi quodammodo ſibi vindicabant, & per exactores tributorum tractabant. Vid. *Novell.* 128. *c.* 15.

(16) Pragmaticum, ſeu pragmatica juſſio, ut heic habetur, eſt Edictum Principis, quod ſit ſolemniter, diffuſe, & diligenter de ſententia conſilii, ſuggeſtione aliena, & alienis precibus, praeſertim alicujus Collegii, Corporis, Civitatis, vel Provinciae. *l. fin. Cod. Juſt. de prox. Sacr. Scrin. Vid. Baſilic. lib. II. tit.* 5. *cap.* 27. Pragmatici noſtri ſtatuta habentur *l.* 36. *Cod. Theod. de annona lib.* 11. *tit.* 1. Vide Gothofredii *Paratitlon de Conſtitut. Princip.* Gutherius *de Offic. Dom. Aug. lib.* 1. *cap.* 33. docet, pragmaticas juſſiones eſſe, quae aliquid jubent, ſanctiones, quae prohibent, quod eruitur ex Novella III. inter Theodoſianas ſub *tit. XLV. de Palatinis*. Conſule, ſi tanti eſt, Pancirolium *Theſaur. Variar. Lection. lib. I. cap.* 36. *de Pragmatica Sanctione*.

(17) Adnotatio eſt Reſcriptum, Principis, brevis ſcilicet ſcriptura continens, quae Principis auctoritate ſtatuebantur, aut confirmabantur, adnotato ad libellum ejuſdem nomine. Hinc Arcadius Imp. *l.* 9. *de Palat. Sacr. Larg. Non aliter*, inquit, *quilibet in officio Sacrarum Largitionum, vel privatarum rerum cingulum militiae ſibi ſumendum exiſtimet, niſi noſtrae manſuetudinis* adnotationem *meruerit*. Magiſter autem memoriae, ut inquit *Notitia Imper. Orient.*, & ut eſt apud Gutherium *de Offic. Dom. Aug. lib. III. cap.* 3., *adnotationes omnes dictat, & emittit*. Vide Pancirolium. *ibid. lib. I. c.* 94., & Gothofredium in *Paratitl. de diverſ. reſcript.* Cujacius *Obſerv. lib. XX. c.* 23. docet Accurſium, quid ſit adnotatio, cui ad *l. cum qui Cod. Juſt. ad leg. Cornel. de ſicar.*, ubi haec vox occurrit, aqua haeſerat; atque ait, adnotationem ibidem eſſe indulgentiam admiſſi criminis ſubſcriptam Principis manu. Praeterire heic non poſſum lectionem Ottoboniani Codicis, qua Novella jam edita *tit. XLVII. de Competition.*

mandatis. ſi cui contra hanc ſanctionẽ nrãm fuerit inpetratã. quidquã. roboris habere. valituris. ſi quis aũt vel aliquid. contra huius ſacratiſſime conſtitutionis tenorẽ nobis credederit. ſuggerendũ. vel pro eo qui

vel * mandatis [19], ſi cui ** contra hanc ſanctionem noſtram * ſeu. ** qua.
fuerit impetratum *, quidquam roboris habere valituris. *Si* * impetrata.
quis autem vel aliquid contra hujus ſacratiſſimae conſtitutionis tenorem nobis crediderit ſuggerendum, vel pro eo, qui diſſimulatae

ADNOTATIONES

tion. emendetur. Sic enim habet & ipſa Ritterii editio: *Neque vero praedicti temporis praeſcriptionem, neque delatoris conceſſione, vel ſpecialis donationis* (leg. ex Ottobon. Cod. *adnotationis*) *beneficio, aut ſacra pragmatica juſſione poſſe convelli*. Quare nunc per Ottobonianum Codicem locus alius *adnotationibus* fiat inter Romani Juris Saeraria, quas ab iiſdem Librariorum oſcitantia exturbaverat.

(18) Oraculum eſt aliud legis, ſeu reſcripti, aut edicti genus, nempe ſimplex juſſio, ſubnotata a Quaeſtore ſolo, vel a Magiſtro ſcriniorum. Dicitur Oraculum omnis etiam legis interpretatio, quod in eo Dei contineatur oratio, quae voluntatis eſt index. Hoc quidem affirmat Cicero *Topic. Cap.* 20. *Oracula ex ipſo appellata ſunt, quod eſt in his Deorum oratio*. Heic vero Oraculum dicitur *divinum* eo ſenſu, quo ſuperius adnotat. (10) Sanctiones Principum *Divales* appellatas oſtendimus, licet & de viventium Impp. oraculis dici id poſſe, non abnegem, quandoquidem Principes adhuc in vivis divinos interdum honores ſibi adſciverant, nec dubitarunt ipſorum Conſtitutionibus ſubnotare: *Et manu divina*, ut videre eſt in Novella inter Theodoſianas XX., & XXV. Inde divinus affatus, divinum reſcriptum, divinum judicium apud Symmachum, qui conſulendus cum Jureto *lib. V. epiſt.* 95., & *lib. VII. epiſt.* 82. Hinc etiam *l.* 6. *de indulg. Crimin. lib.* 9. *tit.* 38. occurrit: Divinorum *vultuum adpetitor* pro falſae monetae cuſae reo, quia vultus Principum in moneta exprimi conſueverant, & praeſertim vivorum. Vid. *Gloſſar. Cod. Theodoſ.*, & Briſſonium de V. S. Ceterum Oraculum tamquam reſcripti genus, ut initio monuimus, habetur *l.* 17., & 51. *de haeretic. lib.* 16. *tit.* 5.

(19) Mandata quoque recenſentur inter ſanctiones Principum, quae fiebant citra ſuggeſtionem, aut libellum. De *Mandatis Principum eſt tit.* 3. *lib.* 1., ubi conſulendus Gothofredius; nec praetereundus eſt Gutherius *de Offic. Dom. Aug. lib. I. cap.* 33., qui de Mandatis uberrime diſſerit; cui etiam addi poteritCujacius *Obſerv. lib. XXVII. cap.* 39. Dicta ſunt Mandata hujuſmodi etiam ἐντολικὰ. Vide Luitprandum *in legat.*, apud quem male ſcriptum ἐντολινὰ. Sed jam errorem vidit Du Freſnejus in *Gloſſar.* voce ἐντολικόν. Ceterum de differentia Pragmatici, Adnotationis, Oraculi, & Mandati conſuli poſſunt & alter Gothofredius in *Cod. Juſt. l. ult. de petitionib.*, quam ſuperius diximus noſtrae hujus Novellae partem multimode diſcerptam, & Cujacius ipſe ibidem.

qui dissimulate. huius legis pene se obnoxium. fecerit. intervenire timptaverit. inplacabilem. tā supne maiestatis. quā nostri nominis incurret offinsam. scitoris omnibus. & suppliciis. que contra delatores ꝓmul-

latae hujus legis poenae se obnoxium fecerit, *intervenire tentaverit*, *implacabilem tam supernae Majestatis*, *quam nostri numinis incurret offensam* (20): *Scituris omnibus*, & *suppliciis* (21), *quae contra*

ADNOTATIONES

(20) Christianus Henricus Eckhardius *Introduct. in rem diplomat. praecipue Germanic. Jenae* 1742. *sect. III. cap. III.* §. *XXX.*, & eum eo alii advertunt, mala, quae repraesentari solent illis, qui vim & auctoritatem diplomatum infringere audeant, esse vel temporalia, vel spiritualia, atque ad illa referri mulctas pecuniarias, poenas capitis, & similes, quibus accenseri potest Indignatio Principis; ad haec vero referri anathemata, vindictam divinam, iram Sanctorum, & aeterni infernalis ignis cruciatus. Omittimus diras, & imprecationes, quae etiam occurrunt in Lapidibus, quasque collegit Fabrettius *Inscr. domest. cap. II. pag.* 76., & dein *pag.* 109., & *seqq.* Non desunt quapropter exempla in Principum Constitutionibus, quae utramque poenam, spiritualem scilicet, & temporalem comminentur, quae quidem & divini judicii interminatione, & ipsius Principis indignationis terrore peragi consueverant. Instar omnium illud sit, quod habetur in *Auth. Justin. Collat. VI. Tit. VI. Novell. LXXVII.* *Ipse etenim gloriosissimus Praefectus si invenerit quosdam tale aliquid delinquentes*, & *vindictam in eos non intulerit secundum nostras Leges*, *primum quidem obligatus erit Dei judicio*; *post haec autem*, & *nostram indignationem sustinebit*.

(21) Supplicia haec vide in priori vulgata Novella hujus tituli, & in *l.* 12. *de petitionib.* Theod. M., ubi statuitur, delatorem ingenuum officio Comitis Rerum Privatarum esse sistendum, & sub carceralibus vinculis observandum, vel ad Moderatores Provinciarum sub arctissima custodia transmittendum, ut in iis Provinciis, in quibus bona, quae caduca dicuntur, sita sunt, petitoris actiones instituat, aut, detecta calumnia, poena plectatur. Dicta *l.* 12: *Neque sane introduci eum* (ad Comitem R. P.) *satis erit eo tempore*, *quo rescriptum allegatur*, *ac liberalitas intimatur*, *verum dirigendus is erit ad eam provinciam*, *provinciasve*, *in quibus patrimonia delata consistunt*, *ut ejus instruat actiones*, *qui nostra liberalitate nitetur*, & *cujus se honestati per blandum ministerium injustae delationis immersit*: *ut scilicet majore omnium plausu*, *detecta ibi calumnia*, *ejus supplicio publicae severitati litetur*, *ubi securi*, *ac tuti domini trepidavere fortunae*. Servi vero dominorum delatores, etsi objecta probassent, non admittebantur in judicium, sed flammis, & bestiis continuo tradebantur, ut praecipit *cit. Novella*. Lex vero 17. Theodosii M. ita loquitur: *Servum Domini delatorem jubemus*, *in exemplum omnium proditorum*, *severissimae sententiae subjugari*, *etiamsi objecta probaverit*. Heic addi possunt veteres Impp. animadversiones in eosdem delatores, qui per injuriam,

ꝑmulgatis iã. constitutionibus. ordinata sunt. nihil
ꝑ hanc

contra Delatores[21] *promulgatis jam Constitutionibus ordinata sunt, nihil*

ADNOTATIONES

riam, & calumniam id muneris peregissent. Titus Vespasianus primas ducit, de quo ita Svetonius in ejus vita *cap. VIII. Nam cum inter adversa temporum & delatores mandatoresque essent ex licentia veteri; hos assidue in foro flagellis, ac fustibus caesos, ac novissime traductos per amphitheatri arenam, partim subiici in servos, aut venire imperavit, partim in asperrima Insularum avehi*. Huc cum Lipsio in not. ad *lib. II. de Cruce cap. 2.*, & cum Farnabio pertinere dixerim Epigramma IV. Martialis *lib. I.*, quod juxta Lipsii emendationem juvat referre:

Turba gravis paci, placidaeque inimica quieti,
Quae semper miseras sollicitabat opes:
Traducta est titulis, nec cepit arena nocentes,
Et delator *habet, quod dabat exilium*.

Si consulatur Xiphilinus in *Tito*, verisimilius etiam hos versus ad hunc Imperatorem pertinere pronunciabis. Accedit Domitianus, de quo ita Svetonius in ejus vita *cap. IX. Fiscales calumnias magna calumniantium poena repressit, ferebaturque vox ejus: Princeps, qui* delatores *non castigat, irritat*. De Trajano insuper ita Plinius in *Panegyr. cap. XXXIV. num. 1. Vidimus* delatorum *agmen inductum, quasi grassatorum, quasi latronum; non solitudinem illi, non iter, sed templum, sed forum insederant: nulla jam testamenta secura, nullus status certus, non orbitas, non liberi proderant. Auxerat hoc malum Principum avaritia. Excidisti intestinum malum: Contigit desuper intueri* delatorum *supina ora, retortasque cervices. congesti sunt in navigia raptim conquisita, ac tempestatibus dediti: abirent, fugerentque vastatas* delationibus *terras*. Verum de his pluribus fortasse egimus, quam revera necessum esset.

(22) In adnotatione prima ad hanc nostram anecdotam Novellam recepimus, nos heic de Delatoribus nonnihil dicturos; quare nunc fidem exsolvimus. Delatores assidue adstabant Principibus, qui res ad fiscum pertinentes, scilicet bona caduca, ereptitia, vacantia, tacita fideicommissa, vaga mancipia, thesauri inventionem, publica crimina, ceteraque hujuscemodi, ut cit. superius adnotatione etiam monuimus, Fisco praemii caussa ultro denunciabant. Praemia, quibus illi ad deferendum pellicerentur, a Caligula decreta sunt ad octavam bonorum, quae Fisco aquirebantur, ut testatur Josephus *Antiq. Judaic. lib. XIX. cap. 1.* Nero ad quartas eorum, quae delata essent, lege Papia redegit, ut narrat Svetonius in ejus vita *cap. X.*, unde & quadruplatores dicti sunt, quod scilicet ptopter quartae praemium ad obeundas delationes accederent. Hinc Capitolinus in *Marco: Calumniis quadruplatorum intercessit apposita falsis delatoribus poena*. Vopiscus in *Aureliano: Quadruplatores, ac delatores ingente severitate persequutus est*. Nunc vero ex *l. ult. Cod. Just. de Delatorib.* vulgare praemium delatoris esse octavam partem, recte affirmabis. Praeter delatores, qui bona Fisco denunciarent, erant & Delatores, qui eadem privatis indicarent, ut etiam cit. adnotatione ostendimus. Hinc proinde factum est, ut cum ob quaestum ex delationum officio profectum hujusmodi homines vitam tolerarent, temporum dein licentia ad calumnias abuterentur, nec proinde sive Fisco, sive privato nulla esset, quam ii, perniciosior pestis, quando-

ꝑ hanc legẽ eſſe penitus. inminutũ. zoile. pꝃ ãã. inlũs igitur & magnifica auctoritas tua edictis ꝑ omnes urbes imperio noſtro ſubiectas ſolemni more. ꝓpoſitis. niminẽ ꝓſus. que ſalubriter. ꝓ humano genere ſacximus. latere concedat. Dãt. X. Kƚ Mãi Conſtãnt. theuđ a XVIII Cõns.

nihil per hanc legem eſſe penitus imminutum. Zoile Praefecte Cariſſime Auguſtorum. Inluſtris igitur, & magnifica auctoritas tua, edictis per omnes Urbes imperio noſtro ſubjectas ſolemni more propoſitis, neminem prorſus, quae ſalubriter pro humano genere ſanximus, latere concedat. Data X. * Kalendas Maii Conſtantinopoli, Theodoſio Auguſto XVIII. * Conſule [23].

* IX.
* & Albino.

ADNOTATIONES

quidem ipſis pro lubito, & ſpe vilis raudusculi licebat per injuriam vel Fiſcum contra privatum ad bonorum, quae ad eum minime pertinerent, poſſeſſionem ineundam excitare, vel privato contra Fiſcum bonorum pariter, quae ad ipſum haudquaquam ſpectarent, poſſeſſionem ſuggerere, quod quidem citra ſcelus, & non leve publicae tranquillitatis detrimentum fieri non poterat. Quapropter a Plinio, ut ſuperius vidimus, in *Panegyr.* vocati ſunt graſſatores, & latrones, quod idem fere pronunciaverat ante Svetonius *in Domitian. cap. XII.* A Tacito *Annal. lib. IV. cap.* 30. vocantur *genus hominum publico exitio repertum, & poenis quidem nunquam ſatis coercitum.* Conſtat demum ex *l.* 4. *Cod. Juſt. de Delator.*, ab Impp. eoſdem tamquam execrabiles habitos fuiſſe. Hinc ſine famae, & bonoris diſpendio eo munere fungi quis non poterat, & ab eo prohibebantur Clariſſimi Viri, & Veterani *l. deferre ff. de jur. fiſc.* Sed haec dixiſſe ſufficiat, praeſertim cum adnotatione noſtra prima, & ſuperiori multa, quae ad Delatores pertineant, adduxerimus, & ad pleniorem rei eruditionem conſuli poſſint Gutberius *de Offic. Dom. Aug. lib. III. cap.* 31., Cujacius *Obſerv. lib. XIX. cap.* 3., aliique.

(23) In *Cod. Juſt. cit. l. ult. de petitionib.* ſubſcriptio hoc modo concepta eſt: *Dat. IX. Kal. Maii Theod. A. XVIII., & Albino Coſſ.*, quae ſane praeter diem cum noſtra recte convenit; nam in Ottoboniano Codice legitur: *X. Kalend. Maii*, licet ibi deſideretur Albini nomen, qui Theodoſio in Conſulatu Comes fuit, ut jam monuimus ad Novellam II. anecdotam adnotatione noſtra (20), quae conſuli poterit. Subſcriptio haec adnotata jam fuerat a Brenckmannio *cit. Epiſtol. de Conſul. pag.* 631.

NOVEL-

NOVELLA IV. ANECDOTA VALENTINIANI IMP.

AD FIDEM

VETUSTISSIMI MSS. OTTOBONIANI.

De indulgentiis relicorum I

Impp̄ theud̄ & valeñt aā faufto pp̄o

QUecumque de ꝓvincialium levamine conferri p̄fentium reꝝ. conditio patitur. prona benignitate clementie noftre relaxat. humanitas. quid eft enim

EADEM NOVELLA

LECTIONI SUAE RESTITUTA.

De Indulgentiis Reliquorum
Titulus I. (1)

I*mpp. Theodofius, & Valentinianus Augufti Faufto Praefecto Praetorio* (2).

Quaecumque de provincialium levamine conferri praefentium rerum conditio patitur, prona benignitate clementiae noftrae relaxat humanitas. Quid eft enim vel juftitiae tam proximum, vel

ADNOTATIONES.

(1) Pag.70.Codicis noftri omnium primus inter Novellas Valentinianeas occurrit Titulus *de Indulgentiis Reliquorum*, qui duas, eafque anecdotas fub fe complectitur Conftitutiones, quarum primam nunc illuftrandam aggredimur, altera vero proxime fubfequetur. Inter Novellas jam editas Valentiniani habetur alia Conftitutio *de Indulgentiis Reliquorum*, tempore fane longe pofteriori emiffa, anno fcilicet 450., quae in Lipfienfi editione cernitur fub num. VII., quemadmodum & infra occurrit Marciani Novella II., & Majoriani Novella IV. hoc eodem modo infcripta. *Reliquorum* appellatione veniunt, quae ex quacumque fumma, aut credito, rationibus fubductis, debita remanent. Debitores vero, qui ad refiduum obligati funt, *Reliquatores* appellantur *l. 9. §. 2. de publ., & vectigat., l. 102. §. 2. de folut. Colleg. Argentar.*, & refidui computatio *Reliquatio* dicitur *l. 44. §. 1. ff. de*

enim vel jufticie tã ꝓximũ vel nob magis familiare quã piam manum porregere. defeffis & eoꝝ quos regimus anguftiis.in tempore fubvenire ꝑfertim. cum defectui

vel nobis magis familiare, quam piam manum porrigere defeffis, & eorum, quos regimus, anguftiis in tempore fubvenire? Praefer-

ADNOTATIONES

de admin. tut. Specialius fumpto vocabulo, *Reliqua* funt praeteriti temporis penfiones, quo fenfu occurrunt *Reliqua Coloniarum l.78.§.3.ff. de legat.3.*, item *Reliqua vectigalis l. 47. ff. de jure fifci*. Vide *Lexic. Juris* Calvinii hac voce, & Joh. Friderici Rhetii *Differtat. de Cenfu fundo cohaerente &c.*; Cui adde *Syntagma Jurifprudentiae* Georgii Adami Struvii cum additionibus Petri Müllerii *Part.I. Tom.II. Exercit.XXIII. lib. XVIII. tit.1. Digeftor*. Reliquorum hujufmodi a Principibus faepe Provincialibus data eft indulgentia vel omnium cujufcumque elapfi temporis, ut ex cit. Novella VII. Valentiniani, vel certi tantum temporis, puta aliquot indictionum, feu annorum, ut ex duabus hifce noftris anecdotis conftat, & ut ex legibus *tit. 28. lib. 11. de Indulgent. debitor.* pariter eruitur. Multi fane Imperatores numifmata meruerunt ob liberalitates, quibus vectigalia remiferunt: Hinc Cajo Augufto cufus eft nummus, in cujus media area hae notae exftant: R. CC. *Remiffa ducentefima*, quo nomine defignabatur vectigal aut a pecuniae numero, aut a parte bonorum pendendum, quod a Tiberio impofitum teftatur Tacitus *lib. II. Annalium*. Similem Galbae munificentiam produnt alia numifmata, quae ad ipfum pertinent, in quorum averfa parte arcus columnis ornatus affurgit, ad quem tres vincti debitores adftant, & circum infcriptio: QUADRAGENSUMA, vel XXXX. REMISSA. Plura alia omittimus, ne in longum nimis abeamus. Addimus interea, Hadrianum quoque debita omnia, quae jam a XVI. annis folvenda & Fifco fuo, & publico aerario fuperent, Populo Romano condonaffe, ut ab Hiftoricis Scriptoribus difcimus; licet tamen remifforum nominum magnitudinem exacte expreffam nummo debeamus, in quo lictoris figura cernitur laeva fafcem virgarum, dextera facem gerens, qua abjecta humi fyngrapharum congeries exuritur. Epigraphes ad oram nummi haec eft: RELIQUA. VETERA. HS. NOVIES. MILL. ABOLITA. Horum nominum, quae ad folvendum reliqua fuerant, fumma novies millies centena millia feftertiorum conficit, nam numerus adverbio expreffus valet totidem centena millia. Exftat etiam apud Gruterium *pag.* CLIX. *num.* 4. Infcriptio Emeritae in Hifpania Conftantino dicata, in qua legitur. REMISSO. UBIQUE. TRIBUTO &c. Sed in re notiffima non eft, cur exiftimem exempla ulterius effe congerenda.

(2) Brenckmannius *cit.* pluries *epiftola de Confulibus &c. pag.* 624. pro *Faufto P. Po* refcribendum ingerit: *Florentio P. Po.* „ Conftat enim, *inquit*, „ Florentium hifce temporibus Prae-„ fectum Praetorio fuiffe. „ Verum nihilominus fallitur Vir ceteroquin eruditus; Licet enim certum omnino fit, Florentium, quemadmodum & nos adnotatione noftra (2) ad Novellam I. anecdotam Theodofii Junioris, & alibi etiam oftendimus, tum anno 438., quo emiffa eft haec noftra Novella, tum fubfequenti 439. fuiffe Praefectum Prae-

fectui publico. p̄ceptis que serenitatis nr̄ę subiectoꝫ certa-

Praesertim cum defectui publico, praeceptisque serenitatis nostrae subje-

ADNOTATIONES

Praetorio Orientis, non inde tamen sit consequens, heic pro *Fausto* reponendum esse *Florentium*; Nam perpendendum erat viro Cl., Novellam hanc nostram neque a Theodosio Imperatore Orientis, neque ad illius Praetorio Praefectum, sed potius a Valentiniano Imperatore Occidentis, & ad Praefectum Praetorio Italiae inscriptam fuisse, cum in hac idcirco etiam agatur de indulgendo tributa Provinciis, atque Insulis Italiae, & Africae, quae simul sub dispositione Praefecti Praetorio Italiae erat, ut quidem pluribus Cod. Theodosiani legibus, quibus scientes parcimus, probari nunc posset. Quare cum nequaquam, quae Italiam, & Africam respiciunt, ad Florentium, utpote Praefectum Praetorio Orientis, pertinere potuerint, necessum sane fuit, Novellam hanc nostram Fausto inscribi, quem hoc ipso anno 438. Praefectura Praetoriana Italica functum fuisse, non errabit, qui certo asserat. Haec quidem Fausti dignitas etiamnum nos latuisset, nisi eam nobis Ottobonianus Codex Novellae hujus anecdotae indubia fide exeruisset. Fuit Faustus hic, qui integro nomine Anicius Acilius Glabrio Faustus dicitur. Ex *l. 62. de Haereticis Cod. Theod.* constat, hunc sub Valentiniano III. fuisse Praefectum Urbi, de quo vide Contelorium, & post eum Corsinium τὸν μακαρίτην *de Praefectis Urbis*. Fuerat quidem & antea Praefectus Urbi tempore Arcadii, & Honorii, idest anno Ch. 440., ut putat Corsinius *ibid.*, quod docet inscriptio apud Gruterium *pag. CXCII.n.2.*, & apud Muratorium *pag. CCCCLXVI. num. 2.*, ubi sic legitur:

.... DD. NN. AETERNIS. PRINCIPIBVS. HONORIO. ET. ARCADIO
ANICIVS. ACILIVS. CLABRIO. FAVSTVS. V. C. PRAEF. VRBIS. VICE. SACRA. IVDIC
FATALI. CASV. SVBVERSAM. IN FORMAM. PRISCI. VSVS. RESTITVIT.....

Dolendum quidem, marmoris fracturam id nobis invidisse, quod plenius de hoc Fausti opere nos monuisset, ut quid propterea de eo nunc statuendum sit, prorsus ignoremus. Miror, Maffejum rigidum illum veterum Inscriptionum censorem nequaquam Inscriptionem hanc nostram in *Arte* ejus *Critica Lapidaria* nigro theta signasse, quod in ea Honorius, qui posteriori tempore imperium obtinuit, Arcadium antecedere videatur, qui quoniam prior in imperio fuit, ita etiam in Lapidibus priori loco circumferri consuevit. Videri quoque poterit Gruterius *pag. CCCXLIV. num. 2.* Fuit etiam Faustus noster Consul cum Theodosio XVI. anno Ch. 438., dum simul esset Praefectus Praetorio Italiae, ut superius vidimus. Consule Pagium in *Critica* hoc anno, Panvinium, Relandium, & Almeloveenium in *Fastis*. De ejus quoque consulatu fidem facit lapis anecdotus Hortorum Nigroniorum, olim Perettiorum Romae, in quo priores duo versus penitus excisi sunt, & quidem de industria, posteriores vero parallelis obductis lineis ferme obliterati, non ita tamen, quin legi possint. Quare Ita se habet:

. . . .
. . . .
DEORUM. PARTICIPI
HOMINVM. NVTRICI
ANICIVS. ACILIUS. CLABRIO. FAVSTVS
VC. CONSVL. DICAVIT

Cui vel Numini, vel homini unquam monu-

certatim. semp famulentur obsequia. cuius devotionis. meritū recentiū. pariter votoꝝ sacra. festivitas velut

subjectorum certatim semper famulentur obsequia (1), *cujus devotionis* (4) *meritum recentium pariter votorum* (5) *sacra festivitas*

ADNOTATIONES

monumentum hoc Faustus dedicaverit, ut dein forte in odium abradi ipsius nomen meruerit, non ii nos sumus, qui nunc certo affirmare possimus, aut quibus ad id assequendum divinatione, aut conjecturis eniti lubeat.

(3) Obsequium, ut adnotat etiam Ritterius ad Novellam VII. inter Valentinianeas, sunt apparitores, aliique, quibus discussor utebatur in ratiociniis tractandis, ut proinde obsequium hoc loco nihil aliud sit, quam famulorum comitatus, quos provinciales suis sumptibus alere cogebantur. Quare cum heic Imperator dicat, subditorum obsequia defectui publico, & sui ipsius praeceptis famulari, idem est, ac si diceret, subditos ipsos se famulos, & comites Discussoribus praebere, ipsosque dare operam, ut & publicae consulatur indigentiae, & pensiones ab Imperatore indictae exactoribus citius, faciliusque persolvantur.

(4) Devotio heic, ut & in Novella, quae proxime occurret, accipitur pro tributorum illatione, seu pro alacritate, ac diligentia, quae debetur in solutione tributorum: Contra negligentia, & mora *indevotio* appellatur. Hinc *l. 5. de annona Cod. Theod.* ipse Collator, seu Provincialis *devotissimus* dicitur. Plura exempla habes de hac devotione in *Glossario Nomico Codic. Theod.*, ex quo hoc dumtaxat recitasse sufficiat. Quapropter *l. 3. de conlat. donat. lib. 11. tit. 20.* sic legitur: *Unius anni, hoc est tertiae indictionis*, devotione *congrua*, *a locorum dominis pensio conferatur*. Vid. & Du Fresnejum in *Glossario*.

(5) Perspectum quidem est, consuevisse Imperatores, quae eorum praecipue liberalitatem commendarent, quaeque ad ipsorum gloriam, seu ad subditorum utilitatem conferrent, Quinquennalibus perficienda reservare. Nemo sane ignorat, Vota Quinquennalia fuisse solemnitates quasdam, quae quinto quoque anno ab Imperatoribus in ipsorum potissimum fauste ineuntis imperii honorem celebrabantur. Quod hujusmodi beneficia, inter quae reliquorum indulgentiae recensentur, conferri praecipue solerent hoc tempore, testatur, missis ceteris, Novella haec nostra, in qua ad reliqua relaxanda votorum hujusmodi occasione commotum fuisse, Valentinianus ipse testatur. Verum cum haec Novella prolata solummodo fuerit anno 438., scilicet ante XV. Valentinianei imperii annum, quo vertente, ipsius Quinquennalia tertio recurrebant, suspicari posset, Vota hujusmodi veluti in antecessum hoc anno celebrata fuisse, quemadmodum evincit Epocha Valentinianei imperii, quae cum incipiat ab anno 425. Idibus Octobris juxta omnes Historicos, Vota proinde XV. annalia, non nisi vertente anno 439., recurrere poterant. Quare autem hae V. annalium solemnitates etiam post elapsum annum a vero eorumdem recursu habitae fuerint, nullam sane a Ritterio rationem afferri video, dum XV. annualia anno 440. agnoscit ad Novellam XLIII; Tum XX. annalia anno 445. ad Novellam XXIII; Dein quinta V. annalia anno 450. ad Nov. XXXVIII; & XL. inter Theodosianas, & ad Novel-

lut ſub cujuſdã. muneris debetũ exigit. ut ad occaſionẽ

tas velut ſub cujuſdam muneris debito exigit, ut ad occaſionem prae-

ADNOTATIONES.

vellam demnm VII. inter Valentinianeas, enm tamen XV. annalia non niſi anno 439., XX. annalia non niſi anno 444., & quinta V. annalia tandem non niſi anno 449. recurrere potuerint, ut ex epocha auſpicati Valentinianel imperii, quam ſupra memoravimus, fit neceſſario conſequens. Verum dubitari poſſet, an revera hujuſmodi ſolemnitatum recurſu laudatae a Ritterlo Novellae emiſſae fuerint, cum nulla in ipſis ad Vota hujuſmodi occnrrat allnſio, quin potius altum ſit ubique ſilentium. Ceterum etſi in recitatis hujuſmodi Novellis V. annalia haec ſpectacula protenderentur, ſicque in annum a legitimo eorumdum recurſu inciderent, tamen dici poſſet, eadem poſthabita, vel dilata fuiſſe, ut etiam Conſtantini M. temporibus factnm fuiſſe, memini me apud Pagium legiſſe ad *Annales* Baronii, & quin etiam id alias acciderit, nullus dubito, praeſertim eum Cl. Noriſius in *Parergo Chronologico de Votis Decennalibus Cap. II.* inter ejus Opera *To. II.* adverterit, etiam Auguſtnm, & Tiberium, X. imperii anno evoluto, X. annalia celebraſſe. Hinc nil mirum, ſi apud Bandurium *To. II.* inter Valentiniani III. numiſmata exiſtant nonnulla, ex quibus III. ipſius Conſulatu, anno ſcilicet 430. V. annalia Valentinianum ſolviſſe; IV. ejuſdem Conſulatu, anno nempe 435. X. annalia; decimoquinto autem, & vigeſimo imperii anno XV., & XX. annalia eelebraſſe; ac tandem eum Votis XXV., & XXX. poſtremos duos ipſius Conſulatus, qui annis 450., & 455. contigernnt, conjunxiſſe, eruimns; Quandoquidem numiſmata haec ſatis aperte oſtendunt, V. annalia, X. annalia, ac tandem XXV., & XXX. annalia poſthabita fuiſſe, cum tamen XV., & XX, annalia, quae celebrata novimus XV., & XX. imperii anno, debito quidem tempore, & qninti cujuſque anni recurſu ab auſpicato ejuſdem imperio habita fuerint. Quommodo autem in Novella hae noſtra anecdota, quae anno 438. emiſſa eſt, vota hujuſmodi, quae ex Bandurii numiſmate eelebrata ſunt anno ſequente, recte memorari potuerint, niſi ante legitimum tempus eadem feſtinaſſe comminiſcamur, nt ſnperins innuimus, non facile video. Vernm ad alia etiam Vota, qnam ad V. annalia, heic reſpectum haberi potuiſſe, aliquis dixerit. Conſtat namque, Kalendis Januarii Vota ab Imperatoribus pro fanſto anni decnrſu celebrari quotannis conſueviſſe, ut de Hadriano prae eeteris patet ex Spartiano in ejus vita. Sed cum Novella noſtra data ſit VIII. Id. Julii, Vota Menſis Januarii nimium remotiora videntur, quominus ab Imperatore *recentia* appellari potuerint. Vota etiam alia eelebrari conſueverant, natalitio Imperatorum die recurrente; hine cum Valentinianus natus fuiſſet poſtridie Kal. Julii anno Ch. 419., Novella autem noſtra data ſit VIII. Idus Julii anno 438., facile vota hujuſmodi, quae, auſpicante anno aetatis ſuae XX., celebraverat, tamquam *recentia* innuere poterat. Verum ſi quis contendat, revera ibi vota Imperii XV. annalia tamquam ſolemniora protendi, tunc ne Bandurii numiſmati, quod XV. annalia Valentinianei Imperii Vota in annum 439. inciſſe, evincit, vis inferatur, facile dici poſſet, mendoſam eſſe Conſulatus ſubſcriptionem, quae Novellae huic noſtrae adnotatur, ut proinde pro Conſulatu Theodoſii XVI., & Fanſti reponendus ſit Conſulatus Theodoſii XVII., & Feſti, praeſertim cum Brenckmannius *cit. epiſt. pag. 623.* adverterit, miſceri ſaepius

nē preſtandi alacrius. incitemur. Fauſte poꝛ āā unde inluſtris. & ꝑcelſa magnitudo tua. ſecundū ſaluberrimā ſuggeſtionē ſuā. que ꝓpoſito noſtro. placere geſtiens. cogitationes ſuas ad ꝓvinciarū remedia ſem-

praeſtandi alacrius incitemur. Fauſte Praefecte Cariſſime Auguſtorum. Unde inluſtris, & praecelſa magnitudo tua ſecundum ſaluberrimam ſuggeſtionem tuam, quae propoſito noſtro placere geſtiens cogitationes ſuas ad provinciarum remedia ſemper extendit,

ADNOTATIONES

pius conſueviſſe ob nominum, & oumerorum affinitatem *Fauſti*, & *Feſti* Conſulatnm cnm eo, qui fuit Theodoſii XVI., & XVII. Id ſi eſſet, ſublatam etiam haberemus difficultatem, quam quibuſdam ingerit duplex Fauſti dignitas uno, eodemque aono obtenta, ſcilicet Praefecturae Praetorianae,& Conſulatus, quam ipſum ſimul exercuiſſe, teſtatur Novella haec noſtra, quae eidem tamquam Pf. Po Italiae inſcripta eſt, & ipſo etiam Conſule emiſſa dicitur; licet ego tamen minime abouam, fieri hoc etiam potuiſſe, ut ipſe uno, eodemque anno duplici hac dignitate inſignitus prodierit, quio potins facile aſſentiar Ritterio, qui aduotat. (*a*) ad Novellam I. Valentiniani arguit Brenckmannium, quod *cit. epiſt. pag. 631.* in ea ſit ſententia, ut exiſtimet, ſtare non poſſe, ut laudata Novella Albino inſcripta fuerit tamquam Praefecto Praetorio, atque interim tamquam Conſul ibidem ſubnotetur; Quandoquidem etiam *l. 49. de Decurionib.* Taurum exhibet uno tempore Conſulem, & Praefectum Praetorio, & Novella I. Severi, qnae data eſt aono 463., inſcribitnr Baſilio tamquam PF. P., & infra eo tamquam Conſule ſubſcribitur. Tillemontius etiam putat, Comazonem aooo Ch. 220. Conſulem ſimul & Praefectum Urbi prodiiſſe. His accedit, quod novum noo eſt, aut inſolens, quemplam dnplici dignitate ſimul ornatum occurrere in veterum monumentis. Hinc apud Sponium *Miſcell. erud. Antiq. pag. 190.* proſtat titulus inſcriptus: COMESTIO. PAVLINO. PRAETORI. EODEMQ. TEMPORE. PRAETOR. AETRVRIAE. XV.POPVL.CVRATORI. P.SPLENDIDISSIMAE. CIVITATIS .MARS. MARR. EODEM. TEMPORE. ET. CVR. VIAR. &c. Ceterum ſi in annom 439. & Novella haec noſtra, & Vota XV. annalia Valentinianei imperii coniicienda eſſent, dicendum foret, Vota hujuſmodi ante Octob. Meoſem, in quem recidebant, quin etiam forte ante ipſum Julium,ad cujus d. VIII. Id. emiſſa eſt noſtra Novella, ſcilicet ante legitimum tempus, ut fieri quandoque conſueverat, celebrata fuiſſe, ne *recentium Votorum*,quae alias *proxima*, vel *futura*, aut *ſequentia* dici debuiſſent, phraſis, quam heic habes, aliena, & inconcinoa videretur. Cooſuli hinc poterit Pagius in *Diſſ. Hypat. part. II. cap. 2.*, ubi multa de V. aonalibus Principum traduntur, quibus etiam de eorumdem non certa ſtabilitate rationes aliae reddi poſſent praeter eas, quas ſuperius attigimus; Verum nunc nobis in iiſdem immorari non eſt neceſſe, praeſertim cum haec omnia conjectando proſequutos nos eſſe profiteamur, quae ſane nimis implicata ſunt, oec quae facile explanari poſſint.

ſem℘ expendit. univerſis poſſeſſoribus. hanc pragmatici ñri auctoritate. ſciet eſſe conſultũ. itaut quidquid in reliquis. ſuperiorũ tempoꝝ reſideri calculi publici ratio deprehenderit in quartam uſque inditionem ꝑ omnes ꝓvincas. adque inſulas italie ꝑ africam vero

tendit, univerſis poſſeſſoribus hac pragmatici [6] *noſtri auctoritate ſciat eſſe conſultum, ita ut quidquid in reliquis ſuperiorum temporum reſideri calculi* [7] *publici ratio deprehenderit, in quartam uſque indictionem* [8] *per omnes provincias* [9], *atque Inſu-*

ADNOTATIONES

(6) De Pragmatico, ſive de Pragmatica juſſione vide, quae diximus ad Novellam III. anecdotam adnotation. (16).

(7) Calculus heic ſignificat rationem, ſeu rationis poſitionem, vel ratiocinium, aut, ſi mavis, computationem *l. unic. Cod. Juſt. de error. calcul.*, *l.* 10. *Cod. de donat. int. Vir. & uxor.*, & *l.* 6. *de his, qui not. infam.* Calculi partes ſunt introitus, & exitus, *l.* 8. *ff. de lib. leg.*, *gl.* 6., *l.* 17. *de excuſat. tutor.*, ubi *gl.* Hinc calculum datorum, & acceptorum ponere habetur *l.* 6. *de eden.* Poſt calculum quis liberabatur, & quietio fiebat, ſi reliqua ſolviſſet *l.* 83. *de condict.*, *& demonſt.* In Codice etiam Theodoſiano *l.* 19. *quorum appellat. lib.* 11. *tit.* 36. habetur: *fiſcalis* calculi *ſatisfactio*. Vid. Weſembecium in *Cod. Juſt. lib. II. tit. V.*, & Vicatium in *Lexico*. Briſſonius calculum de re pecuniaria dici contendit. A calculo calculatores etiam habentur, quos ψιφιςὰς vocat Modeſtinus *lib.* 15. §. 5. *ff. de excus.* Hi non ſolum rationes ſupputabant, verum etiam numerandi, computandique artem docebant. Calculatores occurrunt in multis veterum lapidibus, & apud Fabrettium praecipue *Inſcr. Domeſt. cap. II. num.* 165. *pag.* 88., ubi proſtat titulus cujuſdam MELIORIS. CALCULATORIS. QVI. COMMENTARIOS. ARTIS. SVAE. QVOS. RELIQVIT. PRIMVS. FECIT.

(8) Vir doctrina magis, quam dignitate Eminentiſſimus Henricus Noriſius in *Diſſertatione III. De Epochis Syro-Macedonum* multa profert veterum ſcriptorum teſtimonia, quibus oſtendat, olim a Romanis non per trina, ſed per ſingula luſtra tributa, ac locationes fuiſſe diſpoſita. Hinc fit, ut nuſquam in antiquis Hiſtoricis tributorum ſolutiones per indictiones, ſeu per trium Luſtrorum, aut per XV. annorum curriculum obvenire contendat, cum Indictiones auctorem habuerint Conſtantinum M., qui profligatis apud Veronam Maxentii exercitibus, novas indictiones Italiae impoſuit. Noriſio jam praeluxerat Panvinius in *Faſtis lib. II.*, qui in eadem fuit ſententia. Cedrenus vero *in Theodoſio* Indictionum originem ab Actiaca victoria derivat, Scaliger ab editione ludorum Conſtantini, & Baronius tandem a ſtipeodiis militaribus quindecennalibus ejuſdem Imperatoris repetit. Quare potiſſimum ex Panvinii recenſione Indictionum initium eſt ab anno Chriſti 313., ex Euſebii Chronico ab anno 315., & ex Scaligero, & Baronio ab anno 312., qui omnium aſſenſu inchoandae indictioni tribuen-

vero tertie indictionis. debeta titulis fiscalibus. ex-
timan-

Insulas [10] *Italiae, per Africam vero tertiae indictionis debita*
titu-

ADNOTATIONES

tribuendus videtur; nam ex insigni testimonio, quod e Fastis Graecis protulit Panvinius, perspicue ernitur, Indictionis Constantini M. initium nonnisi in II. ipsius, & Licinii Consulatum esse reiiciendum, qui commode incidit in annum 312., ut Consularibus Fastis omnibus admonemur. Quare ex Fastis Graecis haec habentur sub recitato Consulatu:

Ἰνδικτιόνων Κονσταντινιανῶν ἐντεῦθεν ἀρχή.

Indictionum Constantinianarum heic initium.

Baronio accedit Pagius in *Historia Chronolog. ad Annal.* ipsius, & in *Dissertatione Hypatica anno* 104. *ad n.* 111. *part. II. cap.* 2. Verum distinguendum est, monente Henrico Spelmannio in *Archaeologo in modum Glossarii* ad vocem *Indictio*, inter Indictionem Imperatoriam, & Ecclesiasticam, seu Romanam; Nam prima VIII. Kal. Octobris, altera Calendis Januarii auspicatur, ut docet etiam Origanius apud Munckerium *de Intercal. lib.III. cap.* 16. §. 4., & Bulengerius *de Vectigalibus cap.* 18; Quamquam Norisius cit. Opere *de Epochis Syro-Macedonum dissertat.III.cap.VI.* Evagrii auctoritate contendat, indictiones non a die VIII. Kal. Octobris, sed ab ipsis Kalendis Gorpiaei, sive Septembris fuisse inchoatas. Imperatores vero Occidentales Ecclesiasticam, seu Romanam indictionem retinuerunt, ut patet ex *Glossis ad Decret. Greg. lib. II. tit.* 22. *cap.* 6. Quare neque nos cum Norisio cit. Opere *de Epochis Syro-Macedonum dissert. IV. cap. IV.* assentimur Gothofredio, qui existimavit, indictiones uno anno tardius in Oriente, quam in Occidente fuisse numeratas, quandoquidem si Occidentales Imperatores ex laudatis *Glossis* Ecclesiasticae adhaesisse Indictioni videntur, quae post tres menses ab Imperatoria auspicari consueverat, Kalendis scilicet Januarii, potius uno anno citius in Oriente, quam in Occidente numerari Indictiones debuisse, existimarem; licet tamen revera trium dumtaxat mensium discrimen inter utriusque Indictionis exordium intercesserit. Norisius vero in refutando Gothofredio alia via incedit *loc. cit.*, cum ipse nitatur testimonio Epiphanii Metropolitae, qui Synodum Tyriam ann. Christi 518. dicit habitam fuisse = *Die vigesima octava Loi, sive Septembris, ... sexcentesimi quadragesimi tertii anni, ἰνδικτιῶνος δωδεκάτης Indictione duodecima* = quae etiam in Occidente Kalendis ejusdem Mensis incoeperat. Gothofredius quoque rursus ad *Chronolog. Cod. Theod.* ideo indictionem a die 24. Septembris inchoatam dicit, quia eo die Constantinus in Italiam appulit, & Maxentio bellum indixit; Verum haec conjectura, ut loco cit. docet Pagius, vanissima est, nam Constantinus anno praecedenti, nempe 311., in Italiam die incerto venit, &, ut habet Anonymus Valesianus, *apud Veronam victis Ducibus Tyranni, Romam petiit.* Sed quae hactenus disputata sunt, nunc in rem nostram convertamus, si prius tamen monuerimus, indictiones de tributis ipsis etiam ut plurimum usurpari, cum eadem scilicet certis earumdem periodis indici, & pendi consueverint. Hinc a laudato Spelmannio vocantur Indictiones etiam *Fiscales*, & *Tributariae*. Quare cum Valentinianus Augustus omnes Italiae Provincias, & Insulas hoc anno 438. a reliquorum solutione exemerit usque ad IV. Indictionem, quae, monente etiam Chronico Marcellini, Chronico Paschali, tum etiam
Pagio

timantur que cũ nihil publico nomine ꝓficiat. exau-
ſtũ

titulis fiſcalibus eximantur. Quae cum nihil publico nomine proſi-

ADNOTATIONES

Pagio apud Baronium, incidit in annum 436., patet eumdem Provincias & Inſulas Italiae a reliquis trium annorum exemptas voluiſſe; cum vero Africam ad III. uſque Indictionem hoc eodem privilegio donaverit, eaque incidat in annum 435., quatuor annorum reliqua eidem indulta voluiſſe, deprehendimus. Qui autem fiat, quod per Italiam, & Africam diverſimode Indictiones quod ad tributorum penſitationes adhibeantur, ut etiam ex hac noſtra Novella apparet, rationem reddit Gothofredius ad *l. VI. lib. 11. tit. 28. de Indulg. debit.*, qui id proceſſiſſe putat, quod Conſtantinus, in poteſtatem ſuam Provinciis redactis, ſerius nonnullis tributa indicere, & ad eorumdem ſolutionem eas ciere quoque tardius conſueverit, ut ſcilicet magis afflictis, vexatiſque a Maxentio earumdem rebus quoquo modo proſpiceret. Quare Italiam putat Gothofredius a Conſtantino ad tribntorum collationem vocatam fuiſſe eo ipſo anno, nempe 312., quo Italiam obtinuit, Africae vero Proconſulari nonniſi anno 314., & Africae Dioeceſi non niſi anno 315. tributorum collationes ab eodem fuiſſe indictas.

(9) Nemo ignorat, Romanum Imperium in Occidentale, & Orientale fuiſſe diviſum, ac dein utrumque in Dioeceſes partitnm fuiſſe, quae plures Provincias comprehendebant, ut proinde ſingulae Provinciae integrae Dioeceſi opponerentur. Quare Provinciae dicebantnr, qnae ſub Dioeceſum erant diſpoſitione, quaeque pluribus conſtabant Civitatibns, ſcilicet vel decem, vel nndecim, ut habetur ex *Novella Juſt. XXVIII.* Pro diverſis quidem temporibus, & imperii viciſſitudinibus varia fuit ratio Provinciarum. Eae quidem primorum Auguſtorum aevo a quibuſdam XVII., ab aliis XV., ac demum a ceteris XI. numerari conſueverunt, idque pro varia unius cum altera unione, vel etiam diviſione, quas identidem contigiſſe ob rerum mutationes, nemo eſt, qui neſciat. Quare ex Pighio in *Annalib. Magiſtr. Romanor.*, ex Sigonio de *Antiq. jur. Provinc. lib. II. cap. I.*, & ex ceteris etiam erui poteſt, illas fuiſſe univerſi Romani Imperii Provincias, ſcilicet Siciliam, Africam, Syriam, Joniam, Aſiam, Cretam, duas Hiſpanias, duas Gallias cum Illyrico, & Dalmatia, Ciliciam cum Cypro, Sardiniam cum Corſica, & Pontum cum Bithynia. Verum ſequioribus temporibus, in quibus nos modo verſamur, primaevae fere omnes Provinciae hujuſmodi in plures alias Provincias, quas ſecundarias diceres, dividi coeperunt, ut proinde ſolae Italicae, quas heic memorat Valentinianus, quibuſque reliquorum ſolutionem indulget, numero vincant ſuperiores omnes univerſi Romani Imperii Provincias, quae jam ipſius initio numerabantur. Eae ſunt Campania, Tuſcia, Picenum, Samnium, Apulia, Calabria, Bruttii, & Lucania, quae nominantur *l. 7. de Indulgent. debitor.*, quibus adde Retias duas, Umbriam, Liguriam, Aemiliam, Flaminiam, Alpes Cottiaras, Valeriam, & Venetias, licet tamen Tuſcia cum Umbria, Picenum cum Valeria, Apulia cum Calabria, Bruttii cum Lucania, Liguria cum Aemilia in adminiſtratione junctae fuerint, & ab uno Rectore moderatae. Tandem Italiae Provinciis accenſendae ſunt tres Italiae Inſulae, de quibus in ſeqnenti adnotatione. Vide *Notitiam Imperii Occidentalis Cap. II.*, ubi Italiae Provinciae XVII. numerantur, quas auctas heic

stũ tamen possessorem redimentẽ. que semꝑ inducias continuis. dispendiis inquietat. quđ nunc omne & imꝑpetuũ. penitus remittentis. nihil ex hac functione

proficiant, exaustum tamen possessorem, redimentemque semper inducias (11) *continuis dispendiis inquietant. Quod nunc omne, & in perpetuum penitus remittentes nihil ex hac functione* (12) *consti-*

ADNOTATIONES

heic ex *Topographia Codicis Theodosiani* nunc exhibemus, quam quis proinde quo ad singulas consulere poterit.

(10) Insulae Italiae sunt Sicilia, Sardinia, & Corsica. Sicilia erat sub dispositione P. Po Italiae, & Consulari gaudebat, ut patet ex *Notitia dignitatum*. Primam hanc omnium provinciam a Populo Romano esse factam, profitetur Cicero *Act. II. in* Verr. *cap. I. Sicilia omnium nationum exterarum princeps se ad amicitiam, fidemque Populi Romani applicuit: prima omnium, id quod ornamentum imperii est, provincia est appellata: prima docuit majores nostros, quam praeclarum esset exteris gentibus imperare*. Sicilia, & Sardinia recensebantur inter Provincias frumentarias, quae scilicet frumentis feraces magnum ejusdem numerum Populo Romano pendebant. Verum Sicilia, teste Cicerone *loc. cit.*, ad vectigalia tenebatur alio prorsus nomine, ac ceterae Provinciae; Sic enim ait: *In agrorum autem vectigalium rationibus hoc interest inter Siciliam, ceterasque Provincias, quod ceteris impositum vectigal est certum, quod stipendiarium dicitur, ut Hispanis, & plerisque Poenorum, quasi victoriae praemium, ac poena belli; aut censoria locatio constituta est, ut Asiae lege Sempronia. Siciliae Civitates sic in amicitiam, fidemque receptae sunt, ut eodem jure essent, quo fuissent: eadem conditione Populo Romano, qua suis ante paruissent*. Sardinia vero regebatur a Praeside, & ad P. Po Italiae pertinebat, ut patet ex *l. 16. de Cursu*. Tributaria res per *Sardiniam* habetur *d. l. 16.*, & *l. 2. de susceptorib.*, & *l. 7. de exactionib.* Tandem Corsica habetur *l. 20. de Tironib.*, & Praeses Corsicae *l. 2. de tempor. curs.* Unaquaeque ex his uno utebatur dumtaxat Rationali, cujus munus fuit fiscalis commodi curam gerere, & sacri Aerarii caussis praesidere. Tres has Provincias hoc uno Magistratu instructas vide *l. unic. Communi dividund.*, *l. 2. de susceptoribus*, & *l. 5. de petition.*

(11) Induciae dicuntur, ut ait Paullus *l. 89. ff. de capt.*, & *postl. revers.*, cum quis in brevi, & praesenti tempore cum altero convenit, ne alteruter invicem lacessatur. Eaedem etiam de qualibet dilatione usurpantur, & ita *induciae* quadrimestres *l. 3. Cod. Just. de usur. rei judic.* Semestres *l. 26. de Fidejuss.* Unius anni *l. 1. in quib. causs. milit. for. praescr.* Quinquennales *l. ult. qui bon. ced. poss.* Viginti dierum *l. 62. Cod. Theod. de haeret.* Venduntur vero *induciae* iis, qui non possunt esse solvendo, ut habetur in Novella VII. inter Valentinianeas.

(12) Functio heic usurpatur de tributorum praestatione, quemadmodum etiam *l. 36. de annona lib. 11. tit. 1.* Unde & *functiones* suariae *l. 1. 10. de suar. lib. 14. tit. 4.* In *Glossis* Palaemon quoque *functionem*, *Tributorum exsolutionem* exponit. *Functiones* tributariae habentur apud Sidonium *lib. 7. in concione* post epistolam 9. Tandem *functio* muri-

cis

ctione constituemus tabolaria publica retinere omnisque recidive cāluniae aditus prestruentes. p̄cipimus nihil exactoribus. de p̄dictarū dumtaxat indictionū reliquis umquā nihil licere. iudicibus. Dat. ςII. id iut

constituimus tabularia (13) *publica retinere, omnisque recidivae calumniae aditus praestruentes praecipimus, nihil exactoribus de praedictarum dumtaxat indictionum reliquis umquam, nihil licere Judicibus. Data VIII.* (14) *Idus Julii Ravenna*

ADNOTATIONES

cis occurrit *l.* 12 *Cod. Theod. de muril-leg. lib.* 10 *tit.* 20. Vide & in Novella VII. inter Valentinianeas vocem hanc usurpari.

(13) Sicuti Hadrianus, ut superius vidimus, & ceteri etiam Imperatores debita subditis remittentes syngraphas comburendas praecipiebant, ut patet ex *l.*2.3.6. & 14. *Cod. Theod. de Indulgentiis debitorum lib.* 11. *tit.* 28., ne ulla hujusmodi nominum, quae ab ipsis indulgebantur, exstaret memoria, ita Valentinianus heic tabulas reliquorum in publico armario, quod idcirco Tabularium, vel Tablinum a tabulis hujusmodi servandis dicebatur, prohibet retineri. Vide Festum voc. *Tablinum*. Virgilius *Georg. lib. II. v.* 502.

Insanumque forum, aut populi Tabularia *vidit*.

Ubi Servius: *Populi Tabularia, ubi actus publici continentur* Vide Budaeum *in Pandectas pag.* 245., & Pignorium *de Servis pag.* 463.

(14) Brenckmannius *cit. Epist. pag.* 624. dicit, Novellam hanc anecdotam datam esse Ravennae VII. Idus Julias; Verum nos potius legendum VIII. arbitramur, nota enim haec ς non solum in Graecis monumentis respondet consueto episemo ς, quo senarius numerus designatur, ut notat Maffejus *de Siglis Graecor. pag.* 89., & 97., sed in Latinis etiam monumentis vim exerit numeri VI. Romanorum, ut monet Fabrettius *Inscr. Domest. cap. VIII. pag.* 540., qui tamen ad Reinesium provocat tamquam primum hujus numeralis notae illustratorem. Vir Cl. Hannibal Oliverius in *Marmorib. Pisaurens. n.* 181. profert Christianum lapidem, in quo cum habeatur ANR. Xς, Ipse legit *Annorum. XVI.*, Tum Muratorius *pag.* 2046. *n.* 7. aliud Christianum marmor exhibet, in quo signatur ANNIS. ς., nempe VI. Vide Ritterium nostrum luculenter de hac nota disserentem in Polegomenis ad *Vol. I. Cod. Theod. pag. CCXII.*, & rursus ad Novellam I. Theodosii *pag.* 8. Nos interea nonnulla alia exempla attingemus ex Novo Tractatu Diplomatico Monachorum Sancti Mauri, qui Parisiis cuditur, quum nondum ejus Volumina satis pervulgata fuerint, ut manibus omnium teri possint. Quare *To. III. Par. II. Sect. IV. Cap. VI. Art. II. pag.* 299. ex Codice Bibliothecae Sancti Germani *num.* 936., qui censetur Saec. VI., quique contiuet Canones Concilii Antiocheni, *fol.* 23. profertur haec subscriptio: *Data XV. Kalendas Martias Honorio Augusto* ς, *&* *Aristino* (lege *Aristaeneto*) *Consulibus*, quae subscriptio cum pertineat ad Epistolam Innocentii I. ad Victricium Episcopum Rotomagensem, quae est secunda inter *Epistolas Roman. Pontif. col.* 758. edit. Pari-

iut ravenna . thẽu . ãã XVI. & fausto . ŪC coñs.

na (15) *Theodosio Aug.XVI.,& Fausto Viro Clarissimo Consulibus* (16).

ADNOTATIONES

Parisien. 1721. Petri Coustantii Monachi Sancti Mauri, quamque scriptam novimus aono 404., notam illam ς proiode oon aliter, quam VI. patet esse legeodam. Ibidem *Cap. IX. Art. II. pag.* 514. citatur Papyrus Ravennae anni 444., quem vulgavit Maffejus *Histor. Diplomat pag.* 130., ubi eadem nota senarii numeri usurpatur; Tum etiam adducitur Reatina coostitutio Tntoris specialis in papyro Aegyptio, nbi habetur: P.C.*Basilii*.V.C.*Anno*Xς.,id est *Post Consulatum Basilii viri Clarissimi anno XVI*; Deio charta Clotildis anno XVI. Regni Clotarii II.,non autem III., ut existimavit Mabillonius in Operibus postumis *To. II. pag.* 346., In qua & Mabillonius ipse, & Maffejus *pag.* 368. notas Xς legunt XVI., licet De Longuerveius in Annalibus Francorum *To.III. pag.* 690. carpat Mabillonium, & legendum velit XIV., cui accedit Pagius ad ann. 668. Nescio autem, cur Maffejus, qui carpit Mabillonium, & Montfauconium,quod in Bulla Paschalis I. legissent *Guidus Julius*, ipse dein reponat legendum V. *Idus Julias*, cum ibi prostet ςII., quod reddendum fuerat VIII. *Idus Julias*. Vide alia exempla apud eumdem Maffejum, & apud doctissimos Monachos Sancti Mauri, quae oonc nos brevitati consulentes praetermittimus. Signum hujusmodi videas etiam in Cyclo Paschali Ecclesiae Ravennatis marmori inscriptnm, quod vulgatum est a Cl. Norisio inter Opera omnia *To. II. dissertat. III.* post *Epocham Syro-Macedonum*, ubi seoarium numerum exprimi ita certum est, quam quod certissimum.

(15) Pervulgata res est, Valentinianum III. cum Placidia ejus Matre Ravennae insedisse; Hinc nil mirum, etiam mnltas ab eodem Raveonae datas Novellas haberi. Valentiniani Palatinm extructum fuerat loco quodam, qui dicebatur *ad Laureta*, ut patet ex Agnello in *Johannem Angelop. cap. VI.* apud Muratorium *Tom. I. part. II. Rer. Ital. Script. pag.*67. *Celsam etenim Valentinianus illo in tempore Ravennam tenebat arcem, Regalemque Aulam struere jussit in loco, qui dicitur ad Laureta*; Et mox: *Et in ipsa domo Regia multo tempore Valentinianus commoratus est, & hinc, atque inde ex utraque parte Plateae Civitatis magnis moenibus decoravit*. Coosule de his Imperialibus Aedibus Hieronymum Rubeum in *Histor. Ravennat.lib.II.*,tum Virum eruditissimum, & antiqui Joris Coosultissimum Antonium Zirardinium de Veteribus Aedificiis Profanis Ravennae *lib.I. cap.VII. pag.*71. Tillemontius in Histor.Imperat. *To.VI. Art. XIV.*,& *XVII.* ex plurium Novellarum subscriptione naviter calculum ioit temporis, quo Valeotinianus Ravennae degit, & qoo etiam abesse debuit.

(16) Brenckmannius *cit. Epist. pag.* 624. ait, io Novella ex ineditis inter Valentinianeas relata *tit.*8. *de Indulgentiis Reliquorum* (dixisset saltem *tit.* 7., ut revera est, licet tamen Novella *tit.* hujus *VII.* edita jamdiu fuerit, & nihil commune habeat cum hac nostra prima inter Valentinianeas anecdota) haberi: *Theodosio A.XVII.& Fausto* V.C.*Cons*,ut proinde pro *Fausto* reponendum esse *Festo* suadeat.Verum heic coecutitBrenckmannius, ut fere semper solet, quum in Ottob. Codice perspicue omoium oculis, qui eum conspiciant, illico prosiliat:*TheodosioA.XVI.,& FaustoV.C.Coss.*; uti nos expressimus.Consulatus hic,ut etiam alias moouimus,pertinet ad annum V.C.1191.,Ch.vero438. Vide adnotat. nostram(5) superius, ubi oobis suspicio incidit, consulatum hunc emendandum io XVII. Theodosii, & Festi, quod cum nos ibi conjectando dumtaxat innuerimus, facile heic Ottobon. Codicis lectioni inhaerendum censuimus.

NOVEL-

NOVELLA V. ANECDOTA VALENTINIANI IMP.

AD FIDEM

VETUSTISSIMI MSS. OTTOBONIANI.

Titulus idem.

Iđ āā ad maximum II p̄p̄. Remiſſio tributoꝝ ꝑ vaſtitatis qualitate. conceſſa re diviue devocionis fomitem. ſubminiſtrat. neque ingruentibus morƀ

EADEM NOVELLA

LECTIONI SUAE RESTITUTA.

Titulus idem (1).

Idem Auguſti (*ſcilicet Theodoſius*, *& Valentinianus*) *ad Maximum Iterum Praefectum Praetorio* (2)

Remiſſio tributorum pro vaſtitatis (3) *qualitate conceſſa redivivae devotionis* (4) *fomitem ſubminiſtrat*, *neque ingruentibus morbis*

ADNOTATIONES.

(1) Jam ſupra monuimus adnotation. (1) ad Novellam IV. anecdotam, inferius ſubſequuturam aliam fore, quae ſub *eod. tit. de Indulgentiis Reliquorum* in Codice Ottoboniano reperitur *pag.* 70. *a tergo*, quam propterea nunc demum a nobis hoc loco relatam tamquam V. inter anecdotas inſcribendam cenſuimus. De Indulgentiis Reliquorum nihil eſt, quod heic ulterius diſferamus, cum ſatis eſſe poſſint, quae cit. adnotation. praemonuimus. Addemus nunc pro re noſtra dumtaxat, quod ſicuti indulgentiae hujuſmodi dari conſueverant Provinciis, quae hoſtium vaſtatae incurſibus fuiſſent juxta *l.* 12. *Cod. Theod. de Indulgentiis debitorum*, ita & debita nunc a Valentiniano relaxantur Siculis cum circumjectis Inſulis, qui Vandalorum incurſus perpeſſi fuerant, ut inferius exponemus. Tum indulgentiae hujuſmodi non omnibus ſemper omnino Provinciis, ut in ſuperiori Novella factum vidimus, nec pro omni ſemper integro debito, ut fieri mos erat identidem, ſed & peculiari quoque Nationi, aut Provinciae, tum vel pro debitorum parte dimidia tantum ex *l. ult. tit. eod.*, vel pro alia etiam parte, ideſt vel nona, vel ſeptima impertiri conſueverant ex *l.* 12. *tit. eod.*, ut propterea id etiam nunc factum a Valentiniano erga Siculos advertamus, quibus ad ſeptimam partem fiſcalium tributorum ſolutionem peculiariter remiſit, ut alacrius impoſterum ad cetera futuri temporis onera pendenda incitarentur.

morƀ revocare ſanitas poteſt niſi induſtriā ſuam. medi-

morbis revocari ſanitas poteſt, niſi induſtriam ſuam medici-

ADNOTATIONES

(2) Brenckmannius *cit.* ſaepius *Epiſtol. pag. 629.* varias recenſet Inſcriptiones Novellarum ad Maximum II. Praefectum Praetorio, inter quas hanc noſtram Valentinianeam anecdotam deſignat, quam ſic inſcribi dicit: *Ad Maximum* V. P. *Po.* Verum tantum abeſt, litteram V ibi expreſſam haberi, ut perſpicue, & citra omnem dubitandi aleam exerantur duo unitatis ſigna ſic II., quae *iterum*, vel *ſecundo* legi omnino debent. Maximus, qui heic occurrit, ille eſt, qui, caeſo Valentiniano III. anno Domini 455., tyrannidem, viduamque Eudoxiam ſibi vindicavit, ac Genſericum Vandalorum Regem ad Urbem Romam diripiendam hortatus eſt, licet id etiam deinde tribuatur Eudoxiae, quae mariti necem ultura Genſericum ex Africa accerſiverit, qui Maximum dein ſuſtulit tertio circiter uſurpati imperii menſe; verum ob varias Hiſtoricorum narrationes fato quidem incerto. Fuit hic Comes Rerum Privatarum ſub Honorio anno 415., & Praefectus Urbi anno 420; Conſul vero creatus eſt anno 433., & iterum anno 443., ut ex *Faſtis* eruitur. Ipſum dein Praefecturae Praetorianae munus obiiſſe, auctor eſt Sidonius *lib. II. Epiſt.* 13. Quo autem anno hunc honorem primum exercuerit, latet. In *Cod.* quidem *Theodoſiano de legitim. heredit.* habetur *l. 6.*, quam Honorius ad Maximum P.P. ann. D.420. dedit, licet Gothofredius, quod ſane probabile eſt, reponat legendum *Praefectum Urbi*. Ab anno autem 439. ad annum 440. hoc honore Maximus iterum functus eſt, quemadmodum patet ex Novellis inter Theodoſianas XXXIX., XLI., & XLII., in quibus P.P. II. ſalutatur, ut proinde quoniam in Novella hac noſtra anecdota Maximus P.P. II. quoque conſpicitur, eamdem datam vel anno 439., vel anno 440. (quandoquidem conſulatus ſubſcriptione deſtituitur) arguere jure, certoque poſſimus. Dein occurrit tertio hac ipſa dignitate inſignitus anno 441; ut patet ex Novella inter Theodoſianas XXI., & ex Tillemontio eruitur in Hiſtoria Imperatorum, qui *To. VI. Art. XIV., & XIX.* munus hoc Maximum obtinuiſſe a die X. Kal. Martias ann. 441. uſque ad Idus Auguſti anni ſequentis, adnotavit. Tandem & quarta vice hoc idem munus adminiſtravit anno 445., ut conſtat ex Novella inter Valentinianeas III., ubi Praefectus Po. II. dicitur; Verum illud II. forte Amanuenſium vitio invectum expungendum moneo, ne Chronologicae rationi vis inferatur. Quare Brenckmannius non recte monet *cit. Epiſt. pag. 629.* ad Novellam hanc III. Valentiniani reſcribendum: *Maximo II. PF. P., & Patricio*. Hoc ipſo etiam anno Albinus fuit Praefectus Praetorio Italiae, ut conſtat ex Novella inter Valentinianeas II., Verum cum haec Novella data ſit XIII. Kal. Jul., ſubſequens vero inſcripta ad Maximum data ſit pridie Idus Decembris, apparet, hoc eodem anno Praefecturam, quam dimiſit Albinus, Maximum ſuſcepiſſe. Apud Mediobarbium, & Bandurium videre eſt numiſmata eidem percuſſa, in quibus inſcribitur: FL. ANICIVS. MAXIMVS., & PETRONIUS. MAXIMVS. PF. AVG. Apud Gruterium *pag. CCCCXLIX. num. 7.* extat Inſcriptio, quae appoſita quondam fuerat ad Statuam eidem Romae in Foro Tranſitorio ob inſignia ejus merita erectam, quaeque etiam legi poterit apud Ritterium ad cit. Novellam inter Theodoſianas XXI. Conſtat autem, Statuam hanc

medicinā. presteterit maxime p̄ōk̄ āā unde inlu-
stris

dicina praestiterit. Maxime Praefecte Carissime Augustorum. Unde

ADNOTATIONES

hanc eidem positam fuisse anno Domini 421., quia in ejus Inscriptione Constantius *Augustus* dicitur, cui qnidem annus hic primus, ac postremus imperii fuit. Ritterius ad Novellam eamdem monet, emendandum ex hac Inscriptione Du Fresneium, qui in *Famil. Bizant. pag.* 73. edit. Paris., & *pag.* 59. edit. Venet. scribit, Maximum nostrum fuisse Filium illius Maximi, qui a Theodosio M. fusus, ac caesus fuerat; qnandoquidem cum Maximus Tyrannus, qui Gratianum sustulit, & a Theodosio debellatus fuit, vivere desiisset ann. Domini 388., Petronius autem Maximus ex fide marmoris anno 421. XXV. annnm natus esset, si filius ejus fuisset, minimum sane tunc XXXIV. annum agere debuisset. Quare rectius ii sentire videntur, qui Petronium nostrnm Senioris illius Nepotem autumant. Ex hoc etiam lapide ipsius natalis anni calculum inire facile est; sed & praeterea ex eo deprehendi etiam potest, eumdem anno 455., quo, caeso Valentiniano III., coepit imperare, prope sexagenarium fuisse. Altera de eo Inscriptio legitur apud eumdem Gruterium *p. MLXXX. n.6.* Consuli etiam potest Jornandes, seu Jordanus Episcopus Ravennas *de Regni successión. in Valentin*; Marcellinus ad ann. 455., Victor Tununens., Pagius in *Critic. h.a.*, & Gothofredius in *Prosopographia.* Vide & Praefationem nostram, ubi de Maximi Novellis quibusdam Constitntionibus, quae in Codice olim Svevico, nunc Vaticano designantur, verba fecimus. Memoratur etiam a nonnullis Palladius Maximi hujusce Filius a PatreCaesar salutatus, & cum eodem interfectus, quem etiam ajunt se in matrimonium junxisse Eudoxiae alterae Valentiniani III. Filiae. Vernm haec de Maximo satis, superque dicta sunto.

(3) In adnotatione nostra (1) jam superius praemonuimus, Valentinianum Aug. Siculis, & Insulis circumjectis debitorum solutionem per hanc Novellam remisisse ob Vandalorum vastationem, quae heic initio, & inferius etiam iterum innuitur. Quae fuerit vastatio haec, modo nos inquirendnm aggredimur. Sciendnm est quapropter, primum quidem Gensericum Vandalorum Regem ex Catholico factum Ariannm, & a Bonifacio in Valentiniani offensam ex Hispania in Africam vocatum, direptis Carthagine Spartaria, & Hispali, Mauritaniam Mense Majo ann. 428. invasisse, seu, ut placet Pagio ad *Annales Baronii*, ann. 429., & ut etiam Prosper, & Marcellinus testantur in *Chronico*, ipsumque hoc etiam tempore Romanos ipsos gravissimis cladibus afflixisse. Deinde vero sub Consulatu Sigivulti, & Aëtii II., idest ad annum 437., Gensericus ipse in Siciliam irrupit, ut fidem facit Prosper in *Chronico h. a.*, & Auctor *Historiae Miscellae lib. XIV. To. I. Part. I. pag.* 95. *Scriptor. Rer. Italic. Muratorii*, ubi scilicet post consulatum Isidori, & Senatoris, qui anno superiore contigerat, haec habentur: *Per idem tempus Gothorum piratae multas Insulas, praecipue Siciliam depopulati sunt*. Post triennium vero, idest IV. Kal. Novembris anno 439. Gensericus Carthaginem rursus obsedit, & ab ea egressus ad diem VIII. Kal. Quintiles ann. 440., ut Tillemontius innixus anctoritate *Chronicorum* tum Alexandrini, tum Idatii, & Prosperi nobis testatur in Historia Imperatorum *To. VI. Art. XVII.*, in Siciliam victricia arma denuo intulit, & Panormum simul obsedit. Pagius tamen ad annum 440. frustra Siciliam a Genserico tentatam scribit, cum ipsam a Cassiodo-

ſtris & p̄celſa magnitudo. pragmatici noſtri tenire

Unde inluſtris, & praecelſa magnitudo tua (5), *pragmatici noſtri*

ADNOTATIONES

ſiodoro Seniore propugnatam fuiſſe, Caſſiodorus item Junior teſtetur in litteris Theoderici Regis inter *Var. lib. I. Epiſt.* 4. Nihilominus, ut Auctor *Hiſtoriae Miſcellae* ibidem aſſerit, Genſericus per hoc tempus in Siciliam tranſiens magnis eam afflixit calamitatibus; quod confirmat etiam Iſidorus in *Hiſtoria Vandal. pag.* 226. Interea hoc ipſo anno 440. Theodoſius, ducibus Ariobindo, & Anſila, Claſſem Valentiniano in auxilium miſit, quae tamen Siciliae magis oneri, quam praeſidio fuit, nimium cunctantibus ducibus, ut idem Auctor *Hiſtoriae Miſcellae* proſequitur, & confirmat Proſper in *Chronico*. Poſtremo tandem Valentinianus omni auxilio deſtitutus ob Hunnos, & barbaras alias nationes in orientalis Imperii ditiones irrumpentes coactus fuit cum Genſerico foedus percutere ad annum 442., eidemque Provinciarum, quas in Africa occupaverat, ceſſionem facere, ut idem Proſper *cit. Chronico* affirmat, dum inquit: *Cum Gaiſerico autem ab Aug. Valentiniano pax eſt confirmata, & certis ſpatiis Africa inter utrumque eſt diviſa*. Quas Genſericus Provincias in Africa obtinuerit, prodit Victor Vitens *lib. I. cap.* 4. *Diſponens quoque*, inquit, *ſingulas Provincias, ſibi Byzacenam, Abaritanam, atque Getuliam, & partem Numidiae reſervavit; exercitui vero Zeugitaniam, & Proconſularem funiculo hereditatis diviſit; Valentiniano adhuc Imperatore reliquas, licet jam exterminatas provincias defendente*. Quare hinc patet, bis in Siciliam pervaſiſſe Genſericum, anno ſcilicet 437., & anno 440., quod ſane pro re noſtra ex iis, quae ad pleniorem hiſtoriae notitiam pluribus differvimus, iuvat nunc praecipue veluti in compendium redigere. Ceterum, ſi quis vaſtationum hujuſmodi Vandalicarum uberiori notione informari deſideret, adeat praeter laudatos Scriptores Evagrii Scholaſtici *Eccleſiaſt. Hiſtor. lib. I. cap.* 19., Ruinartii *Hiſtor. Vandalicam*, Cl. Muratorii Italiae Annales *To. III. Part. I*; atque Hiſtoriam Univerſalem a mundi initio uſque ad noſtra tempora ex Anglico in Gallicum idioma a Litteratorum ſocietate converſam *To. IX. lib. III. Cap.* 30. Cujus autem vaſtationis an primae, vel ſecundae potius intuitu Valentinianus hanc debitorum indulgentiam Siciliae conceſſerit, nunc paucis exponemus. Cum in ſuperiori adnotatione oſtenderimus, Maximum, qui in pluribus aliis Novellis, ut in hac etiam noſtra, P.P. II. ſalutatur, non niſi anno 429., vel 440. ad hunc honorem fuiſſe iterum evocatum, quoniam iiſdem quoque annis laudatas Novellas emiſſas novimus, conſequens eſt, nequaquam ad primam Siciliae vaſtationem Novellam hanc noſtram reſpicere poſſe, cum anno 437., quo ea vaſtatio contigit, nondum Praefecturam Praetorianam Italicam Maximus iterum obtinuiſſet. Huc accedit, quod Auctor *Hiſtoriae Miſcellae*, ut ſupra advertimus, teſtatur, occaſione claſſis, quam contra Vandalos ſuppetias Valentiniano miſit Theodoſius ſecundae Vaſtationis intuitu, Siciliam onus magis, quam Africa praeſidium, ob Ducum cunctationes ſenſiſſe, ut propterea hoc etiam nomine hujuſmodi indulgentia debitorum Sicilia a Valentiniano donari meruerit. Secnnda haec Vandalorum vaſtatio multis aliis Valentinianeis Novellis praebuit occaſionem. Scilicet hoc ipſo anno 440. emiſſa eſt Novella inter Theodoſianas XX. *de reddito jure armorum*, qua Valentinianus Aug., publica neceſſitate urgente, ad Siciliae,

re conpto . sciat secundum suggestionem suã . quã tã possessorebus utili quã fisci . commodis adpbamus siculũ possessorẽ cũ circũiectis insulis barbarice

nostri (6) *tenore comperto, sciat secundum suggestionem suam, quam tam possessoribus utilem, quam fisci commodis adprobamus, Siculum possessorem cum circumjectis Insulis* (7) *, barbaricae*

ADNOTATIONES

liae, & Italiae defensionem contra Gensericum Vandalorum Regem ὁπλοφορίαν *armorum gestationem* jam prohibitam Populo Romano restituit, & simul Sigisuuldum Magistrum Militum Urbium, littorumque tuitioni praefecit. Prodiit hoc quoque anno Novella inter Theodosianas XLIII., qua Pantopolae negotiatores Graeci in Urbem ab exilio revocantur, ut multitudine ipsorum maxima Urbem jam exaustam Civibus occasione Belli Gothici, & Vandalici incolerent. Tum anno 443. emissa est Novella inter Theodosianas XXII., qua Valentinianus Aug. statuit, ne Afri Genserici furore spoliati vel nomine chyrographorum creditae pecuniae, sive fidejussorum usque ad recuperationem rerum suarum pulsari, & inquietari possent, quo etiam anno data est Novella L., qua Afris liberalibus studiis instructis, sedibus pulsis, & per Italiam profugis Valentinianus advocationis apud omnes Judices obeundae potestatem concedit, & tribus ex eorum numero in foro quoque Praetorianae, & Urbanae Praefecturae negotiorum agendorum facultatem indulget, quo veluti remedio aerumnis prospiceret, quas ob Vandalorum, & Alanorum vastationes perpessi fuerant. Deinde anno 445. vulgata est Novella inter Theodosianas XXIII. *de Tributis Fiscalibus*, qua desolatis, & attritis bello Vandalico Africae Provinciis, Numidiae nempe, & Mauritaniae tum Caesariensi, tum Sitifensi fiscalia tributa relaxat. Tandem anno 451. scripta est Novella inter Theodosianas XL. *de Praediis Pistoriis Afris deputandis*, qua Afris possessoribus hostili Vandalorum vastatione nudatis varia confert levamina, & praesertim praediorum pistoriorum indulta concessione, quae per diversas Provincias sparsa erant, quaeque Pistoribus olim pani coquendo, alimentisque popularibus inserviebant, quoddam veluti solatium affere studet. Sed de his plusquam satis.

(4) Quo sensu heic *Devotio* accipienda sit, jam diximus in adnotation. (4) ad Novellam superiorem.

(5) In Codice Ottoboniano deest Tò *tua*, quod nos & sensu ita postulante, & similibus aliis exemplis suadentibus, suppleri debere censuimus.

(6) De Pragmatico vide, quae diximus ad Novellam III. anecdotam adnotation. (16).

(7) Quae sint Insulae Italiae, consule adnotation. (10) ad Novellam superiorem. Quae autem sint praecipue Siciliae Insulae, quae heic innuuntur, juvat nunc exponere. Inter has memoramus inprimis Aegathes, quae sunt tres Insulae ad Occident. Siciliae, nempe Phorbantia, Hiera, & Aegusa. Deinde occurrunt Diomedae, quarum tres praecipuae sunt Tremitus, Insula Divi Domini, & Craprata. Non omittenda etiam est Lipara Insula, & Urbs sub Archiep. Messanensi; ac tandem Ortygia apud Syracusas, de qua Virgilius *lib. III. Aeneid.*

Linqui-

ce vaſtitatis intuitu. de eo cenſu qui p̄ſentibus cartis tenetur. ſeptimā partem. tributis fiſcalibus. portere diſſolvere.

Siracuſanus vero. cathenenſis. etnenſis. li-libi-

ricae vaſtitatis intuitu, de eo cenſu, qui praeſentibus chartis continetur, ſeptimam (8) *partem tributis fiſcalibus oportere diſſolvere.*

Syracuſanus (9) *vero, Catanenſis* (10), *Aetnenſis* (11), *Lylibita-*

ADNOTATIONES

Linquimus Ortygiae portus, pelagoque volamus.

Conſule etiam proximas adnotationes, in quibus de hiſce Inſulis ſermo redit.

(8) Vide Adnotation. (t) ad hanc Novellam, ubi remiſſionis debitorum ad ſeptimam partem, tum etiam ad partes alias exempla adduximus.

(9) Inter Populos Siculos, quos debitorum remiſſione donavit Valentinianus, primas ducunt Syracuſani. Syracuſae Urbs Siciliae, de qua Plinius, Mela, & Strabo. Sita eſt in ora Maris Jonii ad ortum, & ab Archia Corintho condita dicitur: Olim quatuor Urbibus conſtabat, nempe Neapoli, Achradina, Tycha, & Ortygia Inſula. Diſtat a Catana XL. mill. paſſ. in Auſtrum, XXIII. ab Auguſta, Pachinum Promontorium verſus XXXVIII., & ab Enna opp. LX. in ortum hybernum. Apud Harduinium *de Nummis antiquis Populorum, & Urbium illuſtratis pag.* 476. XIV. numiſmata recenſentur cum Epigraphe ΣΥΡΑΚΟΥΣΙΩΝ, quorum multa etiam apud Parutam *de Nummis Siciliae*. Hinc nonnulla cum Jovis effigie, & Epigr. ΖΕΥΣ. ΕΛΕΥΘΕΡΙΟΣ *Juppiter Liberator*; cum Dianae venatricis effigie, & epitheto ΣΩ, hoc eſt Σωτεῖρα *ſervatrix*, cujus Aedem ſacram ibidem fuiſſe, teſtatur Cicero *Orat. IV. in Verr.*, apud quem etiam videas memorari *loc. cit.* Aedes Apollinis, & Palladis, quorum Numinum effigies etiam advertas in ceteris nummis apud eumdem Harduinium. Tandem alia exſtant numiſmata cum quadrigis, bigiſque certaminum, ac victoriarum ſymbolis; hinc Pindarus in *Pyth. Od II.* Μεγαλοπόλιες ὦ Συράκουσαι... εὐάρματος Ἱέρων ἐν ᾧ κρατέων κ. τ. λ. *Grandiurbes o Syracuſae, in quibus Hieron curru felix, victoria potitus &c.* Vide, ſi placet, plura numiſmata Syracuſarum apud Begerium in *Theſauro Brandenburgico To. I. pag.* 380., & *ſeqq.* & apud Liebeium in *Gotha Nummaria num.* 11., 12., 13., & 147.

(10) Catana Urbs Siciliae, de qua Diodorus Siculus, & Strabo, quaeque Catina a Cicerone dicitur. Proſtat in ora Maris Jonii, ubi ſinus Catanenſis ad Amenem fluvium in Valle Demona. A Chalcidenſibus condita dicitur, teſte Euſebio, & a Carlo V. moenibus, & propugnaculis ſepta, prope radices Aetnae: Diſtat a Syracuſis in Sept. Meſſanam verſus L. mill. paſſ. Apud Plinium III. *Sect. XIV.* habetur Colonia Catina, eoque Colonos miſſos a Romanis, auctor eſt Strabo *lib. VI. pag.* 268., Auguſto imperante. Eam quoque Auguſtus inſtauravit, ut inferius idem Strabo teſtatur. Hinc apud Harduinium *loc.* ſupra *cit.* habetur numiſma cum Epigraphe ΚΑΤΑΝΑΙΑΝ ex

libitanus . termitanus . ſollentinus &c.

bitanus (12) , *Tremitanus* (13) , *Soletinus* (14) *&c.* (15) .

ADNOTATIONES

ex antica parte , ubi Apollo columnae iooititur ; poſtica vero Caeſaris Dictatoris , & Auguſti Capita . Alia etiam Numiſmata cum eadem Epigraphe ibidem cernuntur , in qoibus habeotur effigies Jovis Hammonis , Apollinis , Plutonis Proſerpinam rapientis , Caſtorum , ac Cereris , de cujus templo apud Catioenſes loquitur Cicero *Orat. IV. in Verr.* Si quis plura alia videre cupiat , adeat Begerium *Theſaur. Brandenburg. To. I. pag.* 390. , & Epiſtolam Raphaelis Tricheti Du Freſnei ad Petrum Seguinium *de Catanenſi nummo cum Charondae effigie* poſt *Selecta Numiſmata antiqua* ipſius Seguinii *pag.* 189.

(11) Aetna dicitur & Mons Siciliae maximus , & celebris ob ignes , quos evomit , & ipſa Urbs , quae antea *Ineſſa* dicebatur , quaeque Aetoa a Hierone Syracuſarum Rege fertur noncnpata . Eſt ad radices ejuſdem Aetnae Montis , & diſtat a Cataoa X. mill.paſſ. in Aquilonem . Apud Parutam *loc.* ſupra *cit.* habentur duo Numiſmata , in quorum una legitur ΑΙΤΑΙΩΝ , cujus antica pars Cereris caput ſpicis redimitum exhibet , poſtica cornu copiae ; in altero vero legitur ΑΙΤΝΩΝ , & adeſt Caput Apollinis cum diademate , parteque averſa cernitur Miles cum galea dextera haſtam , ſioiſtra clypeum gerens .

(12) Lilybaeum Promontorium Siciliae , quod in occaſum maxime extenditur reſpectu Pachyni , & Pelori verſus Aegades Inſulas . Eſt etiam Urbs Siciliae ad Promotorium ſita , de qua Ptolemaeus , & Plinios . A Romanis exciſa fuit , & ex ejns roinis Marſala aedificata . Diſtat L. mill. paſſ. a Panormo verſus meridiem , XII. a Drepano , XVIII. a Mazara in occaſum aeſtivum , & LXXX. ab Agrigento . A Cicerone *Orat.V.* in *Verr.* vocatur *Splendidiſſima Civitas Lilybaetana* . In ipſius onmmis apud Parutam , & Harduinium legitur ΛΙΛΥΒΑΙΙΤΑΝ , & in iis cercitur Apollo , vel ejus tripus , vel cithara , aut ſphinx cum rota. Idem Harduinius ibib. in *Nummis addendis pag.* 578.e Gaza Medicea profert nummum Lilybaetanorum cum capite Pompeii velato , in cujus averſa parte exſtat Epigraphe ΑΤΡΑΤΙΝΟΥ . ΠΥΘΙΑ . *Ludi Pithii* , edente *Aratino* ; qui forte erit L. Sempronius Atratinus , qui Coofulatum geſſit anno Urbis DCCXX., poſtquam Antonius eo ſe Magiſtratu abdicavit, de qua re vid. Dionem *lib.XLIX.* Alium nummum retulit Begerius in *Theſ. Brandenburg.To.I. pag.*311. Apud Gruterium *pag.* C. *n.* 10. exſtat Inſcriptio , in qua habetur : RESPUBLICA. LILYBAETANORUM,quaeque etiam alibi refertur , ſed quae tamen male olet Maffejo in *Arte Critica Lapidaria lib. III. cap. IV. col.* 468. Aliam Epigraphem MUNICIPII . LILYBITANORUM . apud Maffejum *loc. cit.* pollicetur Sebaſtianus Donatius Lucenſis in *Supplemento ad Novum Theſaur. Inſcript. Muratorii Claſſ. XVI.* Heic nunc adnotare operae pretium ducimus , Paſchaſinum Lilybaetanorum Epiſcopum occaſione irruptionis Vandalicae facultatibus ſuis omnibus , & ipſa libertate excidiſſe , quum anoo 443. hoſtes captivum feciſſent , ut narrat Leo M. in ſuis Operibus *To.I. pag.* 412. , & refert etiam Tillemontius in Hiſtoria Imperatorum *To. VI. Art. XVII.*

(13) Tremitus Inſula Maris Adriatici , & una Diomedarum , quae ad Italiam pertinet , ſita eſt verſus oram Regni Neapolitani in Sinu Veneto , a qua aliae adjacentes Inſulae dicuntur Tremitanae . Vix X. mill. paſſ. diſtat ab ora Apuliae , & Provincia Capitaniatae . Ejus nummus apud Golzium , & Har-

& Harduinium inſcribitur ΤΡΕΜΙΘΟΠΟΛΙΤΩΝ, & in eo cernitur Neptuni tridens, cui delphin implicitus, atque ex averſa parte Neptunus. Stephanus *in Vrbibus* habet: Τρεμιθοῦς κώμη κύπρου. Cives Τρεμιθοπολῖται, Ptolemaeo Τριμηθοῦς.

(14) Soletum Oppidum Salentinorum in Sicilia, de quo Plinius *lib. III. ſect. XIV.* A Stephano ita deſcribitur: Σολοῦς πόλις Κιλικίας (lege Σικελίας) ὡς Ἑκαταῖος ἐν Εὐρώπῃ. ἐκλήθησαν δὲ ἀπὸ Σολοῦντος κακοξένου, ὃν ἀνεῖλεν Ἡρακλῆς. ὁ πολίτης Σολούντιος, καὶ Σολουντινός. *Solûs Vrbs Siciliae, ut auctor eſt Hecataeus in Europa; Sic autem ſunt appellati a Solunte, quem, cum eſſet in hoſpites acerbior, Hercules interemit. Gentile nomen Soluntius, & Soluntinus.* Situm eſt hoc Caſtrum Provinciae Hydruntinae, teſte Leandro, in Regno Neapolitano, & ſedet intra Apenninum Montem, VIII. mill. paſſ. ab Aletio in meridiem, Uxentum verſus XV. in colle, a Nerito vero X. in ortum Hydruntum verſus. Apud Parutam, & Harduinium exſtant nummi, qui inſcribuntur ΣΟΛΟΝΤΙΝΩΝ, quique modo exhibent Neptunum cum tridente, modo Jovem, modo Herculem. Sunt & alii nummi, quibus papilio inſculptus eſt cum Punicis characteribus, eo quod Phoenices, & Carthaginenſes cum Siciliam omnem olim, tum Soluntem inprimis tenuerunt, ut teſtatur Thucydides *lib. VI.*

(15) Non ubi nos Novellam hanc V. anecdotam terminavimus, ibi quoque eam terminat Ottobonianus Codex; quandoquidem *pag. 71. lin. 6.* Τῷ *Sollentinus* ſtatim adſuitur *ſloraci* &c; quod nihil aliud eſt, quam Clauſula alterius Novellae *de Poſtulando*, quae nihil commune habet cum hac noſtra V. anecdota *de Indulgentiis Reliquorum*. Ad quam Novellam clauſula haec pertineat, mox in adnotatione noſtra (1) ad eamdem oſtendere ſatagemus. Quod vero clauſula haec perperam Novellae noſtrae adhaeſerit, vel id tribuendum Librarii ipſius oſcitantiae non ab ea diſſimili, quam adnotation. (1), & (5) ad Novellam I. anecdotam ſuperius advertimus, vel potius Codicis antiquioris defectui, ex quo noſter exſcriptus olim fuit, quique forte ibidem corruptus, aut aliqua ratione lectu difficilis cum eſſet, Amanuenſis ea exſcribens, quae tantummodo a corruptione, vel ab alia injuria exempta deprehendit, ea ipſa, ignarus cum eſſet, ſubjungere, & copulare ſuperiori Novellae, cujus clauſulam deſideramus, ceteris neglectis, optimum duxit, nequaquam interim conſiderans, ea an bene, vel male adſuerentur, & an pedes capiti reſponderent. Ceterum dolendum nobis eſt, Novellam hanc noſtram V. anecdotam non ſolum Clauſula, ſed & aliis ſuis partibus intermediis exciſam eſſe, quandoquidem per ea, quae deſiderantur, nobis innotuiſſent alii Siciliae Populi, quibus Valentinianus debitorum remiſſionem indulſerat, tum pars debitorum, quam iiſdem relaxaverat, ac praeterea certo nobis patuiſſet ex conſulum ſubſcriptione, quo etiam anno Novellam hanc Valentinianus ediderat. Ceterum ex Epocha ſecundae Vandalicae vaſtationis, quae incidit in annum 440., tum ex inſcriptione hujus Novellae ad Maximum iterum Pr.Po, aliarum Novellarum ope, quae ad eumdem ita quoque ſalutatum diriguntur, quaeque temporis, quo prodierunt, notas exerunt, coniicere ſategimus ſuperiori noſtra adnotation. (2), Novellam etiam hanc noſtram forte anno 440., ipſo Vandalicae vaſtitatis tempore, niſi forte dicere velimus tempore poſteriori, emiſſam eſſe, id eſt vel anno 441; quo hoc honore tertia vice potitus eſt Maximus, vel anno 445; quo eumdem quarta vice obtinuit, ut hoc loci propterea peccatum id fuerit, quod in Novella III. Valentinianea culpavimus, in qua Maximus Pr.Po. II. dicitur, licet, ut cit. adnotation. advertimus, quarta vice huic muneri tunc praeeſſet, & Novella ipſa non niſi anno 445. emiſſa fuerit.

CLAU-

CLAUSULA ANECDOTA
NOVELLAE CONSTITUTIONIS
VALENTINIANI IMP.
AD FIDEM
VETUSTISSIMI MSS. OTTOBONIANI.

De Poſtulando II

Storaci pk̄. āā. inl̄ & p̄celſa magnificencia tua . lege

EADEM CLAUSULA
LECTIONI SUAE RESTITUTA.

De Poſtulando. Titulus II. [1]

Storaci [2] *Praefecte Cariſſime Auguſtorum. Inluſtris, & praecelſa magni-*

ADNOTATIONES.

(1) Si quis allud agens in *pag.* 71. Codicis Ottoboniani oculos conjiciat, omnino dixerit, Clauſulam hanc, quam modo nos ſejunctim heic ſiſtimus, pertinere ad Novellam II. Valentiniani anecdotam *de Indulgentiis Reliquorum*, quam nos ſuperius num. V. ſignatam publici juris fecimus; Quandoquidem ita eidem adhaeret, ut ad lineae *6.* medium ubi deſinit *Sollentinus*, ſtatim ſuccedat *Storaci* &c., tamquam unum, idemque proſequeretur argumentum, ut etiam ſuperius monuimus adnotation. (15); Atque hoc quidem contigit Brenckmannio, qui *cit.* ſaepius *Epiſt. pag.* 635. ſic ait. „ Sed *tit.* 7. (dicere debuerat *tit.* 1., nam Novella, quae in vulgatis editionibus proſtat ſub *tit. VII. de Indulgentiis Reliquorum*, alia omnino eſt ab ea, quam ipſe memorat ex Cod. Ottob., & quam nos ſuperius num. V. nunc primum edidimus, ut etiam ibid. adnotation. (16) advertimus) „ Novel- „ lae ineditae de Indulgentiis Reliquo- „ rum in contextu Conſtitutionis eſt „ idem Storacii nomen, *Storaci* P.K., „ hoc eſt, *praefecte kariſſime*. „ Verum ſi quis verborum ſenſa, quibus duo haec legum Novellarum fragmenta coaleſcunt, perpendat, ita eadem diſſimilia videat inter ſe, ut inter argumenta utriuſque inſigne diſcrimen ſentiat eſſe adſtruendum. Quid enim *Indulgentiae Reliquorum*, de quibus res eſt in fragmento ſuperiori, commune habent cum poſteriori, ubi lex fertur *de Poſtulando*? Quare non audacter omnino nos facturos, arbitramur, ſi Clauſulam hanc tribuerimus illi Novellae fragmento, quod primus vulgavit Cuiacius *Obſervat. lib. XVI. cap.* 22. ex lacera quadam ſcheda, ſed tamen antiqua, quae involucro libri cujuſdam Theologici erat adglutinata, quodque idem in Pariſienſi edit. anni 1586. inter Novellas Marciani iterum recudit, ac dein Gothofredius inter Novellas Valentinianeas num. XVI. cum praefixo titulo *de Advocatis non perpetuandis* poſtea edidit, ac tandem Ritterius omnium poſtremus exhibuit inter Novellas Marcianeas *Tit. V.*, Utro-

lege salubriter constituta edictis ꝑpriis in universoꝝ.

magnificentia tua, lege salubriter constituta edictis propriis (3) *in*

ADNOTATIONES

bique enim agitur *de Postulando*, & qui Storacius Pf. P. in Cuiaciano fragmento compellatur, idem & Praefectus Carissimus Augg. salutatur in nostro. Quis revera & Cuiaciani fragmenti, & alterius nostri, quae unum, idemque sunt, habendus sit Auctor, juvat nunc inquirere. Jam patet, Cuiacium, & Ritterium in ea esse sententia, ut ad Marcianum pertineat, Gothofredium vero potius in eo esse, ut Valentiniano III. adscribatur. Nos interea nihil vel Virorum hujusmodi auctoritati, vel conjecturis ceteris tribuentes, sed tantum Ottoboniani nostri Codicis auctoritate ducti tum Cuiacianum, tum nostrum Novellae fragmentum Valentiniano accensemus. In Indice enim Titulorum, sive Rubricarum, ut ajunt, Novellarum Valentiniani, quem Codex Ottobonianus *pag. 69.* praefesert, quemque nos cum ceteris aliarum Novellarum Theodosii, & Majoriani Indicibus mox exhibere statuimus, recensetur *num.* II. Titulus *de Postulando*, quem nos etiam illinc mutuatum in fronte fragmenti hujus nostri exhibuimus, ut proinde sicut hic Titulus in Indice post primum *de Indulgentiis Reliquorum* subsequitur, ita & in corpore Novellarum post Novellam II. Tituli illius primi collocandum fuisse appareat, quemadmodum revera ibidem exstitisse, ita certum est, ut Amanuensis incuria, vel alia quacumque culpa perperam laudatae Novellae adhaerere potuerit, tamquam una, & eadem res esset; quod sane propinquitatis illius, quae in Indice patet, argumentum certissimum haberi debet. Quare laudandus Gothofredius, qui licet hoc momento destitutus, quod nobis Ottobonianus Codex suppeditat, Valentiniano potius, quam Marciano Cuiacianum illud fragmentum attribuit; Verum dempta inscriptione illa *de Advocatis non perpetuandis*, quam ipse de ingenio effinxit, amplectenda imposterum erit illa *de Postulando*, quam nobis Codex Ottobonianus patefacit. Deinde adest & aliud, quod suadeat, ad Valentinianum utrumque fragmentum esse referendum, nempe quod in utroque Storacius memoretur; quem quidem si alterum ab Asporacio, sive a Sporacio illustri Viro Orientali probavero, quemque si & Praefectum Urbi Romae, & Praefectum Praetorio Italiae evincam, ut enitar inferius, jam certo certius erit, utrumque fragmentum, ubi ipse compellatur, auctorem habere Valentinianum, qui cum Occidentale imperium teneret, constitutiones suas ad Occidentalem etiam Magistratum ipsum Inscribere oportebat, quod dicere absurdum esset de Marciano, cui Orientales res cum Orientalibus Viris tractandae erant. Insuper locus additur, ex quo Novella emissa est, nempe *Roma*, quod sane argumento est, Valentinianum ejusdem Novellae Auctorem fuisse, non autem Marcianum, qui *CPoli* eamdem dedisset, ubi insidere consueverat. Tum accedit annus 454., quo hanc Novellam emissam novimus ex nostro fragmento, quique haud prohibet, quin ejusdem auctorem Valentinianum censeamus, qui anno dumtaxat sequenti 455., instigante Maximo, a Trasila, & Optila Aëtii militibus occisus est. Ceterum nisi in Codice Ottoboniano Titulus II. *de Postulando* exstiteret inter Novellas Valentinianeas, nisi in Cuiaciano, & Ottoboniano fragmento haberetur Storacii nomen, nisi Storacium hunc nostrum ab Asporacio Orientali diversum crederem, nisi demum & locus, & annus Novellae prorsus Occidentali Imperatori, & nominatim Valenti-

ſoꝝ . faciet ꝑvenire noticiã . ut quid erga ſervanda .

in univerſorum faciet pervenire notitiam, ut quid erga ſervanda

ADNOTATIONES

lentiniano congruerent, quae ſane argumenta magni momenti ſunt, facile in eorum ſententiam veniſſem, qui Marciano ſuffragantur. Licet autem heic Ritterius ingerat, Novellam hanc adverſari Novellae inter Theodoſianas XVI., quae Advocatis Provincialibus poſtulandi perpetuitatem indulſerat, facile tamen ſentiet Lector, id dumtaxat dicendum de noſtra Novella I. anecdota, quae hoc revera ſancivit; quae quoniam, ut vidimus, Novellae inter Theodoſianas modo XVI. clauſulam ſuam commodavit, id impoſterum detrimenti ſemper eſt paſſa, ut quod de ea ſolum dici debebat, id de altera perperam, & temere praedicaretur. Vid. Adnotation. noſtram (1) ad laudatam Novellam I. Theodoſii anecdotam, & ipſam quoque Novellam, quam nunc recitatis momentis a Valentiniano per alteram, cujus nos poſtremam partem proferimus, abrogatam cenſemus. Neque tamen (ut nihil intactum relinquamus) diſſimulandum eſt, quod ait Ritterius, Cuiacianum ſcilicet Novellae fragmentum revera Sporacio PF. P. Orientis inſcriptum fuiſſe, & a Marciano pariter Orientis Imperatore profectum, quod oppoſitum ſit Novellae Theodoſianae, quae Advocatis Provincialibus in Oriente dederat perpetuitatem actionis, quaeque cum propterea Occidentales Advocatos minime reſpiceret, ſuperfluum dein, quin potius minime neceſſarium Valentiniano fuiſſe, eamdem ab ipſo in Occidentalibus imperii partibus abrogari, ubi auctoritatem obtinere nequiverat. Aſt ſane confirmare Leges, quae latae erant ab Imperatore Orientis, conſueverat alter Occidentis, niſi ejus partibus eaedem damnoſae cenſerentur, ut patet ex *l.* 158. *de Decurion.* Huc accedit, quod revera Theodoſius Valentiniano commendavit ſui ipſius Novellarum Legum in occiduis partibus publicationem, ut teſtatur Novella Theodoſii ſecunda, ubi ſic Valentinianum alloquitur: *Quia igitur diverſis emergentibus cauſſis, per hoc tranſacti temporis intervallum ferri leges alias emergentium rerum neceſſitas perſuaſit, quae nobis perpetua rerum publicarum occupatione diſtrictis, ad ſcientiam perferri tuae majeſtatis minime potuerunt, neceſſarium duximus, has nunc ſaltem univerſas tuae Serenitati cum noſtrae majeſtatis ſubnotatione tranſmittere: quo ſubjectis, & provinciis, & populis ſolenniter innoteſcant, earumque vis etiam in occiduis partibus incipiat obſervari.* Huic Theodoſianae Conſtitutioni reſpondet Valentinianus altera Novella inter Theodoſianas, ut fert nunc Ritteriana editio, XXXV., quae eſt *de confirmatione Legum Novellarum Divi Theodoſii*, & in qua idem Imperator praecipit, ut leges Theodoſii poſt Codicem latae in Occidentalibus Provinciis attendantur, *ut ſicuti uterque orbis individuis ordinationibus regitur, iiſdem quoque legibus temperetur.* Tandem rem omnem conficit altera Valentiniani Novella in Lipſienſi Editione X., ubi Imperator perpendens defectum Cauſſidicorum, Judicum, & Juris peritorum, quo ob fatalem hoſtium incurſionem Italia laborabat, ait: *Nam haec neceſſitas fecit perpetuitatem dari provincialibus advocatis.* Hinc ipſe Ritterius ibidem adnotat. (*s*) monet heic inui Novellam Theodoſii *de poſtulando, & de perpetuanda advocatione*, quam per Novellam XXXV. *de confirmat. legum Novellar. Theod.* in Occidentis imperio obſervandam quoque eſſe cenſuit Valentinianus. Quare poſtquam haec adnotavit Ritterius, mirari nunc contigit, eumdem modo ex eo difficultatem

da . advocatoꝝ tempora. diſpoſitio iuſta p̄fixe- rit.

vanda advocatorum tempora diſpoſitio juſta praefixerit & agno-

ADNOTATIONES

adſtroere , qua Valentiniano hanc de perpetuitate advocatorum abrogatoriam legem praeriperet , quod , cum pro Oriente lata fuiſſet conſtitutio *de perpetuanda advocatione* , ab Orientali etiam Imperatore altera , quae eamdem adimeret , eſſet proferenda . Si enim legem illam Valentinianus pro Occidentalibus Provinciis confirmaverat , cur etiam eamdem abrogare ipſe non poterat ? Sed quod Valentiniano utrumque Legis hujus fragmentum Cuiacianum ſcilicet , & Ottobonianum accenſendnm omnino ſit & argumenta protulimus , & difficultates , ſi quid videmus , praecidimus . Poſtremo dolendum remanet, quod neque ex fragmento Cuiaciano , neque ex noſtro quidquam integri , & perfecti conflari poſſit , quandoquidem multa intermedia deſiderantur , quae forte in apricum ex aliquo MSS. Codice poſterior aetas proferre poterit .

(2) Ex Antiquariis plerique , & Reineſius praecipue in eo ſunt , ut exiſtiment, litterarum quarumdam varietatem, quae in aliquo nomine contingat, nihil officere , quin nomen illud pro eo ipſo, quod ex partibus pluribus ſe prodat , vel quoquo modo proxime inſonet , haberi poſſit , aut debeat . Fabrettius contra in *Inſcr. Domeſtic. cap. IX. pag.596.*, ubi recenſet nomina gentilitia , quorum Gruterius non meminit , ita ab his diſſentit , ut licet omonymae inter ſe gentilitiae nomenclationes quaedam videantur , tamen ſi eaedem vel ipſa litterula , quae aut deſit , aut exuberet , aut antecedat , aut ſubſequatur , inter ſe differant , non eas in unam componendas cenſeat , ſed pro diverſis haberi velit . Quibus nunc nobis inſiſtere ſatius eſſet in judicio ferendo de Nominibus *Storacii* , *Stauratii* , *Sporacii* , *Aſporacii* , vel *Aſperatii* , ignoraremus quidem , niſi nos ceteris argumentis , quae ſuadent , Storacium ab Aſporatio , ſive a Sporacio eſſe diſtinguendum , magis ad Fabrettinam modo ſententiam amplectendam urgeremur . Ritterius quidem tum ad fragmentum Cuiacianum, cui ipſe , ut diximus , inter Novellas Marciani *Tit.V.* locum fecit , tum ad Novellam in Theodoſianas XLVIII.Storacium a Sporacio diſtinguendum contendit , & quoniam Novellam illam ſuam V. a Marciano editam putat , ita ibidem *Sporacium* legendum monet , ut eamdem ad Orientalem Virum ab Orientali Imperatore inſcriptam comprobet.Corſinius vero,cujus nuperam mortem dolemus, ubi de *Praefectis Urbi* , *pag.* 347. Storacium , & Aſporacium unum , eumdemque facile aſſerit . Brenckmannius dein *cit.* pluries *Epiſt. pag.* 635. ambigit , an iidem ſint diſtinguendi , atque de his nominibus quidquam certi definiri poſſe , negat . Nos vero , qui cum Ritterio Storacium a Sporatio diſtinguendum cenſemus, ut a primo initium faciamus , cujus nomen in Cuiaciano , & in Ottoboniano Valentinianeae Novellae fragmento modo occurrit , eum interea a Stauratio, ut in edition.Lugd., Rittershuſ. , & Gothofred. , quin & in Cod.Ottobon.ad Novellam inter Valentinianeas XI. *de honoratis &c.* legitur , minime diverſum affirmamus , quod argumento erit , nos haud omnino Fabrettii hac in re eſſe pediſſequos , cui vel una litterula diſſimilitudinem efficit. Storacius hic noſter fuit Praefectus Urbi Romae , ot etiam Corſinius *loc. cit.* adnotavit, anno V. C. 1196., Chriſti vero 443. , quod etiam patet ex Valentiniani Novella inter Theodoſianas apud Ritterium XLVIII. , ſive Codicis noſtri

rit. & agnuſcere valeant. & ſervare contendant.

agnoſcere valeant, & ſervare contendant. Data V. Kalen-

ADNOTATIONES

noſtri XI. Inter Valentinianeas, quam hoc ipſo anno emiſſam evincit conſulatus II. Maximi, & Paterii, quem ipſa gerit. Mirari tamen contigit, quod Brenckmannius *cit. Epiſt. pag.* 635., poſtquam de nominibus Sporacii, & Storacii nihil certi definiri poſſe dixit, ita ſubjungat „ Quin immo laud. *tit.* 45. in „ Mſſ. Ottobon. eſt *Albino* P. Po. „ Hoc enim falſiſſimum eſt; quandoquidem nos, qui modo Codicem Ottobonianum manu quotidie verſamus, ſancte teſtamur, ibid. *pag.* 84. *a tergo*, ubi ſub *Tit. XI.* occurrit Novella, quae eſt *de honoratis, & quis in gradu praeferatur*, quae nimirum in editione Gothofredii, cui haec ſcribens inhaerebat Brenckmannius, cernitur ſub *Tit. XLV.*, licet nunc apud Ritterium ſit *Tit. XLVIII.*, nullum veſtigium haberi *Albini P. Po.*, ſed perſpicuis characteribus legi: *Stauratio pc*, ideſt *p. u.*, *Praefecto Urbi*, quemadmodum etiam in ſalutatione inferius habetur: *Storaci* p.k.aa. Quo autem anno Praefectus Praetorio eſſe potuerit Storacius, ante Ottoboniani noſtri fragmenti inventionem, omnino ignotum erat, ut proinde etiam Ritterius ad Cuiacianum fragmentum, quod ſubſcriptione caret, hoc ipſum definire non audeat. Quare cum in fragmento noſtro Conſulatus Aëtii, & Studii occurrat, tuto, certoque hunc honorem anno 454. Storacio delatum pronunciamus. Verum nunc ad Sporacium, quem unum, eumdemque cum Aſporacio, vel Aſperatio cenſemus. Hic quidem fuit unus ex Judicibus Synodi Chalcedonenſis, ubi *Act. I.*, & 2. dicitur: Μεγαλοπρεπέστατος, καὶ ἐνδοξότατος κόμης τῶν καθοσιωμένων δομεστίκων Σποράκιος. H. E *Magnificentiſſimus, & glorioſiſſimus Comes devotiſſimorum domeſticorum Sporacius*. In *Cod. Juſt. lex* 3. *de domeſtic., & protector.* inſcripta eſt *Sporatio Comiti domeſticorum peditum*, quae cum die, & Conſule careat, referri nunc poterit ad annum 451., quo anno coactum fuit Chalcedonenſe Concilium ſub Leone Magno Rom. Pontifice, cui commode Sporacius tamquam Comes domeſticorum peditum interfuit. In *Annalibus* Baronii ad ann. 439. Sporacius Comes domeſticorum adjutor Theodoreto adjungitur contra Chryſaphium, cujus arbitrio Imp. Theodoſius movebatur; Verum Pagius ibid. ad ann. 452. emendat Baronium, quod ad Epiſtolam Theodoreti 97. datam anno 449. appellet Sporacium Comitem domeſticorum, cum tunc Comes tantum fuerit, & Comes domeſticorum renunciatus poſtea fuerit, nempe anno 451., quo habita eſt Chalcedonenſis Synodus, ut ſupra monuimus. Anno vero ſequente 452. Sporacius factus eſt Conſul in Oriente, cui Herculanus comes fuit in Occidente, ut patet ex *Faſtis* Relandi, & Almeloveenii, ex *Chronico* Proſperi, & ex Pagii *Critica To. II. pag.* 355. Quare *l.* 2. *Cod. Juſtin. de Conſul.*, quae data eſt hoc anno 452., ita inſcribitur: *Aſporatio Com., & Conſuli*. Laudati pluries Benedictini Monachi in Novo Tractatu Diplomatico *To. V. Part. VI. pag.* 634. memorant epiſtolam Marciani contra Haereticos, quam ita ſubſcriptam aſſerunt: *Datum III. Idus Martii Conſtantinopoli Sporatio Viro Clariſſimo, & qui fuerit nunciatus, Conſulibus*; Quod argumento eſt, Sporacium fuiſſe revera Orientis Conſulem, quem memorare proinde Marcianus potuit; omiſſo interim Herculano Occidentis Conſule, quem ſubdenotat formula illa *& qui fuerit nunciatus*, quod ſcilicet nondum Conſtantinopolim de Herculani deſignatione nuntium allatum eſſet.

De

dant. Dāt. V K✝ nob Romā. etio & ſtudio conſoleb.

lendas Novembris Roma. Aëtio, & Studio Conſulibus (4).

ADNOTATIONES

De formula hujuſmodi, quae in aliis Novellis occurrit, conſule, ſi placet, du Freſneium in *Gloſſar. Graec. voc.* *ὕπατοι*. Ad hunc Sporacium exſtat etiam, ut diximus, Theodoreti Epiſtola 97., qui ejus intuitu Libros V. *Haereticarum fabularum* exaravit, ipſique nuncupavit. Ex his, quae hucuſque protulimus, duo pro re noſtra juvat colligere; primum quidem Storacium, & Sporacium duos eſſe diverſos Viros, quandoquidem cum unus in Occidentali Imperio Praefecturam Praetorianam, & Urbanam obtinuerit, ut ſupra monuimus; alter vero in Oriente & Comes domeſticorum peditum, & Conſul fuerit, facile apparet, eum, qui Magiſtratus Romae geſſerat, haudquaquam aliis potiri in Oriente potuiſſe, & viciſſim,ut proinde &Corſinii ſententiam emendatam, & Brenckmannii dubietatem ſublatam habeamus. Hoc quidem facile omnes credent, iique praeſertim, quos non lateat, duos etiam eodem tempore Aëtios fuiſſe, quorum unus in Occidente, alter in Oriente agebat, ac proinde primo Novellam XXIV. inter Theodoſianas, ubi Actius dicitur errore Amanuenſium, ut monuit Cuiacius, & poſt eum Ritterius, Valentinianus inſcripſit, alteri vero legem 1. *de imaginib. imperialib.* Theodoſius Junior commendavit. Deinde illud etiam eruitur, quod Cuiaciani, & Ottoboniani fragmenti Valentinianus Auctor exſtiterit; Si enim quem Storacii nomine inſignitum noverat Ritterius ad Novellam XLVIII.,eumdem etiam ſimul Praefectum Urbi Romae ibidem ſalutari, eique a Valentiniano Novellam inſcribi percipiebat, qui poterat dein illum ipſum, quem in Cuiaciano fragmento Storacium Praefectum Praetorio compellari deprehendebat,in Sporacium vertere, & Mſs. ipſius fidei vim inferre, ut Orientalem Virum in Scenam produceret, cui propterea Orientalem Auguſtum pro ſuo lubitu conſtitutionem illam inſcribere non dedeceret?Quare cum Storacius a Sporacio ſit diverſus,ut nobiſcum etiam ſentit Ritterius, & cum Valentinianus huic noſtro tamquam Pf. Urbi Novellam XLVIII. inſcripſerit, conſequens eſt, huic ipſi etiam poſtea tamquam Praefecto Praetorio Italiae hanc noſtram Novellam *de Poſtulando* potuiſſe inſcribere, cujus ipſe proinde ſolum auctor fuerit, ut adnotatione noſtra (1) probare conati ſumus; eo vel magis, quod juvat nunc advertere, hoc ipſo anno 454. Praefectum Praetorio Orientis fuiſſe Palladium, quemadmodum patet ex Novella Marciani III. *de Matrimoniis Senatorum*,quae data ſcilicet legitur *Aëtio, & Studio* VV.CC. COSS., ut proinde nequaquam potuerit Marcianus Novellam *de Poſtulando* eodem hoc anno emiſſam *Sporacio* tamquam Pf. P. Orientis inſcribere, ſed potius Valentinianus eamdem *Storacio* Pf. P. Italiae revera inſcripſerit, a quo ſane alium hoc honore inſignitum, vertente anno 454., videre nobis nequaquam contigit.

(3) Principio quidem aliquid mendi latere, quod Amanuenſis culpa irrepſiſſet, putavimus in voce *propriis*, quum & in Novellis anecdotis, quas nos modo protulimus, tum in ceteris, quas vulgatas jamdiu habemus fere ſemper legere occurrat *edictis propoſitis*.Ceterum cum animadvertere contigerit, etiam Praefectis Urbi, & Praetorio id fuiſſe auctoritatis, ut edicta condere poſſent, pro voce illa *propriis* ita nunc pugnare parati ſumus, ut non aliter forte

forte esse legendum, contendamus. Patet enim, eosdem legibus cauta firmasse, quae oraculi auctoritate praelata iis fuerant, unde subscriptiones hae prodierunt: *Data Epistola Praefecto, cui haec sacra fuerat antelata l.6. de cohort. Missa a Praefecto Praetorio l. 3. ne quid publ. Data Epistula P.P. l. 8. de Numerariis.* Gutherius quoque *de Offic. Dom. Aug. lib. I. cap. 33.* docet, exstitisse Mandata Praefectorum Praetorio, & Proconsulum, quae ad Rectores Provinciarum, aut Civitates dirigerentur. Hinc Paullinus in Vita Divi Ambrosii: *Laetabatur Probus Praefectus, quod verbum ejus in Ambrosio impleretur: dixerat enim proficiscenti, cum mandata ab eo darentur, ut mos est: Vade, age non ut Judex, sed ut Episcopus*. Proconsulum vero mandata, quae extraordinaria essent, legato data sunt, ut constat ex *l. solent. ff. De Offic. Proconf.* Caput Mandatorum, quod Antoninus Pius, cum Asiae praeesset, sub edicto proposuit, habetur *l. 1. Cod. de Irenarch.* Edicta autem duo Turci Aproniani V. C. Praefecti Urbi legi possunt apud Gruterium *pag. 647. num. 6.*, & 7., in cujus primo habetur: EX. AVCTORITATE. TVRCI. APRONIANI. V.C. PRAEFECTI. VRBIS. Hinc Novella inter Valentinianeas X. Imperator Firmino PF. P. imperat, ut *saluberrimam sanctionem* programmate suo *ad universorum faciat notitiam pervenire*. Quare si Praefectis Praetorio, & Urbi, tum & Proconsulibus edicta, mandata, & programmata condere licuit, quid nunc obstabit, quominus Valentinianus heic praecipiat Storacio Praefecto Praetorio, ut quae *lege salubriter constituta* fuerant (nisi legere mavis *legem salubriter constitutam*) EDICTIS PROPRIIS *in universorum faciat pervenire notitiam*? Huc accedit, quod ubi in editione Ritteriana ad Novellam VI. inter Valentinianeas *de Libertis, & successionibus eorum* legitur: *propositis evidenter edictis cunctorum sensibus aequitatem nostrae legis insinuet*, in Codice Ottoboniano legitur: *propriis reverenter edictis*, cui consona sunt Mss. Wurceburgense, & Gothanum, Editio Sichard; Lugd., Rittershus., & Gothofred., ipso etiam Ritterio fatente adnotation. (o). Tandem his jam exaratis, incidimus in Novellam XLVIII. inter Theodosianas, ubi Valentinianus Imperator Albino Pr. Po mandat, ut *justissimam legem* PROPRIIS vulget EDICTIS; Cui addi potest Novella inter Valentinianeas V., ubi Imp. vult, ut Albinus pariter ipsius legem *innotescere* PROPRIIS jubeat EDICTIS, ut habet Cod. noster Ottobon., licet tamen in editis legatur *propositis*; quod occurrit etiam ad Novellas inter Valentinianeas VI., & IX., ut suo loco monebimus. Vid. etiam Brissonium *de Formulis lib. III. cap. 63.*

(4) Consulatus Aëtii, & Studii, cujus mentionem pluries in adnotationibus superioribus fecimus, respondet anno V. C. 1207., Christi vero 454. Primus, qui Flavius Aëtius dictus est, fuit Consul in Occidente, de quo vide *Prosopographiam Cod. Theod.*, & Ritterium adnotation. (y) ad Novellam inter Marcianeas IV., qui eum ab alio Aëtio, de quo dixit ad Novellam inter Theodosianas XXIV., diversum facit, ut etiam superius innuimus. Aëtius noster hoc anno 454. fuit Consul iterum, quandoquidem fuerat etiam antea Consul primum anno 432. cum Valerio, quod docet *l. ult. de his, qui ad Eccles. confugiunt*, quae ita subnotatur: *Valerio, & qui fuerit nunciatus*, quia scilicet nondum ad Aulam CPolitanam rumor de Aëtii consulatu in Occidente pervenerat. Vide Pagium *in Crit. ad Annal. Baronii ann. 432. num. 1*; & Gothofredium ad *l. 1. de imaginib. Imperial*; qui ex Frigerido apud Gregorium Turonensem *Hist. Francor. lib. 2. cap. 8.* multa disserit de ejus honoribus. Alter vero, qui Flavius Studius dictus est, fuit Consul in Oriente, dictusque etiam est Astorius, & Asterius, de quo vide *Prosopographiam*, quae tamen silet de ejus Consulatu, cum nulla Codicis Theodosiani lex eumdem hoc honore insignitum praeseferat. Hic fuit etiam Comes Rerum Privatarum ann. 401., tum Praefectus Urbis CPolitanae ann. 404., ut pluribus

ribus laudati Codicis legibus evincitur. Hinc habetur Joh. Chrysostomi Epistola inter Savilianas LVII. *Tom. VII. pag.* 197., & inter Frontonianas CXCVII. *pag.* 291., quae inscribitur Σπουδαίῳ ἐπάρχῳ τῆς πόλεως, qua eum de morte Fratris consolatur. Vid. Theodorum Romanum Diaconum apud Palladium *in Dialog. pag.* 11. *To. XIII. Oper. Chrysostom.* Edit. Benedictin. in narratione de exilio ejusdem Chrysostomi, & de incendio Urbis CPolitanae, ubi de Studio multa memorantur. Monitum jam est a nobis suis locis superius, per hujusmodi Consulatum duo nobis praecipue innotuisse tum annus, quo emissum fuit Cuiacianum fragmentum, quod alterius nostri pars est, ut vidimus, tum annus, quo Praefecturam Praetorianam Storacius gessit, de quo ambigebat Ritterius. Verum haec ita abunde superius tractavimus, ut heic nunc minime opus sit in iisdem denuo immorari.

NOVELLARUM ANECDOTARUM THEODOSII, ET VALENTINIANI

FINIS.



INDI-

I N D I C E S

T I T U L O R U M   N O V E L L A R U M

THEODOSII JUNIORIS

VALENTINIANI III.

E T

M A J O R I A N I   I M P P P.

A D   F I D E M

VETUSTISSIMI MSS. OTTOBONIANI

Additis insuper variis lectionibus ex eodem Mss. depromptis, quibus editae Novellae restituuntur, & emendantur.



TITULI LEGŨ NOVELLARŨ

DIVI THEUDOSIANI AUGUSTO.



Titulus I.

DE Theudosiani codecis auctoretate & de legibus. que late sunt. post theudosiano Divi Theudosi augusti.

UT ordo pateat, quo Tituli Legum Novellarum tum Theodosii, tum Valentiniani, & Maioriani (desunt enim Novellae Marciani, Severi, & Anthemii) in Ottoboniano Codice disponuntur, tum ut & de eorumdem numero constet, simulque Rubricarum ipse conceptus, & varietas innotescat, statuimus Indices Titulorum hujusmodi nunc heic exponere, & quidem ita accurate, fideliterque, ut cum ipsis mendis, quibus in Codice scatent, prodire sinamus. Raro quidem etiam rectam subjiciemus lectionem, quandoquidem idiotismi ejusmodi facile a quocumque emendari possunt, & ab eo praesertim, qui, iam expensis Novellis anecdotis, quas ad fidem ipsius Codicis, recta lectione subjecta, superius exhibuimus, inconcinnae scriptionis hujusmodi praecipuas rationes, & mores deprehendere facile potuit. Quare initium facimus a Titulis Novellarum Theodosii Junioris, qui recen-

ſeri incipiunt in praefato Codice ad calcem *pag.* 23. *a tergo* poſt *Legem Romanam*, quam infra proferre ſtatuimus. Rubrica porro haec Tituli I. Novellarum Theodoſii ſola ſuperfuit ex Indice Novellarum ipſius Imperatoris, quandoquidem Codex Ottobonianus mancus eſt duabus paginis, quibus rubricae Titulorum hujuſmodi Novellarum recenſebantur, ut proinde ceteras rubricas ſubſequentium Titulorum colligere coacti fuerimus ex unoquoque Titulo, qui in corpore proſtat, & cui eaedem praeponi conſueverunt. Cum Codex numeratione paginarum diſtinctus fuerit poſt reſectam chartam illam, quam diximus, hinc eſt, quod Novella I. legatur *pag.* 24., licet non integra prorſus; deeſt enim Rubrica, quam nos ex Indice protulimus, tum ſalutatio: *Impp. Theodoſius*, & *Valentinianus AA. Florentio PF. P. Orientis*, ut in editis nunc cernitur; ac tandem prima ipſa verba, quibus Novella auſpicatur: *Saepe noſtra clementia dubi.....* Cetera ſiquidem proſequuntur in Codice. Juvat vero nunc variantes Lectiones heic ſubjicere, ut etiam poſt ſingulas rubricas perficere ſatagemus, quibus multa loca tum primae hujus Novellae, tum etiam ſubſequentium mire ſuppleantur, & illuſtrentur. Titulus hic primus revera multis mendis inquinatus circumferebatur, nec ſane nunc omnino emendatum conſpicimus. Monachi Benedictini Sancti Mauri in Novo Tractatu Diplomatico *To. III. Part. II. Sect. IV. Cap. VI. Art. II. pag.* 294. affirmant, Titulum hunc, qui legitur in Cuiaciana editione anni 1586., inſigniter differre ab eo, qui habetur in Cod. Regio Pariſ. Saec. VIII. ſignato *num.* 4403., ubi folio eiuſdem 125. ita legitur: *Incipit Liber Novelle bis divi Theodoſii Auguſti I. ait de Theodoſiani Codicis auctoritate. Imperatores Teudoſius*, & *Valente Auguſti Florentio Viro inluſtri Orientis*. Heic laudati Monachi pro *Valente* reponunt *Valens*, aſt *Valentinianus* legendum eſſe, nemo eſt, qui non videat. Verumtamen nos in eo nunc erimus, ut ex noſtro Ottoboniano Mſs. Variantes Lectiones, & ſane exſtan-

tiores

tiores dumtaxat eruamus; quid enim juvat chartas onerare mendoſis lectionibus, quae nullam lucem, nullumque afferant adiumentum? Spurias, ac ſuppoſititas lectiones omnes Brenckmannii, quin etiam Ritterii, ſive potius Goetzii (cui Ritterius Ottoboniani Codicis varias lectiones *in Pracfat.* ad *To.VI. Part. II.* refert acceptas) eas ſcilicet, quas mendaciter ſe ex Ottoboniano Mſs. exhibere profitentur, expungemus, & conclamabimus, ut ſuus veritati ſtet honor, & dignitas, neque indiligentiae, tum falſitati ſimul robur, ac fides ex vetuſtiſſimi Codicis auctoritate adjiciatur. Tandem monendum ſupereſt, nos eadem Codicis σφάλματα etiam in ipſis variantibus lectionibus deſcribendis ſervaſſe, licet tamen lectiones hujuſmodi mendoſae ſint orthographiam, & ſyntaxim tenus, ſed interim perpetuo ita ſint quod ad ſenſus concinnitatem accuratiores iis, quae in editis circumferuntur, ut eaedem mire, luculenterque per has ipſas emendentur, ac priſtinae reſtituantur integritati; Ceteras vero, quae nil praeter menda Amanuenſis (& qui Codex eſt, qui iis careat?) praeſeferunt, quaeque corruptiores ſunt iis ipſis, quas impreſſi Codices continent, conſulto praetermiſimus. Id ſcilicet monitum voluimus, ne, ſi peccata nonnulla in latini ſermonis orthographiam, & ſyntaxim naſutus aliquis cenſor deprehenderit, ea vel inſcitiae, vel ſocordiae noſtrae imponat, neve aequior alter potius Typographo, ut fieri ſolet, attribuat, cum neuter in culpa ſit. Et quoniam variantes lectiones noſtras Romanis numeris digerere conſtituimus, hinc ſtatim ſiſtitur

I. Rubrica ipſa, quam ſupra exhibuimus, & ad quam Lectores noſtros provocamus, longe plenior eſt ea, quae in editis circumfertur, ſcilicet: *De Theodoſiani Codicis auctoritate*.

II. *Sui notitiam* humanetatis *ingeniis interclusit*. In editis: *ſui notitiam* humanis *ingeniis interclusit*.

III. Ritterius in adnotation. (*l*) dicit, Mſs. Wurceburgenſe, & Ottobonianum habere *delegamus cauſas* pro eo, quod in editis legitur *delegata cauſſa*; Verum, quiquid ſit de Mſs. W., certum eſt, in Ottob. legi *delegata cauſa*.

IV. Iterum Ritterius adnotation. (*x*) ait, legi in Mſs. W., Ottobon., & Gothano *nihil poſt*; Verum, miſſis ceteris, in Ottob. Mſs. clariſſime legitur *nulli poſt*.

V. Dein Ritterius tertio abutitur Ottob. Cod. fide, dum adnotation. (*bb*) in eo, & duobus ſupra recitatis Codd. legi ait: *lucis* gratiam *mutati*, cum in Ottob. perſpicue habeatur: *lucis* gracia *mutati*.

VI. Ingerit quarto Ritterius adnotation. (*bb*) cerebroſam lectionem Ottob. Cod. in verbo *credimus*, cum ipſe habeat *crededemus*.

VII. Pro-

VII. Provocat randem quinto Ritterius adnotation. (*kk*) ad Ottob. Cod. fidem in iis; *abundequesufficiet*; cum tamen mendosius ibidem prostet *fiatabundiquesufficiat*. Haec levia, sed adnotare operae pretium duximus, ut mendaciis fides, quam non merentur, abrogetur.

VIII. Postremo tandem monere oportet, in Codice nostro post verba *aliove in loco* haberi partem clausulae Novellae III. Theodosianae *de Judaeis, Samaritanis, Haereticis, & paganis*, initio sumpto ab iis verbis *quae insatiabile catolice religionis honore* usque ad finem. An id factum fuerit, quod Codex noster ex antiquiori mutilo, & corrupto exscriptus fuerit, vel quod Amanuensis oscitanter oculis aberrans, inter mediis relictis, ad inferiora se contulerit, definire non audeo. Arbitror tamen, forte Novellam *de Judaeis &c.* in Codice nostro fuisse II., aut III. loco recensitam, ut etiam modo cernitur, quandoquidem in Codice nostro deest etiam Novella *de Confirmatione Legum Novellarum Theodosii A.*, quae II. loco afferri consuevit, aut, quod probabilius existimo, Novellam, quae est *de Judaeis*, II. loco fuisse exaratam, alteram vero, quae est *de Confirmatione &c.*, utpote Titulo I. affinem, sub eodem positam fuisse; Quod etiam indicio est numerationis ipsius error, qui habetur in nostro Codice, quique in titulorum recensione occurrit post numerum IIII., Subsequitur namque VI. pro V., & VII. pro VI., & sic deinceps, ut proinde suspicari facile possimus, principio quidem, Amanuensem ordinis sollicitum numerationem ad rationem Codicis, quem exscribebat, exegisse; verum deinde alio mente conversum antiquioris Codicis, quem tractabat, numerationi, priore relicta, inhaesisse. Piget nos quidem minutiora haec consectari; sed ne diligentiae parum respondere videamur, quae a Codicum Editoribus postulari solet, neve incuriae quis nos incuset, si ea a nobis negligantur, quibus quandoque multa discrimina dirimuntur, facile nos ad id molestiae, laborisque conformavimus. Ceterum nisi Codex caruisset Indice Titulorum, ut superius monuimus, conjecturis hisce parcere potuissemus. Quapropter mendum hoc Amanuensis tanti fuit, ut Brenckmannium *cit. epist. de Consulib. &c. pag.* 622. adduxerit ad explodendam veterem subscriptionem Novellae I., ut eidem alienam, quae per errorem in Ottobonianum Mss. irrepsit, substitueret. Consulatus quidem, quem emendat ex Codice Ottoboniano, licet revera Novellae huic I. non subnotetur, cum, uti vidimus, ex Novella *de Judaeis* III. mutuatus errore Amanuensis eidem adhaeserit, tamen, quoniam ibidem insuper peccaverat Amanuensis, ut perperam exscribens clausulam Novellae III. *de Judaeis &c.*, quae Consulatu Theodosii XVII. emissa est, Consulatum eumdem in XVI. converteret, qui commode Novellae I. recte convenit (quum scilicet sub hoc Consulatu, anno nempe 438. ipsa prodierit, & Codex etiam Theodosianus vulgatus fuerit) fortuiti idcirco casus beneficio contigit, ut recte se habeat, nec etiam primam Novellam dedeceat. Ritterius quoque adnotation. (*g*) Consulatum Theodosii XV., qui in vulgatis Codicibus Novellae I. adsuitur, in XVI. Ms. Ottoboniani auctoritate convertit; ut proinde etiam ipse eidem fortuito rei concursui debeat quod in errorem prolapsus non fuerit. Verum Brenckmannius non de solius anni emendatione contentus ultra processit, & diem quoque, qui in Ottoboniano Codice legitur, nempe *prd. Kl. febr.* obtrudit pro altero, qui apud Gothofredium habetur, nempe XV. *Kal. Martii*, qui sane unice retinendus est, ne huic nostrae Novellae alienus dies accedat, neve Novellas duas, I. scilicet, & III. eodem die prodiisse dicamus, quas jam nec eodem quidem anno emissas novimus.

TITULUS II.

Ne duciani vel limitanei milites ad comitatū exhibeantur.

Qui in Ottoboniano Codice II. locum Titulus tenet, apud Gothofredium censetur sub *n.* XLIII., apud Ritterium vero sub *n.* XLVI. Verum nunc accipe varias lectiones.

I. *Ut inter privatam. vitâ. & militarem scientiam neutri* noscantur. In editis: *Ut inter privatam vitam, & militarem scientiam neutri* nascantur. Rittershusius edidit, ut in Cod. Ottob.

II. *Victura in omne euum lege sancimus*

mus niminem ducianum . niminem limitaneum . militem per totum tractum orientis ex ultimis . foiitudinibus . *qui exbiguit . folatiis . vix aegre* que *miferam famem repellunt &c.* In editis: Quamobrem *victura in omne aevum lege fancimus , neminem ducianum , neminem limitaneum militem per totum tractum Orientis ex ultimis* folicitudinibus , *qui exiguis folatiis vix aegre miferam famem repellunt*. Forte Amanuenfis incuria prior vox abeft a noftro Codice; Verum ceteras ipfius lectiones , quae ab editis difcrepant , accuratiores omnino habeas.

III. *Vel cujus libet fententiâ* iudicantis . In editis : *Vel cujuslibet fententia* Iudicis .

IV. *Difpofitionibus infuper integris . viri magnifici* cuftodiendis *in pofterum*: In editis: *Difpofitiauibus infuper integri Viri magnifici* cuftodientes *in pofterum* . Ritterius adnotation. (*g*) monet fcribendum *cuftodiendis* , fed non provocat ad Cod. Ottob.

V. *Verum ne conditionem militum* predictorum *in quandam* artem. *videamur quodammodo conlocaffe* . In editis : *Verum ne condicionem militum in quandam* arcem *videamur quodammodo conlocaffe*. Codex Ottob. vocem *predictorum* , quae abeft ab edit. , nunc fubminiftrat ; Verum melius *arcem* legitur iu edit. , quam *artem* in noftro Codice.

VI. *Et exceeranda* ftudia *jurgiorum*. In editis : *Et execranda* judicia *jurgiorum* . Magis arridet lectio noftri Codicis.

VII. *Scilicet opperire . fcilicet optare debemus*. In editis: *Licet operiri , licet optare debemus* . Codicis noftri lectio non difplicet , cui favet Rittershufius.

VIII. *Quos in extrema parte* (forte legendum *in extremam partem*) *romani feculi* (forte *imperii*) *facramentorum legibus* amandatus (*u* pro *a*) *calumnia latentis* (*i* pro *e*) *invenit* . In editis: *Quos in extrema parte Romani Saeculi Sacramentorum legibus* emendatos *calumnia latentes invenit* . Cui es doabus lectionibus magis tribuendum fit , videant cruditi.

TITULUS III.

De patri munialibus rei dominice & . limitotrofiis Fundis . per orientis fitis .

In utraque editione Gothofredii , & Ritterii fic fe habet Titulus hic fub *n.* XII: *De patrimonialibus rei dominicae , & limitrophis fundis ad Orientem pofitis* . Cuiacius quoque adinftar Ottoboniani Cod. habet fundos *limitotrophos* , non *limitrophos* , ex quibus milites in Imperii limitibus excubantes alebantur . Titulus hic conftat tribus Novellis ; Quare fint variae lectiones ex

NOVELL. I.

I. *Impp. theodof. & ualent. aa. marcellino* c r p. (Ideft *Curatori rerum privatarum*). In editis: *Impp. &c. Marcellino* PF. Ritterius hoc loco adnotation. (*b*) fine Ottob. Cod. adjumento recte emendat , & arguit Cuiacium , quod legerit S. L., ideft *Sacrarum Largitionum* .

II. In noftro Codice habetur hiatus a voce *munificentia* ufque ad vocem *largitatis* .

III. *Lex* divine *memorie* . In editis: *Lex* divae *memoriae* .

IV. *Quare cum divinum . confilium principes memorati* proceffus *temporis* vicerit . In editis : *Quare cum divinum confilium principis memorati* , progreffus *temporis* fubjecerit . Lectio Ottob. Cod. accuratior videtur .

V. *Pace* fuperna *nominis* : Forte legendum *pace fuperni Numinis* . In editis : *Pace* fuperi *Numinis* .

VI. *Ut petitionis* vacante *formidine* . In editis : *Ut petitioni* fuae ante *formidinem* ;

dinem ; Quibus nullus sensus subest. Cuiacius ex ingenio emendavit: *Ut petitionis* cessante *formidine* ; quod idem significat ; Sed lectio Ottob. Cod. jure praeferri debet.

VII. In periodo, quae incipit: *Pertinet boc &c.*, Codex noster caret verbis illis *ad pretium Civitatis* ; quae forte Amanuensis oscitantia desiderantur.

VIII. Quamobrem pro *suggestione*. *magnitudinis tue*. In editis: Quapropter *suggestione magnitudinis tuae*.

IX. *Eciam si domum*. eciam si domicilium *in constantinopolitanā*. *urbe*. *non babeat*. In editis: *Etiam si domum in Constantinopolitana Urbe non babeat*. Ex Ottob. Cod. plenior periodus redditur, licet ea, quae ibi exuberant, superflua videantur.

X. *Ad beredum* quoque *suorum*. In editis: *Ad beredum suorum*.

XI. *Instructionis qain eciam offitium*. (lege *offitio*) *cujus interest licentiam*. (lege *licentia*) *denegata*. In editis: *Instructionis quin etiam officio*, *cujus interest*, molestia *denegata*. Ottob. Codicis lectionem omnino praeferrem.

XII. Post verbum *possessoribus* in nostro Codice est hiatus usque ad verba *& certis formulis*.

XIII. *Dat*. VII. *Id. Mai constant. theudo*. aa. XIII. *& fausto*. In editis: *Dat*. VI. *Id. Mai*, *Constantinopoli Theodosio A*. XVI. CONS. Quid de die statuendum sit, plane ignoro ; certum tamen est, mendum haberi in Consulatu XIII. Theodosii, cum ipse anno 438. Consul fuerit XVI. cum Fausto. Quare stent vulgatae lectiones.

NOVELL. II.

XIV. Post verbum *fundis* omittuntur cetera usque ad *saltuensis*.

XV. *Juris* fundorum *immutatio postuletur*. In editis: *Juris immutatio postuletur*. Ottob. Cod. lectioni favet *Cod. Just. l. nulli jam* 13. *de fund. patrimonial.*, quae hinc desumpta est.

XVI. *Dat*. IV. *Id*. iul. *constantpl. teudo. aa*. XVI. *& Festo u. c*. In editis: *Data* VI. *Id*. Jun. *Constantinopoli Theodosio A*. XVII. *& Festo* COSS. Subscriptio differt in Mense, quod adnotaverat etiam Brenckmannius *cit. Epist. pag*. 624. Differt etiam in Consulatu, qui forte in editis accuratior est, quoniam Consulatus Theodosii XVII. cum Festi consulatu componitur. Ceterum quoniam misceri saepius *Festi*, & *Fausti* consulatus solet cum eo, qui fuit Theodosii XVI., & XVII., ut etiam advertit Branckmannius *cit. Epist. pag*. 623., pro *Festo* reponi posset *Faustus*, ut sartus tectus Consulatus Theodosii XVI. haberetur, quem signavit Amanuensis ; quod si esset, uno, eodemque anno tum Novella superior, tum posterior haec emanassent.

NOVELL. III.

XVII. *Imperii nostri felicitate* (*e* pro *i*) consolitur. In editis: *Imperii nostri felicitati* consuletur.

XVIII. *Prospici* debere *non babetur*. *ucertum* (lege *incertum*). In editis: *Prospici non babetur incertum*.

XIX. *Mutato pristina* canone. In editis: *Mutato pristino* nomine.

XX. *Fisci* calculo. In editis: *Fisci* calculis.

XXI. *Aut* resistentes *pro utilitate*. *comuni publice possessione* (*e* pro *i*) continuo. *predia refundant*. In editis: *Aut* resistente cura *utilitate communi publicae possessioni* cuncti *praedia refundant*. Locum hunc ita ex ingenio interpungendum duxerat Ritterius adnotation. (*bb*): *Resistentes curae utilitatis communis*. *publicae possessioni cuncti praedia refundant*, Ottob. Cod. lectio certior, & melior.

XXII. *Dispectis* publicis. *utilitatibus*. In editis: *Despectis* Reipublicae *utilitatibus*.

XXIII. *Dat*. VII. *Kl. Jul constan. u. c. cons*. In editis: Data VI. *Kal. Jul. Constantinopoli* C. Brenckmannius *cit. Epist. pag*. 627., & Ritterius adnotation. (*dd*) subscriptionem hanc jam adnotaverant, quae quoad diem differt ab editis ; in Consulatu vero utrobique hiatus. Brenckmannius ob Cyrum, cui Novella haec inscribitur, ingerit Consulatum *Valentinian. A*. V., *& Anatolii*, quod hic subnotetur Titulis X., & XIV. *num*. 2., & 3., quorum Novellae pariter ad Cyrum diriguntur. Ritterius Brenckmannii conjecturam nullius momenti existimat ; Verum neque ego magni facio conjecturam Ritterii, qui, quoniam in Codicibus omnibus C. conspicitur, per eum *Cyri* consulatum anni 441. protendi existimat, quandoquidem τὸ C. censeri posset reliquum Siglorum V. C., quae in Codice nostro habentur, *Viri* scilicet *Clarissimi*, quemadmodum nominari Consules consueverant. Ceterum potius moror argumentum Persicae irruptionis, quae eum ex Marcellini *Chronico* contigerit ad *Cyri Cos*. A. C. 441., atque in nostra Novella dicatur, *Armeniae tractum* in praesenti *Persicis eruptionibus expositum fuisse*, facile eamdem emissam hoc ipso anno, jure quis dicat,

TITU-

TITULUS IIII.

De Bonis. Fabricenſium.

Tum Lugdunenſis, tum Lipſienſis editio habet hunc Titulum Codicis noſtri IIII. ſub *n.* XIII. Codex noſter his praecipue differt lectionibus.

I. *Impp. &c. Auriliano* erp. In editis: *Impp. &c. Aureliano* Conſ. PR. Melius Codex Ottob., in quo Sigla illa habentur erp, ideſt *Comiti rerum privatarum*, uti jam antea ex ingenio emendaverat Cuiacius in *not. ad l. 5. Cod. Juſt. de fabricenſ.*

II. *Fabricenſium corpus*. invenit *neceſſitas*. dura *vellorum* (pro *bellorum*) *quod* (lege *quo*) *immortalitatis*. *genere*. *principum ſcita* coſtodiat. *ne deficiente*. *principio ſucceſſus*. *generes* (leg. *degeneres*) laberetur (lege *laberentur*). In editis: *Fabricenſium corpus* ſubvenit *neceſſitas* cura *bellorum*. *quo immortalitatis genere principum ſcita* cuſtodit, *ne deficiente principio ſucceſſus generes* haberentur. Ritterius ex ingenio ita tentaverat: *Fabricenſium corpus invenit neceſſitas, curaque bellorum, quod immortalitatis genere principum ſcita cuſtodivere, ne principio ſucceſſus degeneres haberentur*. Medela aliqua indigebat Ritterii correctio, quam nunc habes ex Cod. Ottob.

III. Uni *decoctionis*. *ita res tulerit*. *reſpondere*, *coguntur*. In editis: Viſus *decoctionis*, ſi *ita res tulerit*, *reſpondere coguntur*. Si legas cum Cuiacio *unius decoctioni* . . . . . *reſpondere*, quae accuratior lectio eſt, jam emendatam habeas Ottob. Cod. lectionem.

IV. Legis in morem *decernimus*. In editis: Ergo ſi timore *decernimus*. Quid monſtroſius? Ritterius ingerit vel *largitatis amore*, vel *religionis amore*; ſed neutrum amplecti debet, Ottobon. Cod. rectius loquente.

V. *Aureliane* Frater. In editis: *Aureliane* P. K. AA. Si Aurelianus juxta fidem Codicis noſtri, ut advertimus n. I., fuit *Comes R. P.*, male heic ſalutatur P. K. AA., ſc. *Praeſ. Kariſs. Augg.*, praeſertim, cum hoc anno 438., quo Novella ſcripta eſt, Florentius fuerit Praefectus Pr. Orient., & Aurelianus munus hoc non obierit, niſi ann. 415., & 416., ut patet ex *Proſopographia Cod. Theod.*, niſi forte is eſt a noſtro diverſus. Huc accedit, quod Comites R. P. *Fratres* ab Imperatoribus ſalutabantur, ut ex pluribus aliis Novellis patet, quod probe ſuſtinet lectionem Codicis noſtri, licet ibi deſit *Amantiſſimi* epitheton, quod *Fratris* titulo copulari ſolebat. Conſule, ſi placet, Briſſonium *de Formulis Lib. III. cap.* 63., ubi Rectores Provinciarum, & Comites ab Imperatoribus Fratres vocatos fuiſſe, pluribus Theod. Cod. exemplis evincit. Verum haec etiam inferius animadvertenda recurrent.

TITULUS VI.

De amota militantibus. Fori. preſcruptione.

Titulus hic, qui in Codice Ottoboniano ſignatur ſub *n.* VI., legitur in utraque editione Gothofredii, & Ritterii ſub *n.* XIIII. Jam ad Tit. I. Novellarum Theodoſii *n.* VIII. adnotavimus, mendum cubare in numeratione Titulorum, quod heic commode incipit, ubi pro Titulo V. objicitur VI. Quare ne crambem recoctam reponamus, vide, quid nobis ibidem hac de re ſuſpicari contigerit. Titulus hic noſter

ster modo quatuor continet Novellas, atque hae potissimum variae lectiones occurrunt in

NOVELL. I.

I. *Qui* mercandi *& militandi divalia beueficia meruerunt*. In editis: *Qui* in mercandum, *& militandi divalia beneficia meruerunt*. In *Cod.* etiam *Just. l. omues omnino, un. in quib. caus. milit. for. praescr. uti non possunt*, quae hinc desumpta est, legitur *mercandi*; sed in ceteris male immutavit nonnulla Tribonianus.

II. *Dat.* XIII. *Kal.* Feb. *constant. theud. aa.* XVII. *Cons.* In editis: *Dat.* XIIII. *Kal.* Mai. *Constantinopoli, Theodosio A.* XVIII. CONS. Habetur heic diei, Mensis, & Consulatus varietas, ut cuilibet patet. Diei, & Mensis varietatem adnotaverat Brenckmannius *cit. Epist. pag.* 624., & interim subjunxit: *Atque hae tamen in consulibus non discrepant*. Verum postea *ibid. pag.* 630. ad ann. 444. emendat subscriptionem Consulatus XVIII. Theodosii reponens XVII., quem habet Cod. Ottob., quemque, multis adductis rationibus, quibus & Ritterius adhaesit adnotation. *(q)*, vocat probabiliorem. Vide Ritterium infra adnotation. (*y*) ad Novellam XXXIII.

NOVELL. II.

III. *Que contra* commodotates. publicas. *exquiruntur*. In editis: *Quae contra* commoditatem publicam *exquiruntur*.

IV. *Qui singuli* (lege *cinguli*) *prerogativa. judiciaria* se ludere (lege judiciarias eludere) *posse cognitiones exestimant*. In editis: *Qui cinguli pracrogativa judiciarias* excludere *posse cognitiones existimant*.

V *Nec pati* eum *qui* aliquid. *in qualibet. provincia criminose commiserit*. In editis: *Nec pati* aliquem, *qui* quid *in qualibet provincia criminose commiserit*.

VI. *Ut sub specie militie. excelse tue. quoque sedes.* (*e* pro *i*) *juditio* prescribere non orrerent cui quis dubitat nullam personam in quocumque negutio posse praescribere. In editis: *Ut sub specie militiae excelsae tuae quoque sedis judicio praescriberet*. Cetera desiderantur, quae nunc primum ex Ottobon. Cod. innotescunt.

VII. Quae interjacent a verbis *opponere eos* ad altera *eos, qui debitis &c.* absunt Amanuensis incuria a Mss. Ottobon.

NOVELL. III.

VIII. *Nos quidem* semper pro singulis. adque universis. ea provisionum. magestatem (lege *majestate*) consollimus. *qua res romana paulatim &* tutius. orbis terrarum. processit imperium. quibus enim adquiruntur artibus. bona *bisdem. scimus. eciam adquesita servari*. In editis: *Nos quidem* cum majestate Consulum, *qua res Romana paulatim, &* totus urbana *bisdem scimus etiam adquisita servari*. Ritterius ita emendare studuerat: *Nos quidem cum majestate consulum, qua res Romana paulatim, & status urbanus crevit, scimus etiam adquisita servari*. Verum longe abfuit a mente Imperatoris. Qui enim melius poterat sine Mss. adjumento? Quare hic tandem corruptissimus locus per Mss. Ottob. insigniter restitutus nunc primum habeatur.

IX. *Nuper* curiis *Civitatibus ipsis. eciam provinciis consulentes*. In editis: *Nuper* Turiis *Civitatibus, ipsis etiam provinciis consulentes*. Jam Cuiacius emendaverat *Curiis civitatum*.

NOVELL. IV.

X. *Itaque neque* pulsatis (lege *pulsatos*, ut etiam legit Ritterius). In editis: *Itaque neque* pulsantes.

XI. *Ad prescribendum sufficiat adparitorem* magisteriae se dicere potestis (lege *potestatis*), & sint certi, *quos &c.* In editis: *Ad praescribendum sufficiat apparitorem* se dicere magisteriae potestatis, exceptis, *quos &c.*

XII. *Apud* uiros clarissimus (*u* pro *o*) *rectoris* (*i* pro *e*) *provinciarum*. In editis: *Apud* Vecariis *Rectores provinciarum*. Jam antea Cuiacius emendaverat; qui scriptum VV. CC., idest *Viros Clarissimos*, existimavit, ut proinde ex siglis illis indocti interpretes monstrosum verbum *Vecariis* confecerint.

XIII. *Quod si apud inlustrem adque magnificam* tuam sedem *postulatio. contra talem fuerit* aprar itorem *deposita ab eo* (lege *ea*) *quoque sede a* (lege *ad*) *uirum magnificum. magistrom militum* scribi conveniat. quo facto intra. tres menses. cum amplissima tua. sede uiro quoque magnifico magistro militum. judicante *causa* (lege *caussam*) *ordine legum determiuare* (*e* pro *i*) *censemus*. In editis: *Quod si apud inlustrem, atque mognificam* sedem tuam *postulatio contra talem fuerit deposita, ab ea quoque*

que sede ad virum magnificum Magistrum militum judicantem, causam ordine legum determinari censemus. Vide, quanta interciderant in iis Codicibus, ex quibus Typographicae editiones hactenus prodierunt! Praeclare nunc nobiscum agitur, quibus datur ex Ottob. Cod. eadem restituere. Forte similitudo vocum *magistram militum*, quae in hac periodo bis oceurrunt, eaussae fuit Amanuensibus, ut intermedia praetergrederentur; quod Amanuensi Ottob. Codicis bono quodam omine heic nequaquam contigit, ut alias contigisse advertimus.

XIIII. *In cognitionibus autiu* (lege *autem*) *futuris omnis* (*i* pro *e*) *ex jure venientes. adsertionis*. (*i* pro *e*) partibus *inlibatas servare* censemus. In editis: *In cognitionibus* eum *autem futuris omnes ex jure venientes adsertiones* patribus *inlibatas servari* sancimus.

XV. *Inlustris igitur auctoritas tua*. In editis: *Inlustris igitur*, & magnifica *auctoritas tua*.

XVI. *Eodem explo Aspari* magistro *militum*, In editis: *Eodem exemplo Aspari* viro inlustri Comiti, Exmagistro *militum*, & Exconsuli bis ordinario. Ritterius optime heie adnotation. (*nn*) reponendum monuerat *Magistro* pro *Exmagistro*, cum Marcellinus in *Chronico*, tum & *Chronicon Paschale* hoç anno, quo Novelia nostra emissa est, scilicet anno 441. Asparem Magistrum militiae designet. His nunc Ottobon. Mss. fides adjungitur.

TITULUS VII.

Da nauibus. ultra duorũ. militũ. modiorũ capacetate non excusandis.

Apud Gothofredium, & Ritterium habetur sub *n*. XV. Titulus *De navibus ultra duorum millium modiorum capacitatem non excusandis*, qui in Ottob. Cod. legitur sub *n*. VII., quique ibidem ab editis potissimum his differt lectionibus.

I. *Sema* (lege *femina*) ferendi legis (*i* pro *e*) *fragilitat humani generis subministrat*. In editis: *Semina* ferendis legibus *fragilitas humani generis subministrat*.

II. *Qaom* penas *exigi delictorum*. In editis: *Quam* poenam *exigi delictorum*.

III. *Providentissime. legis regolas. abpugnare* debebit. In editis: *Providentissime legis regulas obpugnare* debet. In *Cod. Just. l.* 10. *de Sacros. Eccles.* habetur *obpugnare debebit*, & *l.* 2. *de navibus* legitur *excusare debebit*. Utraque lex ex nostra Noveila confecta est.

IV. In *quolibet negotio*. In editis: *Quolibet negotio*. Ottobon. Mss. lectioni eonsona est lex utraque *Cod. Just.*

V. *Sed ne presentis juris videatur inponita* contemptio. In editis: *Sed ne praesentis juris videatur impunita* contentio. Emendationem jam probe conjiecerat ipse Ritterius.

VI. Id *navigii quod excusatur, publicatioue corrigimus*. In editis: In *navigii, quod excusatur, publicatione corrigimus*. Jam ex *Cod. Just.* emendaverat Ritterius.

VII. *Theud. aa.* XVII. uc: *cons.* In editis: *Theodosio* A. XVII. *cons.*, *&* *d. l.* 10. *Cod. Just*: *Theodos.* A. XVII., *&* *Festo Coss.* Imperatores minime V. C. *Viri Clarissimi* dicebantur, quod erat eitra ipsorum dignitatem; Quare sigla haec V.C. in Cod. Ottob. indicio sunt, Theodosio adjunctum fuisse *Festum* in Consulatu, qui V.C. dici poterat, quemque omisit Amanuensis, & honorarium dumtaxat titulum V. C. exscripsit, ut nunc Imperatori tributus videatur. Ceterum memoria subit, nos in Cryptis Vaticanis haec vidisse:

DEPS. FELIX. DIAC. V. IDVS. MARTIAS
THEODOSIO. XV. ET. PLD. VALENTINIANO. IIII
AA. VV. CC. CON. SS

Verum id forte factum est ex moris abusu, qui servabatur erga ceteros Consules, non autem ex Imperatorum dignitate, aut honore.

TITULUS VIII.

Ne Curiales p̄dium alterius conducat. aut fede iussor. conductoris existat.

In editionibus Lugd., & Lipf. occurrit *n.* IIII., qui in nostro Codice signatur Titulus sub *n.* VIII. Paucis quidem ab editis differt, sed & haec ipsa pauca juvat proferre.

I. *Impp. theud. & ualent. a a. florentio* ppo. In editis: *Impp. &c. Florentio* PF. P. Orientis, & Exconsuli.

II. *Nec penat* insertas. legibus *evitavit*. In editis: *Nec poenat* legibus insertas *evitavit*. Mss. W., G. & *Cod. Just. l. 5. de Legibus* hine petita nostro Ottobon. Mss. respondent.

III. Scaeva *prerogativa. verborum fraudolenter. excusat*. In editis: Sola *praerogativa verborum fraudulenter excusat*. Laudati Codd. heie etiam eum nostro conveniunt.

IV. *Ac* (lege *hac*) perpetuo *lege valitura*. In editis: *Hac* perpetua *lege valitura*. Mss. W. sie quoque habet.

V. *Dat. VII. id appl. constant. theudo. aguſ.* XVII. V. C *Conſ.* In editis: *Dat.* XVII. *Idus April. Constantinop. Theod.* A. XVII. *Conſ.* Eumdem diem Codieis nostri habet Mss. W., & *Cod. Just.* De V. C. recidunt, quae diximus *n.* VII. Tit. superioris.

TITULUS VIIII.

De postulando. & de perpetuanda advocatiō.

Gothofredius, & Ritterius Titulum hunc statuerunt sub *n.* XVI. In Codice nostro duabus instructus est Novellis hic Titulus, quarum altera anecdota prolata est a nobis superius initio. Quare variae lectiones dumtaxat nunc erunt, quae pertinent ad

NOVELL. I.

I. *Dispositionis*. (*i* pro *e*) itaque. *sublimitatis tue. in hoc quoque secuti. negutio*. In editis: *Dispositiones* quoque *sublimitatis tuae in hoc quoque secuti negotio*. Melius Mss. Ottob., ut repetitio τοῦ *quoque*, quae habetur in editis, auferatur.

II. Recensenda heie nunc oceurreret insignis lectio Ottob. Cod., qua loeus hujus Novellae restituitur, sed eam modo omittimus, ne actum agamus; quandoquidem eamdem jam exhibuimus ad Novellam I. anecdotam adnotat. (5), cum tune operosum de integra hae suscipienda provincia consilium formidaremus.

III. *Adque in* aduocationes (*e* pro *i*) *earum officio*. In editis: *Atque in* vocationis *earum officio*. Id jam Ritterius correxerat.

IV. *Si* officiis *amplesimarum potestatem* (lege *potestatum*). In editis: *Si* officio *amplissimarum potestatum*. Pluralis numerus rectior est.

V. *Nihil denique aliud eit mandetur preter arbytrium*. In editis: *Nihil denique aliud eit mandetur* illud, *praeter arbitrium*. *Cod. Just. l. 6 de advocat. diverſ. judicior.* non aliter habet a Cod. Ottob.

VI. Consule laudatam superius adnotation. (5) ad Novellam I. aneedotam, ubi, explosa alterius Novellae elausula, quae perperam huic nostrae hactenus adhaeserat, ingenuam, & veterem, quae sua est, restituimus.

TITU-

TITULUS X.

De Tutoribus.

In editionibus Gothofredii, & Ritterii Titulus hic proſtat ſub *n.* V. Lectionum diſcrimina levia, ſed quae non praetereantur.

I. *Eique quod* debetur. In editis: *Eique quod* debeatur. Cod. Ottob. convenit eum Mſs. Got., & cum *Cod. Juſt. l. ſciant* 10. *de legitim. heredib.*, *l. omnem matri* 6. *ad S. C. Tertullian.*, & *l. ſi mater* 6. *in quibus cauſſis pignur*, quae ex hae Novella deſumptae ſunt.

II. *Quod ſi contra* hujus legis *auctoritatem antequam hec* adimpleverit. In editis: *Quod ſi contra* legis hujus *auctoritatem*, *antequam haec* impleverit &c. Ritterius verborum tranſpoſitionem non notavit, ſed tantum ex Cod. W. repoſuit *adimpleverit*.

III. *Dat. VI. id. iul. conſtant. tendo. auguſti* XVII. *& feſto conſol.* In editis: Dat. VII. *Id. Jul. Conſtantinop. Theodoſio A.* XVI., *& Feſto* V. C. *Coſ.* Dies differt, & Conſulatus, qui emendandus non ſolum ex Ottob. Cod., ſed etiam ex W., & ex ipſo *Cod. Juſt. citt. ll.*, ut notavit Ritterius, quod non vidit Brenekmannius.

TITULUS XI.

De repudiis.

Cenſetur hic Titulus apud Gothofredium, & Ritterium *n.* XVII. Lectionum varietas fere nulla.

I. *Ideo conſtitutionibus abrogatis*. In editis: *Ideoque conſtitutionibus abrogatis*.

II. *Culparumque coercionis* (*i* pro *e*). In editis: *Culparum coherctiones*.

III. *Florenti* pk. aa. In editis: *Florenti* Parens *Kariſſime*, atque amantiſſime.

TITULUS XII.

Contra ſententias p̄fectoꝝ. p̄turio iniuſtas poſt ſucceſſionē intra bienniū. ſupplicandum.

Gothofredius, & Ritterius huic Titulo locum fecerunt *n.* VI. Omnia cum Cod. Ottob. mire conveniunt, ſi excipias

I. *Telaſſe* pk. aa. In editis: *Taloſi* Parens *Kariſſime*, atque amantiſſime.

TITULUS XIII.

De Paternis, ſive maternis. Bonis.

In editionibus Gothofredii, & Ritterii Titulus hic eſt VII. Codex Ottob. in nonnullis ab editis diſcrepat.

I. *Morte*

I. *Morte mulieres* (*e* pro *i*) extantibus. liberis matrimonio. dissoluto. In editis: *Morte mulieris*, matrimonio dissoluto, extantibus liberis. Quemadmodum in Mss. Ottob., ita & in Mss. W., & G. transposita sunt verba, teste Ritterio.
II. *Observanda* censemus. In editis: *Observanda* censuimus.
III. Quoque *casu*. In editis: Quoquo *casu*. Jam id notaverat Ritterius ex Mss. Cod. Just., quem vidit Contius.
IV. *Ante* hanc legem. In editis: *Ante* legem hanc.
V. *Administrare* decernimus. In editis: *Administrare* concedimus.
VI. *Florenti* pkaa. In editis: *Florenti* Parens *Karissime*, atque amantissime.
VII. *Legem saluberrime* pervulgatam *ad* omnes populus (*u* pro *a*) *edictis propositis faciat pervenire*. In editis: *Legem saluberrime* promulgatam *ad* omnium notitiam *faciat pervenire*.

TITULUS XIIII.

Ne curialis ad senaturiā dignitatē vel ad aliquē honore adspiret.

Hic quoque Titulus in utraque superius laudata editione cernitur sub *n.* VIII., verum unica dumtaxat ibidem Novella insignitus, cum in Ottob. Mss. duabus instructus habeatur, quarum alteram anecdotam superius edidimus *n.* II. Quare levissimas has tantum lectionum varietates habeas in

NOVELL. I.

I. *Vestrum* nimpe est. In editis: *Vestrum* est nempe. Quod ex Mss. W. adnotaverat ipse Ritterius.
II. *Si debitori* (lege *debitorem*) deferat *executor*. In editis: *Si debitorem* desiderat *executor*. Ottob. Mss. cohaerent Mss. W., & G.

TITULUS XV.

De testamentis.

Apud Gothofredium, & Ritterium *n.* VIIII. cernitur Titulus hic noster, cujus accipe Ottob. Cod. lectiones, quibus ab editis levissime differt.

I. *Illud* quippe est *proprie testamentum. quod testontis meeram* continent *voluntatem*. In editis: *Illud* est quippe *proprie testamentum, quod testantis meram* obtinet voluntatem.
II. *Quam* sua *mentis argaua*. In editis: *Quam* suae *mentis arcana*. Editiones Sichard., Lugd., & Rittershus. cum Ottob. Cod. conveniunt.
III. *Quae in eo* scripta *sunt*. In editis: *Quae in eo* conscripta *sunt*.
IV. Ut *testamentum sine scriptura* facientes. In editis: Aut *testamentum sine scriptura* facientis. Lectionem Ottobon. Mss. confirmant Mss. W., & G., tum etiam *Cod. Just. l. hac consultissima* 21. *de testamentis*, quae hujus Novellae pars est, ubi habetur: *ut testamentum sine scriptura facientis*, quod cum sequentibus cohaereat, ita & rectius haberi debet.
V. *Postea ad aliud* pervenerit *testamentum*. In editis: *Postea ad aliud* venerit *testamentum*.

TITU-

TITULUS XVI.

De competicionibus.

In Lugdunensi editione Titulus hic noster signatur *n.* XLIV., in Lipsiensi vero *n.* XLVII. Codex Ottob. eumdem nobis exhibet duabus Novellis praeditum, quarum alteram anecdotam superius protulimus *n.* III. Sistimus nunc ergo varietates nonnullas Codicis nostri, quae pertinent ad

NOVELL. I.

I. *Hec nobis* precipua *oura est*. In editis: *Haec nobis* praecipue *cura est*.

II. Lectionem, quae heic statuenda fuisset, vide in adnotation. (17) ad Novellam III. anecdotam.

III. *Non modo pene. sacrilegii*. eum *esse obnoxium*. In editis: *Non modo poenae sacrilegii* non *esse obnoxium*.

IV. *Damna* .... resarcire. In editis: *Damna* .... sarcire.

V. Censuimus *sanciendum*. In editis: Censemus *sanciendum*.

VI. *Officio quod* id permiserit. In editis: *Officio quod* miserit.

VII. Dat XIII *K non constant &c.* In editis: Proposita XIIII. *Kal. Novemb. &c.* Brenckmannius *cit. Epist. de Consul. pag.* 625. jam hoc notaverat, simulque pagina superiore monuerat, dierum differentiam, quae in variis Codicibus occurrit, hinc ortam fuisse, quod in his confundi dies potuerit, quo *accepta* fuit Novella, aut *proposita*, cum die, quo *data* est.

TITULUS XVII.

De lenonibus.

Utraque editio Lugd., & Lipf. habet hunc Titulum sub *n.* XVIII. Ex Ottob. Cod. lectiones has praecipuas habeas.

I. *Impp. theud. & ualent. aa. ciro ppo.* In editis: *Impp. Theod.*, *& Valent.* AA. *Cyro*, & Alyppio PE. P. PM. Lectionem Cod. Ottob. jam adduxerat Ritterius adnotation. (*b*).

II. *Et omne* dehinc *ambiguitate liberetur antiquitas, que nobis summos uirus retulisse* (lege *praetulisse*) rei publice. *facultatibus. indicavit*. In editis: *Et omni* de *ambiguitate liberetur antiquitas, quae nobis summos viros praetulisse* Rempublicam *facultatibus indicavit*.

III. Preturianę prefecture *administrationem* (dele postremum *m*) suffultum. In editis: Praefecturae praetorianae *administratione* subfultum.

IV. *Pio circa omnium uiricundiam proposito mansuetudines nostrae*. amore *pudicitie* castetatisque *suggessit*. In editis: *Pio circa omnium verecundiam proposito, mansuetudinis nostrae* more *pudicitiaeque suggessit*.

V. Sacrilega *temeretate timptaverit*. In editis: Sacrilegii *temeritate temptaverit*.

VI. *Dat.* V. *id. decb. &c.* In editis: *Dat. Id. Decembris &c.* Dies non idem.

TITULUS XVIII.

De rescenda uindicione Fundorũ Rei dominicę.

In utraque saepius laudata editione Titulus hic pro-

stat

ſtat ſub *n.* XXVIII. , atque ita inſcribitur : *De reſcindendis venditionibus rei dominicae*. En ceterae lectionum verietates.

I. Demptu (*u* pro *o*) *canone*. In editis: Adempto *canone*. Hinc prodiit *l. ult. Nemo dempto canone*, *Cod. Juſt. de fund. rei privat.*

II. *Eum volumus* precia perdere, *fundos reddere*, *fructur redhibere* perpetuo. In editis : *Eum volumur* praeperdere, *fundos reddere*, *fructur redhibere* perpetuos. In *Cod. Juſt. cit. l.* eſt eadem lectio Ottob. Mſs. Cuiacius emendaverat *pretium perdere*.

III. *Que contra* vetitum *canonem vendi concedit*. In editis: *Quae contra* vetita *canonem vendi concedet*.

IV. *Eudoſi* fa. (id eſt *Frater amantiſſime*). In editis: *Eudoxi* P. K. A. Vide, quae diximus ad Tit. IV. *n.* V. Utrobique enim eadem ratio ſuffragatur.

V. *Ad omnium noticiam* deferri *praecipiat*. In editis: *Ad omnium notitiam* perferri *praecipiat*.

TITULUS XVIIII.

De alubionibus. & paludibus.

Utraque laudata editio habet hunc Titulum ſub *n.* X., ubi inſcribitur : *De alluvionibus*, *& paludibus*, *& paſcuis*. Cod. Ottobon. ab editis nil fere diſcreptat, niſi haec exceperis.

I. *Impp. &c. Cyro* ppo. In editis: *Impp. &c. Cyro* PF. P., & Conſuli deſignato.

II. *Dat.* XI. *Kal.* aug. *octb. conſtant. ualenti.* XV. *&* *anatol.* ue. *Conſ.* In editis: *Dat.* XI. *Kal. Octob. Conſtp. Valent.* A. V., *&* *Anatolio* V. C. COSS. Coder Ottob. duos Menſes nobis objicit, quorum unus abeſt ab editis. Quis amplectendus ſit, definire non auſim. Conſulatus vero XV. Valentiniani invectus eſt errore Amanuenſis, anno enim 440. fuit Valentinianus Conſ. V., ur in editis recte legitur.

TITULUS XX.

De Scolaribus. & comitibus. ſcolār. & de domeſticis. eorum.

Utraque editio profert hunc Titulum ſub *n.* XXIX. Lectiones, quae differant, hae ſunt.

I. *Impp. &c.* Flegetio Magiſtro. offitiorum. In editis: *Impp. &c.* Florent. *Magiſtro Officior.* Varias tum Editionum, tum Mſs. lectiones ceteras circa hujus Viri nomen vide apud Ritterium adnotation. (*b*).

II. *Circa noſtre maxime. ſerenitatet.* adfectionem enituit. In editis: *Circa noſtrae maxime ſerenitatis* affectionem innituit. Poſtremam vocem jam ex *l.* 3. *Cod. Juſt. de Offic. Magiſtr. Offic.*, quae hujus Novellae particula eſt, Ritterius emendaverat.

III. *Statim. credimus* admittenda. In editis: *Statim credimur* admittendum.

IV. *Volumus* referri *noticiam*. In editis: *Volumur* deferri *notitiam*.

V. Quae proſtant inter verba *quinque librarum auri*, & inter verba *ſcrinium barbarorum*, deſunt in Codice noſtro

ſtro incuria Amanuenſis, quem forte *librarum auri* duplex uſurpatio, quae heic occurrit, in errorem adduxit, ut alias contigiſſe vidimus.

VI. US. COM. Scholarum. In editis: V. S. *com.* Scholae. Sigla V. S. lege *Viro ſpectabili*.

VII. *Poſt quinque librarum auri* inlationem. In editis: *Poſt quinque librarum auri* eondemnationem.

VIII. Flegiti f. a. In editis: Florenti P. K. AA. Vide *n.* I. Hinc patet, etiam Magiſtros Offieiorum *Fratres* ab Impp. ſalutatos fuiſſe.

TITULUS XXI.

De Bonis decurionũ. & de naturalibus. Filiis eorum. in coriã. mittendis. heredibus que ſcribendis.

Titulus hic in utraque editione exſtat ſub *n.* XI., ibique ſic legitur: *De his, qui ſponte munus aliquod, vel honorem largiuntur, & de naturalibus filiis in curiam dandis, heredibuſque ſcribendis, vel bona parentum accipiendis*. Mſs.W., G., Edit. Sichard., Lugd., Gothofr., & Rittersh. ab Ottob. Cod. non diſcrepant. Juvat heic addere lectionem Codicis Chriſtinae Suecorum Reginae, nunc Vaticanae Bibliothecae, qui pro varia Cimeliorum mutatione gerit *num.* 1023., & 1024., quique *pag.* 8. *a tergo tit. XI.* ſic habet: *De bonis decurionum & de naturalibus filiis eorum in curiam mittendis heredibuſque ſcribendis hoc eſt ſi habuerit legitimos filios, & naturales extantibus legitimis filiis octavam hereditatis naturalibus, vel matribus eorum pater ſi voluerit derelinquat, & reliqua de ac re*. Codex vero alter ibidem ſignatus *n.* 379., aliter 410., & 1022. convenit cum Ottoboniano. Quoniam Titulus hic noſter duabus praeditus eſt Novellis, idcirco lectiones primum habeas ex Ottob. Cod., quae reſpiciunt

NOVELL. I.

I. *Nulla profeſſione* virtutum. In editis: *Nulla profeſſione* virtutis.

II. *Unde ſpes tota. viciſſitudinis* expectatur. In editis: *Unde ſpes tota viciſſitudinis* expectetur. Mſs.W., & G., teſte Ritterio, lectioni noſtri Cod. non repugnant, neque Cod. Vatic. alter, quem nos inſpeximus.

III. Rationem *liberalitatis ſue dare cogitur*. In editis: Rationes *liberalitatis ſuae dare cogitur*. Laudatus Cod. Vatic., & W., & G. ſimilem Ottob. Cod. lectionem gerunt.

IV. *Patriam ſuam* diligat. In editis: *Patriam ſuam* diliget. Cod. Ottob. eum Vaticano pariter convenit.

V. *Hujus. eterni* (lege *aeternae*) *legis. ſaluuerrima* latione. In editis: *Hujus aeterne legis ſaluberrima* ratione.

VI. So-

VI. Solita *nobit* . *circa res humanat* . *providenciam* (dele *m*) *suggereute* . In editis : Sollicita *nobis circa res humanas providentia suggerente* .
VII. *Nulla lex* eis . adeo *pepercit* . In editis: *Nulla lex* adeo eis *pepercit* . Idem Vatic. Mss. ab Ottob.non discrepat.
VIII. Eorum *conditione* (*e* pro *i*). In editis: Et horum *condicioni* .
IX. *Vel possessio* . censeatur . In editis: *Vel possessio* censetur .
X. Inlustris *ordine civitatis* . In editis : Inlustri *ordine civitatis* . Mss. W. eohaeret Ottob., nec differt *Cod. Just. l.3. de natural. liber.*, quae ab hac Novella mutuata est .
XI. Postea que *paternarum opum &c.* In editis : Posteaquam *paternarum opum* &c. *Cod. Just.* lectio *cit. l.* a lectione Ottob. Mss. non discrepat.
XII. *Appolloni* pk. aa. In editis: *Apolloni* Parens Kariss.
XIII. *Dat.* XVII. *Kl. ianur. Const. masimo* . II. *&* paterio . In editis : *Dat.* XVI. *Kal. Jan. Constantinop. Maximo* II. & Paterno V. C. Diei discrimen habemus . De *Paterio* vide Brenckmannium *rit. epist. pag.* 628. , & Ritterium adnotat. *(mm)* , qui convenire se existimat cum Brenckmannio , dum legit *Paterio* , cum tamen contra ipse legendum velit *Paterno* . Consule , quaeso , adnotationem nostram (4) in *Constitutionibus Valentiniani* III. *n.* IV. , quae sequentur post Titulos Novellarum .

NOVELL. II.

XIV. *Meminimut quippe* . *emissa lege* . *divale* . In editis : *Meminimus quippe* , nuper *emissa lege divali* .
XV. *Convenieute* (adde *m* in fine) *sibi exigat* actionem . In editis : *Convenientem sibi exigat* portionem .
XVI. *Diligentior* . *curialibus omnium rerum indago* prebetur . In editis : *Diligentior curialibus omnium rerum indago* praebebitur. Ottob. Codici consona est Sichardina editio .
XVII. *Vnde pater avus* . *vel proavus* oriuntur. In editis: *Vnde pater* , *avus* , *vel proavus* oritur.
XVIII. *In aliis vera que puvertatem* excesserint . In editis : *In aliis vero* , *quae pubertatem* adeptae fuit . Mss. Ottob. sibi cohaerentia habet Mss. W. , & G. , & *Cod. Just. l. meminimus* 2. *Quanda* , *& quib. quart. pars debetur* , quae hujus Novellae pars est.
XIX. *Ratio* consequatur . In editis : *Ratio* consequetur . Cuiacius ex ingenio reposuit in margine *conservetur* , quod forte rectius .
XX. *Suggestione* tue celsitudinis . *morti* (lege *moti*) . In editis . *Suggestione* tui culminis *moti* . Ceterum Praefecti Praetorio utroque titulo ornari solebant , ut ex *Notitia Dignitatum Cod. Theod.* cognoscere licet .
XXI. *Nec* interest *nuptiae* (lege *nuptae*) *sint curialibus* . *nec ne* . In editis : *Nec* refert *nuptae sint curialibus* , *nec ne*.
XXII. *Debetum* . nature persolvetur . In editis: *Debitum* naturale persolvitur
XXIII. *Quod datum est* . consequitur. In editis: *Quod datum est* , consequetur. Ottob. Codici respondent Mss. W. , G. , & Sichardina editio .
XXIV. *In* hujuscemodi *causis* . In editis : *In* hujusmodi *caussis* . Non aliter habet ab Ottob. Mss. ipse *Cod. Just.* , edit. Sichard. , tum & Mss. W. , & G.
XXV. *Appollone* p k. aa. In editis : *Appolloni* , Parens *Karissime aa.*
XXVI. *Inluster* (lege *inlustris*) igitur . In editis : *Inlustris* itaque .
XXVII. *Dat.* ϛII. *id. mar. constant. diofcoro & theodosio. cs.* In editis: *Dat.* VII. *Id. Mart. Constantinopoli* , *Dioscoro* , & Eudoxio VV. CC. COSS. Discrimen adest in die ob male intellectum signum ϛ , quo senarium numerum exprimi , fuse disseruimus ad Novellam IV. anecdotam adnotation. (14) . Quare heic legendum fuerat VIII. *Idus Martii*. Errore autem Amanuensis in Mss. Ottob. Dioscoro in Consulatu adjunctus est Comes *Theodosius* , cum *Eudoxius* scribi debuisset ; ambo enim consulatum gesserunt anno Ch.442. Quare mirari heic contigit Homericum ὕστερον πρότερον , *posterius prius* , cum Novella , quae emissa est Maximo II. & Paterio Coss. , anno scilicet 443. , priore loco collocata fuerit , nostra vero haec , quae superiori anno promulgata est , posteriorem locum obtinuerit.

TITULUS XXII.

De locis Rp̄. quo quo modo possessis . civitatibus . restituendis .

Gothofredius , & Ritterius habent hunc Titulum sub *n.* XXX. Ottobon. Codex his potissimum differt lectionibus.

I. *Subsi-*

I. *Subsidiis. adjuvari* velimus. In editis: *Subsidiis adjuvari* vellemus.
II. *Quapropter cum* moti (forte *motus*) *causa. per* heracleotanam. *civitatem transitum fecerimus*. In editis: *Quapropter cum* vocati *caussa per* Heracletantem *civitatem transitum faceremus*. Vide Ritterium adnotation. (*d*), & (*e*).
III. Nonnulla desunt a vocibus *murorum suorum* ad voces *operum publicorum*; & ea quidem vitio Amanuensis.
IV. *Vel a u. inl* CRp. (ideſt *Viro inlustri Comite rerum privatarum*). In editis: *Vel a Viro inlustri Comite* reperta. Sigla illa Rp. cum interpreti negotium facesserent, lectionis monstrum ex iis confecit, non ab eo dissimile, quod superius adnotavimus *Tit*.VI. *Novell*.III. *n*.XII. Verum Cuiacius jam heic mendum expunxerat.
V. *Verum quia nulla pene res. adeo tuta. adque* inviolanda *est*. In editis: *Verum quia nulla pene res adeo tuta, atque* inviolata *est*.
VI. *Circa rei publice* commoditatis (*i* pro *e*). In editis: *Circa Reipublicae* commoda.
VII. *Que per hanc divinam legem*. sanximus. In editis: *Quae per hanc divinam legem* sancimus.
VIII. *Quatenus summa cum* eelebritate. *modis omnibus* impleantur. In editis: *Quatenus summa cum* celeritate, *modisque omnibus* impleatur. Forte τὸ *celebritate* mendosum eſt, ſed cetera editis accuratiora.
IX. *Dat*. XI. *Kal*. iun. afrodisiade. *maximo & paterio*. In editis: *Dat. Kalend*. Iul. Frodisiadae *Maximo* II., & *Paterio* VV. CC. COSS. Diei, Mensis, & loci discrimen jam adverterat Brenckmannius *cit. epist. pag*. 629., & Ritterius adnotation. (*n*), & (*o*).

TITULUS XXIII.

De ambitu & locis limitaneis. liniti redebendis.

Titulus *de ambitu*, *& locis limitaneis inibi redhibendis* tam apud Gothofredium, quam apud Ritterium cernitur *n*. XXXI. Ottob. Cod. has exhibet lectiones, quae ab editis recedunt.

I. *Impp. &c*. ciro. *mag. offitiorum*. In editis: *Impp. &c*. Numo *Magistro Offic*. Brenckmannius *cit. epist. pag*. 632. errorem inesse suspicatur in MSS. Ottobon. hoc loco, ubi pro *Numo*, vel *Nomo* habetur *Ciro*, quod scilicet Cyrum Praef. P. fuisse, passim legitur. Verum magis arridet argumentum Ritterii adnotation. (*a*), qui monet, *l*. 3. *Cod. Just. de fundis limitrophis*, quae ex hac Novella eruta eſt, praeferre inscriptionem *Nomo Magistro offic*. Corrigenda etiam eſt salutatio ad Cyrum in Clausula.
II. *Precipua* (lege *praecipuam*) limitibus. *curam inperdiendam. esse censimus*. In editis: *Praecipuam* militibus. *curam impertiendam esse censemus*.
III. *Hec* una res enim. In editis: *Haec* enim una res.
IV. *Castrorum quin eciam. ipsis* lusuriarumque &c. In editis: *Castrorum quin etiam ipsis*, luxuriarumque &c. Ritterius heic adnotation. (*d*) scribendum censet *lusoriarumque*, & provocat ad *tit*.17. *lib*. 7. *de lusoriis Danubii*; nec sane repugnantem habet Ottobon. Cod., in quo *u* pro *o* alias usurpari animadvertimus.
V. *Quadruplici* (lege *quadrupli*) *solutione* (lege *solutionem*) *agnuscere. bisdem* addicendam. *limitibus imperamus*. In editis: *Quadrupli solutionem agnoscere hisdem limitibus imperamus*.
VI. *Id* enim *ipsis quoque viris &c*. In editis: *Id ipsis quoque viris &c*.
VII. *Et* ducis. *seu* magiſtri *militum. vel cujuslibet judecis* (*qui*) *insinuatione* (*e* pro *i*) *aduuit* (lege *annuerit*) *offitium centenarum librarum auri damnatione* multetur. In editis: *Et* Duces, *seu* Magiſtros *militum,vel cujuslibet Judicis, qui insinuationi annuerit, officium* cum *centenarum librarum auri damnatione* ulterius. Ritterius videns in editis haec pessime se habere, ita emendare ſtuduit adnotation. (*i*): *Centenarum librarum auri condemnatio ultura sit*.
VIII. *Competens ei actio*. contra *venditorem intacta. servabitur*. In editis: *Competens ei actio* adversus *venditorem intacta servabitur*. Cod. Ottob. convenit eum *Cod. Just. l. alt. de fund. limi-*

limitroph. , quae ex hac Novella processit.

IX. *Id autem cure perpetue . tui culminis* credemus *injungendum* . In editis: *Id autem curae perpetuae tui culminis* credidimus *injungendum* .*Cod. Just. l.* 4. *de Off. Magist. Offic.*, quae hinc excerpta est , cohaeret Mss. Ottob.

X. *Ut tam* trachici . In editis : *Ut tam* Trachi.

XI. *Quemadmodum se melicum* (lege *militum*) *numerus* habeat. In editis: *Quemadmodum se militum numerus* habet. Idem *Just. Cod. cit. l.* cum nostro convenit.

XII. *Victuria nobis propicia* secundum nobis (legerem *nostram*) voluntatem *nunciabitur*. In editis: *Victoria nobis , propitia* secundi Numinis voluntate , *nuntiabitur*.

TITULUS XXIIII.

De metatis.

Gothofredius , & Ritterius habent hunc Titulum sub *n.* XXXII. Lectiones, quibus differt in Cod. Ottob. , hae sunt.

I. *Impp. &c.* Nomo *mag. offitiorum*. In editis : *Impp. &c.* Numo *Magistro Offic.* Hoc jam notaverat Brenekmannius *cit. epistol. pag.* 632., & Ritterius adnotation. (*a*) ad Novellam XXXI.

II. *Cum inter multa privilegia . que militaris* (lege *militaribus*) *detulit . viris antiqua provisio . habiculis* (lege *habitaculis*) *eciam eorum certe portionis domorum forte* prosfexerit. *nos . quibus familiare est . universa negutia . conpetenti temperatione* disponere &c. In editis : *Cum inter multa privilegia , quae militaribus detulit viris antiqua provisio, habitaculis etiam eorum certae portionis domorum forte* prospexit: *nos a quibus familiare est universa negotia competenti temperatione* disponi &c.

III. *In* caeusiationibus (*s* redundat) *edium*. In editis : *In* exactionibus *aedium*.

IV. Ut metatione *resit* (lege *res sit*) *immunis* . In editis : Ratione , *res sit immunis* : Lectio nostra anteponenda videtur & ipsi Cuiacianae, quam refert Ritterius adnotation. (*e*).

V. Centum *librarum auri*. In editis: Centenarum *librarum auri*.

VI. *Inlustris* . igitur *auctoritas tua*. In editis: *Inlustris* itaque *auctoritas tua*.

TITULUS XXV.

De relevatis adheratis. vel donatis possessionibus.

Titulus hic , qui inter Theodosii Novellas in Mss. Ottob. postremum locum tenet, apud Gothofredium , & Ritterium censetur *n.* XXXIII. Cod. Ottob. has habet , quibus a ceteris differat , lectiones.

I. *Impp. &c. hermocrati ppo.* orientis . In editis : *Impp. &c. Hermocrati* PF. P. Ritterius haeic adnotation. (*b*) putat , Hermocratem fuisse Praefectum Praetorio Illyrici , cum ex duabus *Cod. Just.* Legibus , quas nos quoque usurpavimus adnotation. (2) ad Novellam II. anecdotam, eruat , Zoilum fuisse Praefectum Praetorio Orientis anno 444., quo haec Novella prodiit, quibus nunc etiam addi possunt Novella II., & III. nostra anecdota eidem Zoilo inscripta, & hoc ipso anno emissa . Verum cum Cod. Ottob. appellet expresse Hermocratem Pf. P. Orientis , & Theodorum Pf. P. Illyrici inferius exerat , ut *n.* XI. videri poterit , corruit omnino Ritterii argumentum. Quod autem eodem anno duo occurrant Praefecti Praetorio Orientis, facile explicari potest. Vidimus namque adnotation. (2) ad Novellam V. anecdotam , eodem anno 445. haberi ex No-

ex Novellis Maximum, & Albinum Praefectos Praetorio Italiae, quod ibi ita contingere potuisse diximus, ut quo anno Praefecturam dimilit Albinus, qui ex subscriptionibus Mensium anterior videtur, Maximus susceperit, praesertim, cum non certo, definitoque tempore honor hic terminaretur, ut citata adnotatione ex Tillemontio advertimus, qui Praefectura Italica potitum fuisse affirmat Maximum a die X. Kal. Martias ann. 441. usque ad Idus Augusti anni sequentis. Quare cum Zoilum videamus Præfecturae Praetorianae Orientis insedisse anno 444. tum XIII. Kal. Aug., ut ex Novella nostra II. anecdota patet, tum X. Kal. Maii, ut ex III. eruitur; Hermocratem vero hac dignitate insignitum cernamus hoc ipso anno III. Idus Decembris, ut praesenti Novella docemur, facile suspicari, immo pro certo haberi poterit, ipsum in ejusdem Praefecturae Praetorianae munere Zoilo fuisse hoc eodem anno suffectum.

II. *Perfecta est. hac plena liberalitas.* qua precedens. *munificia* (lege *munificentia*) communitur. *tuncque* se *maxime. unusquisque toto confidit. habere quod meruit*. In editis: *Perfecta est, ac plena liberalitas*, quam praesens *munificentia* communit (melior haec lectio); *tuncqae maxime unusquisque tuto* se *confidit habere, quod meruit*.

III. *Tributorum* honore (lege *onerè*) *sublevatas*. In editis: *Tributorum* munere *sublevotas*.

IV. *In possessionibus* tantum *videlicet que &c.* In editis: *In possessionibus videlicet, quae &c.*

V. *Illud*que *uelut quadam circumventione deposce* (*e* pro *i*). In editis: *Illud* quoque *velut quadam circumventione deposci*. *Cod. Just. l.* 16. *de omni agro deserto*, quae ex hac Novella excerpta est, convenit cum Mss. Ottob.

VI. *Possessiones suas* liberarunt. In editis: *Possessiones suas* relevarunt.

VII. Magne (lege *magna*) liberalitate *prospeximus*. In editis: Magnam liberalitatem *prospeximus*. Iuxta Ottob. Cod. lectionem etiam Ritterius emendandum eonjiecerat adnotation. (*q*).

VIII. Nullique. *licere deinceps*. In editis: Nullisque *licere deinceps*.

IX. *Inlustris* itaque. *& magnifica auctoritas tua*. In editis: *Inlustrit* igitur, *& magnifica auctoritas tua*.

X. *Dat.* III. K. *dec. constant. theud. aa.* XVIII. *& albino cons.* In editis: *Dat.* III. Id. *Decembr. Constantinopoli, Theod. A.* XVIIII., *& Albino* V. C. COSS. Notanda imprimis diei diversitas, tum error in Consulatu, quem Codex Ottob. emendat; Consulatus enim Albini cum Consulatu Theodosii XVIII. copulatur, ut alias advertimus ad Novell. II., & III. anecdotas. Brenckmannius *cit. epist. pag.* 630. lectionem Ottob. Cod. attulit, sed additis ex ingenio siglis V.C., quae ibi desiderantur. Ritterius etiam adnotation. (*y*) provocat ad Cod. Ottob., ut error a Consulatu expungatur.

XI. *Eodem exemplo. theudoro. u inlustri ppo. inlyrici*. Haec absunt ab editis. Adnotavimus superius *n.* I. errorem Ritterii, qui Praefecturam Illyrici Hermocrati detulerat, ibique etiam ad haec ipsa respeximus, tamquam ad luculentissimum argumentum, quo firmius sententiae nostrae robur accederet. Quare ex hoc Theodosii Novellarum Indice, quem usque adhuc recensuimus, abesse patet ab Ottoboniano Codice, ut etiam supra monuimus ad Titulum I. *n.* VIII., Novellam II. *de confirmatione Legum Divi Theodosii*, & III. *de Judaeis, Samaritanis, Haereticis, & Paganis*, cujus extremam partem Novellae I. Theodosianae adhaesisse, monuimus etiam superius loco citato.

INDICIS TITULORUM NOVELLARUM THEODOSII JUN., ET VARIARUM LECTIONUM

FINIS.

TITU-

TITULO LEGŪ. NOVELLAR̄.

DIVI VALENTINIANI AUGUSTI.



Titulus I.

De indulgentiis. Reliquorū.

Titulus hic non confundendus eſt cum Titulo VII. Novellarum Valentiniani, qui hoc ipſo modo inſcribitur; quemadmodum in hunc errorem prolapſum fuiſſe Brenckmannium, ſuperius monuimus tum adnotation. (16) ad Novellam IV. anecdotam, tum adnotation. (1) ad Clauſulam item anecdotam Novellae Valentinianae *de Poſtulando*; Titulus enim VII., quem diximus, jamdiu editus fuerat, nihilque commune habet cum hoc primo, qui duabus Novellis, iiſque anecdotis inſtructus eſt, quas nos ſuperius *n.* IV., & V. retulimus. Quare conſule eaſdem ſuis locis.

Titulus II.

De poſtulando.

Neque etiam hic Titulus promiſcue accipiendus eſt cum Titulo, qui in Lipſienſi editione inter Novellas Theodoſianas (licet ad Valentinianum pertineat) *n.* XXXIIII. accenſetur, cum omnino alius ſit. In Cod. autem Ottoboniano ſola Clauſula hujus Tituli ſuperfuit, quae male adſuitur Novellae II. Tituli I. *De Indulgentiis Reliquorum*, ut adnotation. (15) ad eamdem Novellam monuimus. Clauſulam hanc editam a nobis nunc primum habes ſuperius poſt II. laudatam Novellam Tit. I. *De Indulgentiis Reliquorum*, ſive poſt Novellam noſtram V. anecdotam. Jam ibidem adnotation. (1) oſtendere conati ſumus, eamdem pertinere ad Novellam, quae nunc in Ritteriana editione habetur inter Marcianeas

Novel-

Novellas Titulo V., ſive ad Cuiacianum fragmentum, quod idem eſt, ut nobis appellare ſaepius libuit. Index Titulorum Novellarum Valentiniani, quem nobis exhibet Ottobonianus Codex, quique Titulum *de Poſtulando* ſecundo loco recenſet, certo nobis argumento fuit, Cuiacianum fragmentum, quod hujus noſtrae Clauſulae pars eſt, non ad Marcianum Aug., ut contendit Cuiacius, & Ritterius, ſed ad Valentinianum potius eſſe referendum. Vid. adnotationem noſtram (1) ad laudatam Clauſulam Novellae Valentiniani *de Poſtulando*.

TITULUS III.

De ſucceſſionibus. curialium qui ad clerecatum tranſierunt.

Gothofredius, & Ritterius habent hunc Titulum inter Theodoſianas Novellas, ſed hic *n.* XLI., ille *n.* XXXVIII. Ibidem paullo ſimplicius legitur: *De ſucceſſione Curialium*. Alias lectionum varietates habes quoque in ceteris.

I. *Impp. &c.* ad maximum. II. *ppo.* In editis: *Impp. &c.* Maximo II. Pf. P.

II. *Ad obſequium venerabilir* miniſtiril. In editis: *Ad obſequium venerabilis* myſterii. Ritterius adnotation. (*d*) tuetur τὸ myſterii contra Rittershuſium, ſed utraque vox ſuſtineri poteſt.

III. *Propterea preſenti lege*. decernimus. In editis: *Propterea praeſenti lege* ſancimus.

IV. Qui *ſi defuerint eaſdem octo uncias ordine* (*e* pro *i*) *proprio*. *proficere debere* cenſemus. In editis: Quod *ſi defuerint, eaſdem octo unciar ordini proprio proficere debere* cenſuimus.

V. *Qui ſi* liberus (*u* pro *o*) *non habuerit*. In editis: *Qui ſi* filios *non habuerit*.

VI. *Que poſt* honorem *clericatur*. In editis: *Quae poſt* hane rem *clericatus*. Jam Cuiacius emendaverat.

VII. *Iuluſtris & precelſa* magnitudo *tua*. In editis: *Illuſtris, & praecelſa* magnificentia *tua*.

VIII. Ac XX *librarum*. *auri multa percellat*. In editis: *Viginti librarum auri multa percellat*.

IX. *Dat.* V. *Kl.* ſept. *Rau teud. a.* XVII. *& Feſto uuc. consl.* In editis: *Dat.* V. *Kal.* April. *Ravennae Theodoſio* A. XV., *& Feſto* V. C. COSS. Occurrit heic in Menſe, & Conſulato varietas; Utramque jam adnotaverat Brenckmannius *cit. epiſt. pag.* 625.. ſecundam vero tantum Ritterius ex ingenio protulerat adnotation. (*k*).

TITULUS IV.

In damnũ. publicũ *elicitũ*. non valere. reſcriptũ. nec ſpecialia benefitia. generalibus. preferenda.

Apud Gothofredium, & Ritterium Titulus hic ſtatuitur in-

tur inter Theodoſianas Novellas; verum apud hunc *n.* XLII., apud illum *n.* XXXIX. Lectiones, quae differunt, paucis nunc habes.

I. Recidentl. (*i* pro *e*) *in reliquos tributorum. ſarcinam* (dele *m*). In editis: Recedente *in reliquos tributorum ſarcina*. Rittershuſius jam conjiecerat legendum *recidente*.

II. *Inluſtris & precelſa* magnitudo *tua*. In editis: *Illuſtris, & praecelſa* magnificentia *tua*.

III. *Dat.* VIIII. k. *Febr. Rom. ual. a u. & anatolio conſol.* In editis: *Dat.* VIII. *Kal. Febr. Rom. Valentiniano* A. V., & *Anatolico* V. COSS. Diſcrimen habetur in die. Brenckmannius *cit. epiſt. pag.* 627., & ex eo Ritterius adnotation. (*e*) ajunt, in Mſs. Ottob. mendoſe haberi *Aug.* pro A. V., ſed non aliter, quam nos expreſſimus, ibidem legitur. Mos eſt Amanuenſi noſtro quinquennarium numerum adlinire ſub forma vocalis litterae *u*, quod quidem ipſum ibidem exprimere voluiſſe ſuadet diſtantia *a* ab *u*, tum defectus *g*, quod mendoſe laudati Auctores appingunt, ut contra Codicis fidem *Aug.* legi ſuadeant.

TITULUS V.

De pantapolis ad urbem Romã. revocandis. & qui a tyronum prebitionẽ. excuſentur.

Utraque Lugdunenſis, & Lipſienſis editio habet hunc Titulum inter Novellas Theodoſianas, ſed prima illum exhibet ſub *n.* XL., altera ſub *n.* XLIII. Mſs. Ottob. his praecipue differt lectionibus.

I. *Quam uenerabilis* urbis. *rome. utilitas*. In editis: *Quam venerabilis Romae utilitas*.

II. *Inluſtris uiri* prefectus (lege *praefecti*) urbis *diſpoſitionibus*. In editis: *Inluſtris viri* Urbis Praefecti *diſpoſitionibus*.

III. *Dat.* V. *non. mar. &c.* In editis: *Dat.* VI. *Non. Mart. &c.* Dies differt.

TITULUS VI.

De tironibus. & occultatorib. deſertorum.

Titulus hic, qui in utraque editione ſuperius laudata cernitur inter Novellas Theodoſii, proſtat quidem in altera ſub *n.* XLI., in altera vero ſub *n.* XLIIII. In Mſs. Ottob. duabus tantum Novellis donatur hic Titulus, cum tribus conſtet in editionibus typographicis. Accipe lectiones, quibus differt

NOVELL. I.

I. *Impp. &c.* Segiſuuldo. In editis: *Impp. &c.* Sigiſvaldo Comiti, & Magiſtro utriuſque militiae.

II. *Ut* incuſabiles (*e* pro *i*) *culpas. id* (lege *culpa ſit*). In editis: *Ut* excuſabilis *culpa ſit*.

III. Detentet ſigiſuulde *pk. aa.* In editis: Detinet, P. K. A.

IV. Et

IV. Et *idcirco inlustris & precelsa* magnitudo *tua*. In editis: *Idcirco inlustris, & praecelsa* magnificentia *tua*.
V. *Id servata moderatione* censemus. In editis: *Id servata moderatione* sancimus.
VI. *Judicem. saue si* conhivenciam &c. In editis: *Judicem sane, si* conhibentiam &c. Jam Ritterius adnotation. (*f*) emendaverat *conniventiam*.

NOVELL. II.

VII. *Unde inlustris* magnitudo *tua*. *pragmatici* nostri. *tenore* comperto sciat. secundum pragmatici prioris tenorem *quod de delectum* (lege *dilectu*) *agitando datum est &c.* In editis: *Unde inlustris* magnificentia *tua*, *pragmatici* prioris *tenore*, *quod de dilecto* novo *agitando datum est &c.* Verborum bis recurrentium similitudo antiquorum Codicum exscriptores in oculorum aberrationem, cujus exempla alias protulimus, facile adduxit.
VIII. *Ut* actores &c. In editis: *Ut* auctores &c. Ritterius adnotat. (*i*) emendaverat.

TITULUS VII.

De palatinis.

Utraque laudata editio habet hunc Titulum inter Novellas Theodosii Jun., sed sub diversis numeris, altera nempe sub *n.* XLII., altera sub *n.* XLV. Novellas vero tres gerit hic Titulus; Hinc habeas nunc lectiones, quae spectant ad

NOVELL. I.

I. *Ut inveteratam usurpationem*. resecare *cupientes*. In editis: *Ut inveteratam usurpationem* resarcire *cupientes*.
II. *Hoc* constituto. nostro *adicimus*. In editis: *Hoc* constitutioni nostrae *adicimus*.
III. *Presencia* resecit. (*i* pro *e*) *futura componat*. In editis: *Praesentia* recitet, *futura componat*.
IV. *Inlustris. & precelsa* magnitudo *tua*. In editis: *Inlustris, & praecelsa* magnificentia *tua*.
V. *Dat. prid. non.* ian. &c. In editis: *Dat. Prid. Non.* Jun. &c. Mensis non idem.

NOVELL. II.

VI. *Inlustribus* (lege *inlustris*) *igitur & precelsa* magnitudo *tua*. In editis: *Inlustris igitur, & praecelsa* magnificentia *tua*.

VII. *Quippe moderatione* tali: In editis: *Quippe moderatione*.

NOVELL. III.

VIII. *Ceteris vero non* movendam. *penitus*. *questionem &c.* In editis. *Ceteris vero non* novandam *penitus quaestionem &c.* Rittershusius jamdiu ad veram lectionem haec redegerat.
IX. *Ad amplitudinis tue*. sedem cum *ratiocinis instructionibusque transmittant*. In editis: *Ad amplitudinis tuae* eodem *ratiociniis, instructionibusque transmittant*. Cuiacius jam *sedem* reposuerat.
X. In *procurandis exactionibus*. In editis: *Procurandis exactionibus*.
XI. *Dat.* VII. *K. Mai. Rom.* calepio *uc. cons.* In editis: *Dat.* VII. *Kal. Mai*, *Rom.* Calypio Aug. V. V. C. CONS. Lectionem Ottob. Cod. tum Brenckmannius *cit. epist. pag.* 633., tum Ritterius adnotat. (*a*) protulerant.

TITULUS VIII.

De invasoribus.

In utraque editione prostat hic Titulus sub *n.* XIX. inter Novellas Theodosii, duasque ex iisdem sub se continet. En lectiones, quibus paullisper ab editis discrepat

NOVELL. I.

I. *Et magna assertio* virtutum. In editis: *Et magna assertio* virtutis.

II. *Quando. hoc. quod in* predictum U. inl. *non perspicimus. observatum. possessorum. pretermissa conventio est. quaudo* dominis non *sunt. denonciata. litigia. & de cognito potius negotio exspectata sentencia.* aut *que patrimoniorum. potest esse securitas &c.* In editis: *Quando hoc, quod in* praedicto viro illustri *non perspicimus observatum, possessorum praetermissa conventio est, quando* domini *sunt denunciata litigia, & de cognito potius negotio expectata sententia:* ut *quae patrimoniorum potest esse securitos &c.* Vide emendationem Ritterii adnotation. (*e*).

III. *Specialis querella* commonuit. In editis: *Specialis querela* commovit.

IV. *Hanc potuverit* sancionem nostram *dissimolandam*. In editis: *Hanc putaverit* sanctionis nostrae *dissimulandam &c.*

V. Justicie ipsam *statutam taxationem*. In editis: Justitia *statutam taxationem*.

VI. *Restituturum quoque* censemus. In editis: *Restituturum quoque* sancimus.

VII. *Quare inlustris* magnitudo *tua*. In editis: *Quare inlustris* magnificentia *tua*.

VIII. *Dat.* V. *id* iun. *Rau. valent.* V. *& anatolio consl.* In editis: *Dat.* V. *Id.* Jan. *Rav. Valentiniano* A., *& Anatolio* V. C. COSS. Mensis non idem; Consulatus accuratior. Utrumque notavit Brenckmannius *cit. epist. pag.* 626., & Ritterius adnotat. (*l*), & (*m*).

NOVELL. II.

IX. *Unde inlustris* magnitudo *tua*. In editis: *Unde inlustris* magnificentia *tua*.

X. *Dat.* VI. *Kl. Fb. Rav. pc. ualentiniani* agusti. V. & anatolio uc. cosl. In editis: *Dat.* VI. *Kal. Feb. Rav. Post Consulatum Valentiniani* A. Brenckmannius *cit. epist. pag.* 626. subscriptionem hanc protulit, emendato *Anatolio* in *Anatolii*. Eum subsequutus est Ritterius adnotat. (*o*).

TITULUS VIIII.

De redito. iure. armorũ.

Habetur hic Titulus in utraque saepius laudata editione inter Theodosianas Novellas *n.* XX. Quibus lectionibus differat, nunc habes.

I. *Impp. &c.* popolo romano. In editis: *Impp. &c.* ad Populum.

II. *Singulus* (*u* pro *o*) *universus. que* hoc admonimus (*i* pro *e*) *edicto*. In editis: *Singulos, universosque* nostros monemus *edicto*.

III. *Dat.* VIII. *K. iul.* Rau. In editis: *Dat.* VIII. *Kalend. Jul.* Romae. Locus differt; quod monuerat Brenckmannius *cit. epist. pag.* 626., & Ritterius adnotat. (*k*). Deest in Mss. Ottob. Principis subnotatio, & subscriptio Consulum.

TITULUS X.

Neque domũ divinã. neque ecclesiã. aut aliquã personã. a quolibet munere. publico excusandam.

Utraque editio Titulum hunc gerit *n.* XXI. inter Theodosianas Novellas. En lectionum discrimina.

I. *Que vectigalium nervus* (*u* pro *o*) *sustinent. quam* (lege *quae*) *adtenuatis devotorum viribus.* utill equitate *succurrunt*. In editis: *Quae vectigoliam nervos substinent; quae adtenuatis devotorum viribus* uti equitatum *succurrunt*.

Medi-

Medicinam huic loco Ritterius facere tentavit, verum parum feliciter. Vid. adnotat. (c).

II. *Et validiore*. reiciente *folus agnuscit*. *infirmior*. In editis: *Et validiore* rei cedente *folus agnoscit infirmior*. Cuiacius emendavit *recedente*; Verum Ottob. Codicis lectio concinnior.

III. *Sive* usufructum. aria (lege *usufructuaria*) *largitate*. In editis: *Sive* fructuaria *largitate*.

IV. *Ut quicumque &c. conditione* (lege *conditionem*) *fecerat* onus consuetum absque ulla *privilegii exceptione sustineant* (lege *sustineat*). In editis: *Ut quicumque &c. conditionem fecerat, privilegii exceptione sustineant*. Ritterius adnotion. (*m*) conjecerat legendum *abstineat*.

V. Ut *ita*. *demum difficultati expensarum*. uexatione. *que inopum &c.* In editis: *Ita demum difficultati expensarum*, exactionique *inopum &c.* Vid. Ritterium adnotat. (*o*), qui particulam *ut* addendam censuit, dum *ita* expungeret. *Vexationi inopum*, quam *exactioni* magis adhaererem, ut concinnior locutio procedat.

VI. *Reddundantes* opulentia *feculi*. In editis: *Redundantes* opulentiae *feculi*. Ritterius emendaverat adnotat. (*q*).

VII. *An forte contumeliosum*. *putandum est inveutum*. contraria ratione. In editis: *An forte contumeliosum putandum est inventum* contra rationem.

VIII. *Quo instauratio militarium*. viarum. In editis: *Quo instauratio militarium* uirorum. Ritterius adnotat. (*r*) lectionem hanc irriserat, atque alteram ex ingenio suffecerat.

IX. *Per que ad splendorem* defensionis *publice*. *pervenitur*. In editis: *Per quae ad splendorem* distinctionis *publicae pervenitur*.

X. *Quorum admiuiculum* (lege *adminiculo*) salutem *pariter*. *& decus tuemur*. *imperii*. In editis: *Quorum amminiculo* statum *pariter*, *& decus tuemur Imperii*.

XI. *cogatur*. *In* qua *parte quo quis*. *que bonoratior &c.* In editis: *cogatur in* quarta *parte*. *Quo quisque honoratior &c.* Cuiacius jam ex ingenio emendaverat.

XII. *Dat*. X. *K*. *mar*. *pc*. *ualen*. *aug*. *anatolio uc conf*. In editis: *Dat*. X. *Kal*. *Mart*. *Ravennae*. Accepta Prid. Idus Mart. Ubi sup. *post Consulatum Valentiniano A*. V., *& Anatolio* COSS. Vulgata lectio plenior, sed utraque mendosa. Ottob. Codicis lectionem adnotaverat Brenckmannius *cit*. *epist*. *pag*. 626., & Ritterius adnotat. (*b*).

TITULUS XI.

De honoratis & quis in gradu pferatur.

In laudatis editionibus diverso sub numero prostat hic Titulus, cum in Lugdunensi habeatur *n*. XLV., in Lipsiensi vero *n*. XLVIII. Lectiones Mss. Ottob. proferuntur.

I. *Impp*. *&c*. stauratio pc. (lege *p*. *u*.) In editis: *Impp*. *&c*. Storacio PF. V. Verum consule adnotationem nostram (2) ad Clausulam anecdotam Novellae Constitutionis Valentiniani Imp. *de Postulando pag*. 60.

II. *Eciam uobis libenter* adsciscimus. In editis: *Etiam nobis libenter*. adscimus. Rittershusius in lectione nobiscum convenit.

III. *Et* currulium *bornamenta* gemmarum. In editis: *Et* curulium *ornamenta* gemmarum. Bene jam Cuiacius emendaverat.

IV. *Inlustris igitur*. *& precelsa* magnitudo *tua*. In editis: *Inlustris igitur*, *& praecelsa* magnificentia *tua*.

V. *Absque superiores* (*e* pro *i*) prescriptione temporis. *iure uniuersis*. *honoribus*. *antecellet*. In editis: *Absque superioris jure universis honoribus antecellit*.

VI. Brenckmannius *cit*. *epist*. *pag*. 629., & ex eo Ritterius adnotation. (*b*) afferunt in Ottob. Cod. legi: *Dat*. XIII. *Kal*. *Nov*. *Rav*., quam lectionem praeferendam heic monet Ritterius. Verum nobis imponunt laudati Viri, dum hoc afferunt, quandoquidem diei, loci, & Consulatus subnotatio, quam exhibet heic Ottob. Codex, nihil differt ab ea, quam habent vulgatae editiones; Ceterum, quam afferunt Brenckmannius, & Ritterius, habetur ad Novellam proxime sequentem, si tamen diem emendaveris, ubi vid. *n*. V.

Titulus XII.

De pecunia afr. credita & fede iussoribus eoȝ.

Utraque laudata saepius editio habet hunc Titulum *n.* XII. Lectionum discrimina haec sunt.

I. Per *acervissima supplicia*. In editis: Super *acerbissima supplicia*.

II. Sibique *inter omnium spolia* vindicavit. In editis: Ubique *inter omnium spolia* vindicabit. Primum emendavit Cuiacius, alterum Ritterius.

III. *Et extorribus* patria. In editis: *Et extorribus* patriae. Ritterius adnotation. (*e*) ita quoque emendaudum conjecerat.

IV. *Ob boc inlustrit & precelsa* magnitudo *tua*. In editis: *Ob boc inlustrit, & praecelsa* magnificentia *tua*.

V. *Dat.* XIII. *Kl.* Rau. *Nov. maximo* II. *& paterio*. In editis: *Data* XIIII. *Kal. Novemb. Maximo* II., *& Paterio* V. C. COSS. Dies non idem, & locus desideratur in vulgatis editionibus. Loci defectum tum Brenckmannius *cit. epist. pag.* 628., tum Ritterius adnotation. (*i*) animadverterant. Vid. *n.* VI. ad Titulum superiorem.

Titulus XIII.

De tributis fiscalibus. & de diversis. negutiis.

Utraque editio exhibet hunc Titulum inter Novellas Theodosii *n.* XXIII. hoc modo inscriptum: *De tributis fiscalibus, & de sacro auditorio, & de ceteris negotiis*. Titulum hunc cum variis lectionibus Codicis Ottoboniani exhibuit Leonardus Adamius, de quo satis in Praefatione dictum est, & ex eo Christianus Godofredus Hoffmannius in *Historia Juris Romano-Justinianei*: Lipsiae 1734. *Vol. I. Lib. I. Cap. II. de Collectionibus Juris Rom. ante Justinianum. Sect. III. §. II. adnotat.* (c) *pag.* 486. Quemadmodum nos hactenus non praetermisimus varias Codicis nostri Lectiones, licet earum nonnullas jam Brenckmannius, & Ritterius attulissent; ita neque modo hinc abesse patiemur eas, quas Adamius, Hoffmannius, quin & Ritterius ipse protulerunt. Verumtamen nos exsulare facile sinemus Amanuensis peccata, quibus laudati Scriptores locum fecerunt, tum praetermissas ab ipsis nonnullas lectiones adducemus, quaeque ab iisdem insuper prolatae fuerint, accuraratiori ratione exhibere satagemus.

I. *Impp. &c. Albino* II. *ppo.* In editis: *Impp. &c. Albino* PF. P. Cum Albinus jam anno 443. P. P. Italiae extitisset, ut patet ex antecedenti Titulo, recte

recte heic nunc dicitur II. *secundo*, vel *iterum* Pf. Po, quandoquidem haec Novella, quae emissa est anno 445., rursus hae eadem dignitate explenduisse Albinum, aperte significat. Hoc laudatorum Scriptorum diligentiam effugit.

II. *Palladius*. us. (idest *vir spectabilis*) *comes tribunus*. In editis: *Palladius* V. C. *comes*, *&* *Tribunus*. Hoc idem laudati Scriptores adnotare spreverunt. Comites dicti sunt *spectabiles*, ut habetur *l.* 1. §. *Sin autem Cod. Just. de raptu virg.*, & *l.* 3. *Cod. de Advocat. diverf. judic.* Vid. Gutherium *de Offic. Dom. Aug. lib. I. cap. IX.*

III. *Et* maximinus. vel sacerdotales *probabiliter*. In editis: *Et* Maximianus Vir laudabilis *probabiliter*. Mss. Ottobonianum quoad solum *Maximini* nomen amplectendum censemus; cetera emendatiora in vulgatis editionibus.

IV. *Humanitatet* (*e* pro *i*) *nostre*. *beneficiis* subvenire. In editis: *Humanitatis nostrae beneficiis* subveniri. Laudati Scriptores jam adnotaverant.

V. Ita ut *predia domus*. *divine*. In editis: Aut *praedia domus divinae*. Nos haec adducimus post laudatos superius Scriptores.

VI. *De* theuloneo. *vera statuimus*. *ut* ex *quique centissimis*. *due* rusiccadiensis *&* collectane. *civitatibus*. *tres sacris* largitionibus *inferantur*. *De salinis alumine caractere*. *erba robea lini maceratura*. *& clavi vetrii tantum* tituli. *a sacris* largitionibus. *pro numerum*. (lege *numera*) *hominum*. *& possibilitate*. *poscantur* ab *hoc actu vel cura curalibus* (lege *curialibus*) *penitus remotis*. quinta *eciam*. que in privilegiis *domus pietatet* (*e* pro *i*) *nostre vel necessitudinum nostrarum*. *recedit*. superfundatur. *cunctis possessoribus* ut *promissa summa*. *que ad arcam* defundenda est *impleatur* qua *omnis exactio per provinciale procuretur offitium*. In editis: *De* colone *vero statuimus*, *ut quinque centisimis due* rusicanienses, *&* coluane *civitatibus tres sacris* largitionalibus *inferantur*, *de salinis*, *alumine*, *charactere*, *herba rubea*, *lini maceratura*. *& clavi vitrei tantum* titul. *a sacris* largitionalibus *pro numero hominum*, *& possibilitate poscantur*, ob *hoc actu*, *vel cura Curialibus penitus remotis*, quintam omnibus, quae jugis *etiam domus pietatis nostrae*, *vel necessitudinum nostrarum recedit* superfunditur *cunctis possessoribus* sit *promissa summa*, *quae ad arcam* defendentes *impleatur*. Quae *omnis exactio per provinciale procuretur offitium*. Crambem recoctam non omnino nunc reposuisse videbimur, licet has Ottob. Codicis lectiones post laudatos III. Viros denuo afferamus, quandoquidem in iis recensendis parum fideliter Adamius, & ex eo Hoffmannius, & Ritterius processerunt; Legitur namque in Ottob. Cod. *theuloneo*, non *Thealoneo*; Tum *rusiccadiensis*. *& collectane*, non *Rusicanensi*, *& collectaneae*; Deinde habetur ibidem *ut promissa summa*. *que ad arcam &c.*, non autem *sit promissa summa*, *qua ad arcam &c.*, Ac tandem *qua omnis exactio*, non *quae omnis exactio*, quod adnotare omisit Adamius, licet tamen *quae* rectius forte se habeat. Etsi vero non omnino purgatissimae Ottobon. Codicis lectiones haberi debeant, aequum tamen est, ingenuas saltem easdem proferri, praesertim cum ipsae ad Codicis fidem expressae magis ad integritatem accedant, quam arbitrio, vel oscitantia laudatorum Virorum propositae. Ceterum videndus Gutherius *de Offic. Dom. Aug. Lib. III. cap. XVII.*, qui loco huic medicinam facere conatur, tum Ritterius noster adnotat. (*u*), qui rem propius attigisse videtur.

VII. *Pro* longinqui *difficultati* (*i* pro *e*) *itineris*. In editis: *Pra* longinqua *difficultate itineris*. Laudati Scriptores adnotaverant.

VIII. *In expeditione* milti. (lege *militi*) *constituto*. In editis: *In expeditione* milite *constituto*. Jam fuerat adnotatum. Apud Hoffmannium male legitur *constitutio* pro *constituto*; verum forte Typographi mendo.

IX. *Jubemus* inferri. In editis: *Jubemus* ferri. Cuiacius emendavit *farris*, sed rectius Ottob. Codex *inferri*, ut censet & ipse Ritterius adnotation. (*d*).

X. Modius (*u* pro *a*) *quadraginta*. In editis: Modia *quadraginta*.

XI. *Et* carnis pondo *ducenta septuaginta*. In editis: *Et* carnes pondus CCLXX.

XII. *Vini* sestarius *ducentus* (lege *sextarios ducentos*). In editis: *Vini* sextaria Italicos *ducentos*.

XIII. *Conlatura sunt* pensiones. In editis: *Conlatura sunt* possessiones. Jam ex laudatis Viris haec lectio innotuerat.

XVI. Ita ut *& si qui post recuperationem provinciarum inpositi* sint. *ilico a possessore predii deponantur eos*. *que hec pena* maneat *ut si* quis *suo fundo apposuerit titulus &c.* In editis: Itaque *& si qui post recuperationem provinciarum impositi* reperiantur, *ilica a possessore praedii deponantur*, *eosque haec poena* teneat, *ut si* qui *suo fundo adposuerit titulos &c.* Mirari contigit, Adamium heic ex vulgata editione scripsisse *manet*, tum ex Mss. Ottob. reposuisse *teneat*; Dein non adnotasse *quis* pro *qui*, & *opposuerit* invexisse pro *apposuerit*.

XV. Amissa negotii. repetitione *que-*

quecumque ei . competit. In editis: Amisso secundum petitionem *quaecumque ei competit*. Haec lectio jam laudatorum Virorum diligentia prodierat. Verum videndus Ritterius adnotation. (*o*).

XVI. *Ne quis vera de hac ipsa* raretate *colonorum*. clericatus. *vel milicie. privilegio se estimet excusandum*. In editis: *Ne quis vero de hac ipsa* veritate *colonorum* clericus *vel militiae privilegio se existimet excusandum*. Apud Hoffmannium sine dubio prostat error Typographi, cum ibi ex vulgata editione exhibeatur *clericatur*, ut habet Codex Ottob., & contra ex Cod. depravata editionum lectio reponatur. Ceterum socordia aliqua etiam in Adamio culpanda videtur, qui τὸ *raritate* pro *veritate* non advertit.

XVII. *Non liceat* usurpare. In editis: *Non liceat* usurpari. Lectionem hanc III. Viri nostri jam exhibuerant.

XVIII. *Publico fuerint exceptore*. perscripta. In editis: *Publico fuerint exceptore* praescripta. Laudat lectionem Ottob. Codicis Ritterius adnotat. (*z*), ipsamque antepouit vulgatarum editionum lectioni.

XIX. *Cautiones. que expensarum nomine*. us. (idest *viro spectabili*) *octaviano emisse sunt cognitis* per proceres *nostrus* (*u* pro *o*) *causis earum*. In editis: *Cautiones, quae expensarum nomine* uiri *Octaviano emissae sunt, cognitis* proces *nostros causis earum*. Hoffmannius ex Adamio, & Ritterius ex utroque pro *us.*, ut habet Codex Ottob., reponunt *uc.* Sigla nostra superius etiam videri possunt *n*. 11.

XX. Inlustris urbane prefecture. *examine*. In editis: Inlustri Urbis Praefecti *examine*. Lectionem hanc post laudatos Viros repetimus.

XXI. *Ut quoniam* militaris. *opera*. In editis: *Ut quoniam* politaris *opera*. Lectionem nostram Cuiacius proposuerat, antequam III. Viri nostri eamdem ex Otrob. Mss. proferrent.

XXII. *Evagandi ex* his *locis. licencia denegetur*. In editis: *Evagandi ex* domini *locis licentia denegetur*. Vid. Ritterium adnotat. (*i*).

XXIII. *Per annum bujusmodi* militibus. In editis: *Per annum hujusmodi* limitibus. Recta lectio, sed quae jam innotuerat.

XXIV. *Ad occasionem vexaudarum* reliquiarum. In editis: *Ad occasionem vexandarum* provinciarum. Licet nos pro vulgata lectione potius stemus, tamen Ottob. Codicis lectionem adduximus, ut τὸ *reliquarum* Adamii, & Hoffmannii fides abrogetur.

XXV. *Animositatem* ita erigendam *esse* censemus. In editis: Quorum *animositatem* inlte regendam *esse* censuimus. Heic Adamius ex fide Hoffmannii Cuiacium, qui emendaverat *ita augendam*, licet quidem recte, tamen a veteris lectionis vestigiis recessisse affirmat: Interea tamen veterem lectionem praeterit, ut quae ea sit, ignoraremus adhuc, nisi nunc nobis eamdem ex Ottob. Codice proferre contigisset.

XXVI. *Ut* aut *coram positus*. In editis: Ita *ut coram positus*. Recte Adamius; Sed Ritterius adnotat. (*n*) ex Ottob. Cod. legit *Ita ut aut coram*, ubi sane *ita* desideratur.

XXVII. Se repetione (lege *repetitioni*) *discessur celeritate non subtrabat*. In editis: *Discessus celeritate* se *non subtrabat*. Nota est actio repetundarum, quae Provincialibus competebat adversus avaros Magistratus, qui privatam pecuniam avertissent, quemadmodum ablata pecunia publica ab iisdem per legem Juliam *peculatus* repetebatur. Post collectam ab aliis messem hoc a nobis habeas spicilegium; quandoquidem Hoffmannius post antecedentem lectionem ita subjecit: *Quae sequuntur, nulla in re ab editis discrepans*.

XXVIII. *Ut* relevati *concessas* (lege *concessa*) *cognuscant*. In editis: *Ut* revelati *concessa cognoscant*. Sed forte Typographi oscitantia mendum hoc irrepsit. In Codice nostro desunt illa: *Judices statuta custodiant*. Subscriptio prorsus eadem, si pro *Numo*, ut est in editis, reponas *Nomo*. Habetur etiam simul in eodem Cod. *emissa*. *dat*., quorum verborum unum redundat: Cui locus prae alio faciendus sit, non facile dixerim; Ceterum vide Ritterium adnotation. (*a*).

TITULUS XIIII.

De Fructibus inter maritũ & uxorem. expensis Filiis. vel heredibus ninputaneis.

Titulus ita emendatus circumfertur in utraque editione inter

inter Valentiniani Novellas *n.* I: *De fructibus inter maritum, & uxorem expensis filiis, vel heredibus minime imputandis*. Ceteras lectionum varietates prosequimur.

I. *Impp. &c. albino II. ppo.* In editis: *Impp. &c. Albino* PF. P. In Codice nostro dicitur Albinus Pr. Po. II. *secundo*, vel *iterum*, ut etiam supra advertimus ad Titulum antecedentem *n.* I. Praefectura sane Albini secunda ab anno 444., quo Novellam superiorem eidem inscriptam Valentinianus emisit, usque ad ann. 445., quo haec nostra prodiit, protracta est. Brenckmannius *cit. epist. pag.* 631. existimat, mendosam esse hujus Novellae Inscriptionem; quandoquidem Albinus uno tempore & Pr. Po., & Consul esse nequiverit. Verum praeter Ritterium, qui adnotation. (*a*) Brenckmannium alucinatum fuisse ostendit, nos etiam id iam superius advertimus ad Novellam IV. anecdotam adnotat. (5), ubi videre est Faustum, aliosque uno tempore utraque dignitate insignitos.

II. *Ab omni* honesta. conversatione *vires diutius obteneret*. In editis: *Ab omni* conversatione honesta *vires diutius obtineret*.

III. *Et cum* nunquam *viri post axorem* (lege *uxorum*) *obitum*. In editis: *Et cum* nonnunquam *viri post uxorum obitum*. Convenit cum Ottobon. Cod. Sichardius, Rittershus., & Lugdun. editio.

IV. Ideoque *albine* pk. *aa. inlustris & precelsa* magnitudo *tua*. In editis: Et ideo *Albine* Parens *Karissime Augg. inlustris, & praecelsa* auctoritas *tua*.

V. *Edictis per* provincias. *propositis*. In editis: *Edictis per* provinciam *propositis*. Mss. W. consonum est Ottob.

VI. Subscriptionis mendum de Consulatu Theodosii VIII., quod habet Cod. Ottob. pro XVIII., jam advertit Brenckmannius *cit. epist. pag.* 631.

TITULUS XV.

De episcoporum ordinatione.

Utraque laudata editio habet hunc Titulum sub *n.* XXIV. inter Novellas Theodosii. In Codice nostro imprimis deest inscriptio Imperatorum *Actio*, sive *Aetio*; Tum haec insuper subsequuntur lectionum discrimina.

I. *Ne quid preter auctoritatem. sedis istius.* inlicita *presumptio adtimptare nitatur*. In editis: *Ne quid praeter auctoritatem sedis istius* inlicitum *praesumptio adtemptare nitatur*.

II. Inducias. sive *ordinationes episcoporum sola temeretate* usurpantes (dele *s*) *invasit*. In editis: Indebitas sibi *ordinationes episcoporum sola temeritate* usurpans *invasit*.

III. *Cognitione* descursa (lege *discussa*) *certa. in eum*. & de *bis quos male ordinaverat. lata sentencia est*. In editis: *Cognitione* discussis *certa in eum* ex *bis, quos male ordinaverat, lata sententia est*.

IV. *Sed nostra* (lege *nostram*) *quoque preceptionem. hec ratio* probavit. In editis: *Sed nostram quoque praeceptionem haec ratio* provocavit.

V. *Nec cuiquam alteri* liceat *ecclesiasticis. rebus arma miscere. aut preceptis. romani· antestetis obviare*. In editis: *Nec cuiquam alteri ecclesiasticis rebus arma miscere, aut praeceptis Romani Antistitis* liceat *obviare*.

VI. *Hanc* (lege *hac*) *perhenni sanctione*. censemus. In editis: Hoc *perenni sanctione* decernimus.

VII. *Sed* hoc *illis omnibus. que pro lege. sid.* (lege *sit*). In editis: *Sed illis, omnibusque pro lege sit*.

VIII. *Eti* (lege *Aeti*) pater. *p k. aa unde inlustris &* precelsa *magnificentia tua presentis edictalis. leges* (e pro *i*) auctoretatem. secuta *faciet. que sunt superius*. constituta *servari*. In editis: *Æti* P. K. A. *Unde inlustris, &* praeclara *magnificentia tua praesentis edictalis legis* auctoritate *faciet, quae sunt superius* statuta, *servari*.

IX. *Et manu* (supple *divina*) *divini-*

vinitat. te fervet per multus annus (*u* pro *o*) pater K aa. In editis : *Et manu divina*, *Divinitas te servet per multos annos* Parens *Karissime*.

X. *Dat.* VIII. *id* iul. *rome valent a* IV. & nomo. u. In editis : *Dat.* VIII. *Id.* Jun. *Romae Valentiniano A.* VI. *Conf.* Mensis non idem. Consulatus subscriptionem integriorem ea, quam Codex Ottob. exhibeat, protulit Brenckmannius *cit. epist. pag.* 632., & ex eo Ritterius adnotat. (*q*), idest *Volentin.* A. VI. *&* *Nomo* V. C. *Conf.*

Titulus XVI.

De manicheis.

Utraque editio locat hunc Titulum inter Novellas Valentinianeas sub *n.* II. Nunc lectionum discrimina sunt prosequenda.

I. *Impp. &c. albino*; II. *ppo.* In editis: *Impp. &c. Albino* PF. P. II.

II. *Superstitio* paganis *quoque damnata temporibus*. In editis: *Superstitio* paganorum *quoque damnata temporibus*.

III. *Unde albine. p k aa.* precelsa magnificentia *tua*. In editis : *Unde Albine* Parens *Karissime* AA. Inlustris, & magnifica auctoritas *tua*.

IV. *Lege* instituisse *cognoscat*, In editis: *Lege* statuisse *cognoscat*. Lectionem Codicis Ottob. confirmat Mss. W.

V. *Nec* his *quod palam* &c. In editis : *Nec* eis *quod palam* &c. Mss. W. convenit eum Ottob.

VI. *Dat.* XVII. *K. iul. Rome uolentiniono. augus.* VII. *&* *nomo* uc. *conf.* In editis : *Dat.* XIII. *Kal. Iul. Rom. Valent.* A. VI., *&* *Numo* V. C. COSS. Imprimis dies differt. Consulatus mendose signatur in Ottob. Codice. Brenckmannius ait *cit. epist. pag.* 632. circa diem differre Ottob. Codicem, & eum, quo Gothofredius utebatur: In hoc enim ait legi: *Dat.* XVIII. *Kal. Maii*; at in illo: *Dat.* VII. *Kal. Mai.* Verumtamen neutrum constat; Fortasse cum subscriptione alterius Novellae confusionem fecit, quae mox occurret Titulo secundum Ottob. Cod. XVIII., ubi vide *n.* VI.

Titulus XVI.

De homicidiis casu factis. nec ne.

Titulus hic, qui in utraque editione inscribitur *de homicidiis casu*, *an voluntate factis*, recensetur ibidem sub *n.* III. inter Valentiniani Novellas. Levissimis lectionibus dissimilem ipsum exhibet Codex Ottob.

I. *His enim* tantum *volumus ignosci*. In editis : *His enim* tantummodo *volumus ignosci*. Mss. Ottoboniano consonum est W.

II. *Quinque* librarum auri *multa* (lege *multam*). In editis : *Quinque* auri librarum *multam*.

III. Expoliatus *militia*. In editis : Spoliatus *militia*.

IV. Absunt a nostro Codice Subscriptiones Imper., & Quaestoris. Ceterum subnotatio diei, loci, & Consulum eadem utrobique.

TITULUS XVIII.

De corporatis urbis Rome qui ad miliciam. vel ad clericatũ. transierunt. revocandis.

Utraque editio exhibet hunc Titulum inter Theodosianas Novellas *n.* XXVI. Occurrunt nonnullae lectionum varietates, ac

I. Providam *itaque . amplitudinis tue . & geminis fascibus . comprobatam suggestionem . secuti .* In editis: Providentiam *itaque amplitudinis tuae , & geminis fascibus comprobatam suggestionem secuti .*

II. *Inluster* (lege *inlustris*) magnitudo *tua* . In editis: *Inlustris* magnificentia *tua* .

III. *Ad primum inter vos locum emeritus perveniret* . In editis: *Ad primum inter* suos ad *locum emeritus pervenerit*. Cuiacius emendaverat *inter suos*, & sane ita legendum existimo . Secundum *ad* abest ab editione Rittershusii.

IV. *Se* credederit *transferendum* corpori *cui* &c. In editis: *Se* credidit *transferendum* , corporibus , *cui* &c.

V. *Usque ad* subdiaconis *locum* . In editis: *Usque ad* diaconis *locum* .

VI. *Dat.* VIII. *K. mai.* &c. In editis: *Dat.* XVIII. *Kalend. Mal.* &c. Hoc diei discrimen adnotavit Brenckmannius *cit. epist. pag.* 632. ad Novellam II. Valentiniani, in Codice autem nostro XVI., quod etiam ibid. monuimus *n.* VI.

TITULUS XVIIII.

De testamentis.

Titulus hic, quem habet utraque editio inter Novellas Valentinianeas *n.* IV., duabus constat Novellis; hisque potissimum differt lectionibus

NOVELL. I.

I. *Que testimonium* (lege *testimonio*) *principis & subscriptione* . conceditur. In editis: *Quoe testimonio Principis , & subscriptione* conditoris firmatur.

II. *Conexa* monstrarunt . In editis: *Conexa* monstrant.

III. *Legis hujus definitione* . censemus. In editis: *Legis hujus definitione* censuimus.

IV. *Qui* removerunt . *sancionibus suis.* In editis: *Qui* removere *sanctionibus suis* . Cum Ottob. Cod. convenit etiam G., & W.

V. *Quisquis* voluerit . In editis: *Quisquis* maluerit.

VI. Habeat liberam . *facultatem* . In editis: Liberam habeat *facultatem* .

VII. *Albine* pater K. aa. In editis: *Albine* Parens *Karissime* AA.

VIII. *Condendarum* . servandarumque *legum* . *cura* (lege *curam*) nobis esse *praecipuam* . In editis: *Condendarum* , conservandarumque *legum curam* esse nobis *praecipuam* .

IX. *Dat.* XII. *K. nov. Rom. ecia* (lege *Aetio*) patricio III. & Simacho *uu. cc. consul.* In editis: *Dat.* XII. *Kal. Novemb. Rom. Aetio* III., & Q. Aurelio *Symmacho* VV. CC. COSS. Omnia conveniunt, si demas *Patricii* nomen , quod Aëtio tribuitur in MSS. Ottobon., & si excipias Praenomen, & nomen alterius Consulis, cujus solum cognomen ibidem conspicitur. Cetera, quae habentur in editis, absunt a Codice nostro.

NOVELL. II.

I. *Aliorum* . *testatas* esse prohibent *voluntatis* (*i* pro *e*). In editis: *Aliorum testatas* prohibent esse *voluntates* .

II. *Subpremum festinatio* (lege *festinato*)

nato) *nimis* . ordinare *&* *implere iuditium* . In editis : *Supremum festinato nimis* ordiri , *&* *implere judicium* .

III. *In* tanta *presertim* . *cause meditatione versentur* . In editis : *In* tantae *praesertim caussae meditatione versentur*.

IV. Mendosa est in editione Gothofredii subnotatio Consulum , quam notavit Brenckmannius *cit. epist. pag.* 633. , & emendavit Ritterius . Cetera , quae subscriptionem Consulum subsequuntur in editis , desunt in Codice nostro.

TITULUS XX.

De offitio & de numerariis . prefector. preturio .

Apud Marvillium habetur hic Titulus sub *n.* XLVI. , & apud Ritterium sub *n.* XLVIIII. Paucis differt lectionibus, quas accipe .

I. Medicinam . *nostre* curationis *exposcit* . In editis: Medicinae *nostrae* curationes *exposcit* .

II. *Lege* sancimus . In editis : *Lege* decernimus .

III. *Offitium pretorionum* sub quolibet *exsuarum* (lege *expensarum*) *colore* . In editis : *Officium Praetorianum expensarum colore* .

IV. *Ut pecuniam* pro *publico necessitote numeratam* . In editis : *Ut pecuniam publico necessitate numeratam* .

V. *Dat.* XVIII. *K. ianu. Rom. ecio* III. *&* *simacho* uc. *consl.* In editis : *Dat.* XVIIII. *Kalend. Januar. Romae Aëtio* III. , *&* *Symmacho* COSS. Dies differt. Quare autem Ritterius adnotation. (*e*) asseruerit in Mss. Ottobon. mendose scriptum *&* *tio* III. &c. , non facile assequor , heic praesertim silente Brenckmannio , ex cujus penu mutuari hujusmodi lectionum varietates consuevit .

TITULUS XXI.

De sepolcri violatoribus .

Titulus hic in utraque editione *De Sepulchris* inscribitur , & sub uno *n.* V. inter Valentinianeas Novellas signatur . Lectionum varietates .

I. *Duci protenus ad tormenta* conveniet . In editis : *Duci protinus ad tormenta* convenit .

II. Facessant . *querelle* . In editis : Facescant *querelae* . Mss. Ottoboniano consonum est Mss. W. , G. , Edit. Sichard. , & Rittershus.

III. *Sic* inpotens . In editis : *Sic impudens* . Mss. Ottobonianum convenit cum Mss. W. , G. , cum Edit. Sichard. , Lugd. , Gothofr. , & Rittersh. Ceterum heic consuli meretur Ritterius adnotation. (*f*) .

IV. *Quod si violatores sepulchi quos* potuerit . *secundum formam sanctionis* . *hujus puniri* (*i* pro *e*) neclexerit , *vel de superioribus* . *referre* distullerit . *facultatibus* . *&* *honore* privetur . In editis : *Quod si violatores sepulchri* , *quos* potuerint , *secundum formam sanctionis hujus punire* neglexerint , *vel de superioribus referre* distulerint , *facultatibus* , *&* *honore* priventur . Potior videtur lectio Ottob. Codicis , cum Imperator Moderatorem Provinciae post Judices alloquendum susceperit.

V. *Inlustris* *&* *precelsa magnificentia tua* (Amanuensis incuria multa heic desunt , quae habentur in editis) *provinciis* earumque *rectoribus celeriter innotescere* propriis . *iobebit edictis* . In editis : *Inlustris* , *&* *praecelsa magnificentia tua* legem , quam pietatis , & religionis amore concepimus , *provinciis* , provinciarumque *Rectoribus celeriter innotescere* propositis *jubebit edictis* . Postremum lectionis

ctionis discrimen jam antea adnotatum a nobis fuerat sub finem adnotat. (3) ad Clausulam anecdotam Novellae Valentinianeae II. *de Postulando*.

VI. *Dat.* III. *id mar. Rom.* calepio *uiro clarissimo cons.* In editis plenior est subscriptio, quam omittimus, addentes dumtaxat, pro *Calipio* Mss. Ottobonianum habere *Calepio*, quod jam adnotaverat Brenckmannius *cit. epist. pag.* 633., & ex eo Ritterius adnotation. (*l*), ubi Mss. W. Codici nostro consonum asserit.

TITULUS XXII.

De negutiatoribus.

Utraque editio exhibet hunc Titulum inter Novellas Theodosianas *n.* XXVII. Lectionum discrimina:

I. *Impp.* &c. ad Florianum con. (lege *Comitem*). In editis: *Impp.* &c. Floriano. Fuit siquidem Florianus Comes S. L., ut patet etiam ex Tit. XLV. *de Palatinis* Novell. III.

II: *Floriane* fa. In editis: *Floriane* P. K. AA. Patet Sigla Ottob. Codicis *fa* legenda esse *Frater amantissime*: Monuimus enim superius ad Tit. IIII. inter Novellas Theodosii *n.* V., & etiam alibi, Comites Fratrum nomine ab Imperatoribus salutari consuevisse.

TITULUS XXIII.

De Libertis & successionibus. eorũ.

In utraque editione prostat hic Titulus inter Valentinianeas Novellas sub *n.* VI. Lectiones variae.

I. *Duras nimis benemeritis*. credimus sanctiones. In editis: *Duras nimis benemeritis* sanctiones credimus.

II. *Hoc unum* genus ultionis. In editis: *Hoc unum* ultionis genus.

III. *Integrum semper* permanebit. In editis: *Integrum semper* manebit.

IV. *Reverenciam*. posteri causentur. *negatam*. In editis: *Reverentiam* causentur posteri. *negatam*.

V. *Iulustris & precelsa magnificentia tua*. propriis reverenter. *edictis*. In editis: *Inlustris, & praecelsa magnificentia tua* propositis evidenter *edictis*. Adhaerent lectioni Ottob. Codicis Mss. W., G., & edit. Sichard., Lugd., Rittersh., & Gothofr. Lectionem hanc innuimus etiam adnotat. (3) ad Clausulam anecdotam Novellae II. Valentinianeae *de Postulando*.

VI. In subscriptione nihil discrepat, nisi quod in editis plenior eadem conspicitur.

TITULUS XXIIII.

De confirmatione legũ divi. theud. ag. que late sunt post theudosianũ.

Titulus hic, qui in Indice Rubricarum est XXIIII., in corpore Novellarum Amanuensis mendo signatus est XXIII., In editione autem Lugdunensi est inter Novellas Valentinianeas *n.* XIII., in Lipsiensi dein inter Novellas Theodosianas *n.* XXXV. Lectionum exilia discrimina.

 I. Per-

I. Perferri *eat in noticiam omnium* &c. *decernit* (*i* pro *e*) *edictis*. In editis: Perferet *eas in notitiam omnium* &c. *decernet edictis*.

II. *Dat.* III. *nn.* iun. *Rau. postumiano & zenone* uc. *conf.* In editis: *Dat. Non.* Maii, Rau. *Postumiano, & Zenone* COSS. Dies, & Mensis discrepant, qui tamen iidem sunt cum iis, quos Novella superior ostentat, a qua forte mutuari ab Amanuense potuissent. Ceterum discrimen hoc adnotaverat ipse Brenckmannius *cit. epist. pag.* 634., & ex eo Ritterius adnotation. (*e*).

TITULUS XXV.

De XXX annorũ perscriptione . omnibus . caussis . opponenda .

Titulus hic male in Corpore Novellarum censetur *n.* XXIIII., cum, ut ordo postulat, & habetur etiam in Indice Rubricarum, signandus sit XXV., Verum apud Gothofredium, & Ritterium prostat inter Novellas Valentinianeas sub *n.* VIII. Lectiones, quae differunt.

I. *Animos prestetis* . largiores. In editis: *Animos praestitis* largioribus. Codici nostro cohaeret Mss. W., G., & edit. Lugd., Rittershus., & Gothofr.

II. *Et quos verecundie*. adtestatione. *natalium . splendor conspicuus*. In editis: *Et quos verecundiae* contestatione *natolium splendor conspicuus*. Vid. diversas alias lectiones apud Ritterium adnotation. (*e*).

III. *Noevo erubiscendae . objectionis* urgeri. In editis: *Naevo erubescendae objectionis* urgueri. Favet lectioni Cod. nostri & Mss. G., & multae etiam editiones.

IV. Et *tunc* periculosius *laborare*. In editis: *Tunc* perniciosius *laborare*.

V. Fidelius *servientes*. In editis: Fideliter *servientes*.

VI. *Ut humilis abiecta . que* fortuna. In editis: *Ut humilis, abjectaque* persona.

VII. Cum *nos* &c. declaret. In editis: Quod *nos* &c. declarat.

VIII. *Precepemus* igitur. In editis: *Praecipimus* itaque. Mss. W., & G. a nostro non discrepant.

IX. *Nec aliquid* esse possit *exceptum*. In editis: *Nec aliquid* possit esse *exceptum*.

X. Incendio *enim omnia nullum penitus cujus* (adde *libet*) *litis . aut causacionis . fomitem* derelinquid (*d* pro *t*). In editis: Dicendo *enim, omnia, nullum penitus cujuslibet litis, aut causationis fomitem* dereliquit. Lectio Ottob. Codicis non omnino amplectenda videtur.

XI. *Per expressa . tempora* solempniter. nimo pulsavit. In editis: *Per expressa tempora*, nemo pulsavit solemniter. Memineat lector, nos lectionum varietates ad fidem Codicis Ottob. exigere, incorrectis interdum Amanuensis idiotismis.

XII. Iussum *est . debere servare*. In editis: Justum *est debere servari*.

XIII. *Quia* ut inquoari tales *nolumus actiones*: In editis: *Quia* sicut tales inchoari *nolumus actiones*. Consonum habes Ottobon. Codici Mss. W.

XIV. *Quae* instatuta (lege *instituta*) *est*. In editis: *Quae* statuta *est*.

XV. *Pena* percellat. In editis: *Poena* percellet. Non discrepat ab Ottob. Codice Mss. G.

XVI. *Vel* cunctarum *judicum . provinciarum*. In editis: *Vel* cunctorum *Judicum provinciarum*. Pariter conveniunt Mss. G., & editio Sichard.

XVII. *Inlustris & precelsa* magnitudo *tua*. In editis: *Illustris, & precelsa* magnificentia *tua*. Congruit Mss. G.

XVIII. *Dat. K. iul. Rau. austurio & protogene . consolibus*. In editis: *Dat.* XV. *Kal. Jul. Rau. Asturio, & Protogene* VV.CC.COSS. Dies differt, quod adverterat Brenckmannius *cit. epist. pag.* 634., & ex eo Ritterius. Errorem uterque culpat in Cod. nostro, qui sane abest, quod scilicet legatur ibidem *Protogeno*, cum vel lippi oculis rotundum *Protogene* ingeri facile possit. Cetera, quae in editis habentur, desiderantur in Codice nostro.

TITU-

TITULUS XXVI.

De colonis uagis & de advenis.

Utraque editio habet hunc Titulum inter Novellas Valentinianeas *n.* IX. Heic Amanuensis noster ad rectum numerationis ordinem revertitur, a quo in duobus antecedentibus Titulis recessisse advertimus. Lectiones, quae variant.

I. Hiatus primum occurrit a verbis *repellatur objecta* usque ad ea *eundo per bos*; Qua in re Mss. Ottobonianum convenit eum Mss. W., & G., & eum edit. Sichard.

II. *Ea causa incipit. melior* effiei. In editis: *Ea caussa incipit melior* esse. Praefata Mss. non discrepant.

III. *Non* valeat. In editis: *Non* valebit.

IV. *Colonarius* teneat semper *obnoxius* (*u* pro *o*). In editis: *Colonarius* semper teneat *obnoxios*.

V. *Firmini* (*i* pro *e*) *pk. aa. inlustris & precelsa* magnitudo *tua*. In editis: *Firmine* Parens *Karissime* AA. *Inlustris, & precelsa* magnificentia *tua*.

VI. *Edictis* propriis. In editis: *Edictis* propositis. Lectionis hujus meminibus etiam superius adnotation. (3) ad Clausulam anecdotam Novellae II. Valentinianeae *de Postulando*.

VII. Subscriptio eadem tam in editis, quam in Codice, si tamen exeipias, quae Ritterius adnotation. (*dd*) abesse ait a Mss., & edit. Siehard.

TITULUS XXVII.

De nauicolariis amnicis.

Utraque editio habet hunc Titulum inter Novellas Theodosianas, sed Lugdunensis sub *n.* XXXVI., Lipsiensis vero sub *n.* XXXVIII. Mendosa est Rubrica in corpore Novellarum; verum emendata in Indice, a quo nos eamdem modo protulimus. Lectiones, quae discrepant, nullae praeter levissimam.

I. *Pragmaticis*. (dele *s*) sancione. In editis: *Pragmatici* actione. Jam emendaverat Rittershusius.

TITULUS XXVIII.

De principibus agentum in rebus.

Editio Gothofredii exhibet hunc Titulum inter Novellas Valentinianeas *n.* XIV., verum editio Ritterii inter Theodosianas *n.* XXXVII. Levissimum lectionis discrimen.

I. De

I. De *annonis* &c. *subtrahatur*. In editis: Et *annonis* &c. subtrahatur. Post *consistat* Mss. Ottob. punctum habet, & sequens vox littera maxima inchoatur.

TITULUS XXVIIII.

De lampadariis.

Utraque editio habet hunc Titulum inter Theodosianas Novellas, sed Gothofr. *n.* XXXV., Ritter. *n.* XXXVI. Extantiores lectionum diversitates.

I. Praedecessorum *tuorum*. In editis: Praecessorum *tuorum*. Gothofredius ediderat juxta Ottob. Cod. Verum cum munus Magistri *Officiorum* non esset perpetuum, recederem facile a Codicis nostri, & Gothofredii lectione.

II. *Ut quod pro verecunda . moderatione . ipse non poterat* (lege *poterat*) nostra senteucia definire magne prudencie est . reverencia melioribus servare decretis. In editis: *Ut quod pro verecunda moderatione ipse non poterat*, nostra servaret decretio.

III. *In* primatus *administratione . consistat*. In editis: *In* privatos *administratione consistat*. Jam emendaverat recte Cuiacius.

IV. *Ut si* biennio. In editis: *Ut si* biennium. Cum dein habeatur *triennio*, & *quatriennio*, amplecterer libentius lectionem Cod. Ottob.

V. Praecipiet *anteponi*. In editis: Propiet *anteponi*. Cuiacius emendaverat *properet*. Verum accuratior forte lectio nostri Codicis, cum Imperator alloqui videatur Magistri Officiorum amplitudinem; Ceterum lectio Cuiacii non displicet.

VI. *Ut* & desides *pena . percellat*. In editis: *Ut* de sua *poena percellat*. Cuiacius jam *desides* invexerat.

VII. *Et sidolis* (lege *sedulis*) *observationes* (legerem *observationi*) *sue* competencia premia *concedantur*. In editis: *Et sedulis observationis suae* compendia praemio *concedantur*.

VIII. *Dat. V. no oct. Rom. valent. aa.* VII. *&* abieno cos. In editis: *Dat.* V. *Non. Octob. Romae*, *Valentiniano A.* VI., & Albino. Brenckmannius *cit. epist. pag.* 635., ait in Ottob. Codice legi *Albieno*; cum *l* nullibi appareat, sed tantum *b* pro *u* usurpetur, quod non raro accidit in veterum monumentis. Ritterius adnotation. (*i*) expressit recte ad fidem Codicis.

TITULUS XXX.

De confirmandis. his que administrantibus. vel publicũ offitiũ . gerentibus distracta sunt. vel donata & de advocatis vel de ceteris negutiis.

In utraque editione Titulus hic tenet *n.* X. inter Valentinianeas Novellas. Variae lectiones.

I. *Necesse est* recenti *jussione sanciri*. In editis: *Necesse est* praesenti *jussione sanciri*.

II. *Quem non tedead* (*d* pro *t*) alioquin. In editis: *Quem non taedeat* alioqui.

III. *Solis militantibus* denegari. In editis: *Solis militantibus* negari.

IV. Et *callida refragatione . causetur*. In editis: Sed *callida refragatione causetur*.

V. *Cum* uindet (lege *videt*). In editis: *Cum* videant. Pluralis numerus heic alienus.

VI. *Statuo* itaque. In editis: *Statuo* igitur. Non aliter habent ab Ottob. Mss. & W., & G.

VII. Alio-

VII. Alioquin. *licenciam non habebit*. In editis: Alioqui *licentiam non habebit*.
VIII. *Firmine* p *k. aa. Inluſtris &* *precelſa* magnitudo *tua*. In editis: *Firmine* Parens *Kariſſime* AA. *Illuſtris* itaque, *& praecelſa* magnificentia *tua*.

TITULUS XXXI.

De parentibus qui filius diſtraxerunt. & ne ingenui barbaris venundentur. nec ad tranſmarina ducantur.

Titulus hic in utraque editione proſtat inter Novellas Valentinianeas ſub *n*. XI. Rubrica in Indice accuratior, quam in Corpore: Quare illinc eam petivimus. Diverſitas lectionum.

I. *Etiam preſenti. inſinuatione* monſtras. In editis: *Etiam praeſenti inſinuatione* monſtraſti.
II. Genus pietatis *putarent*. In editis: Pietatis genus *putarent*.
III. *Nil vetitum credit* eſuriens. In editis: *Nil vetitum credit* eſuries.
IV. Qui *amplius* recipit. In editis: Quia *amplius* recipiat.
V. *Ad tranſmarina* contulerit. In editis: *Ad tranſmarina* tranſtulerit.
VI. Aeti p *k aa inluſtris & precelſa* magnitudo *tua*. In editis: *Aeti* Parens *Kariſſime* AA. *Inluſtris*, *& praecelſa* magnificentia *tua*.

TITULUS XXXII.

De epiſcupali. iudicio & de diverſis negotiis.

Utraque editio Titulum hunc ſtatuit inter Novellas Valentinianeas ſub *n*. XII. Habes nunc lectiones, quae differunt.

I. *Sen* in *criminali cauſa*. In editis: *Seu criminali cauſa*. Mſs. W. concordat.
II. *Judicium ſubire* cogantur. In editis: *Judicium ſubire* coguntur. Mſs. W., & G. ab Ottob. non differunt.
III. *Non aurarius* civis. In editis: *Non aurarius* quivis. Praefata Mſs., quaeque Cuiacius conſuluit, non aliter ab Ottobon. habent.
IV. Diacones *ordinati ſunt*. In editis: Diaconi *ordinati ſunt*. Praefata Mſs., & Edit. Sichard. eamdem Ottob. Codicis lectionem praeſeferunt.
V. *Originarii* vero. In editis: *Originarii* ſane.
VI. Itaque *ut hujus condicionis. diaconus*. In editis: Ita *ut hujus conditionis Diaconus*.
VII. Sunt ſuperius *ſtatuta*. In editis: Superius ſunt *ſtatuta*.
VIII. *Sibi reſiduam* ſervatura. In editis: *Sibi reſiduam* reſervatura. Cohaeret Mſs. W.
IX. *Ne. placita futura. que* condicio. In editis: *Ne placita, futuraque* conjunctio.
X. *Intra quod* debent. In editis: *Intra quod* debeant. Mſs. W. convenit cum noſtro.
XI. Vicio ſuo *noluit introire*. In editis: Suo vitio *noluit introire*.
XII. *Scilicet ſecundum legem ad palladium.data* (adde *m*) *ſoboli* (lege *ſobolem*) *dividi* cenſemus. In editis: *Scilicet* ut *ſecundum legem ad Palladium datam ſobolem dividi* cenſeamus.
XIII. *Firmine* p *k*. aa. *quare inluſtris & precelſa* magnitudo. *tua*. In editis: *Firmine* Parens *Kariſſime* AA. *Quare illuſtris*, *& praecelſa* magnificentia *tua*.

TITULUS XXXIII.

De ſuariis. boariis. & pecuariis.

Titulus hic, qui in Ottob. Cod. finem claudit Novellarum Valentiniani, apud Gothofredium legitur *n.* XV. inter ipſius Imp. Novellas, *n.* autem XXXVIIII. apud Ritterium inter Novellas Theodoſii. Lectionum varietates.

I. Unde *iuluſtrit & precelſa* magnitudo *tua*. In editis: *Iuluſtris, & praecelſa* Magnificentia *tua*.

II. *Hoc beueficium* preſtare (*i* pro *e*) debere. In editis: *Hoc beneficium* debere praeſtari.

III. *De lucania. ſex milia quadrigentorum.* ſamnio quinque milia. quadrigentorum *campinia. milli* (*i* pro *e*) *nongentos. quinquaginta ſold.* In editis: *De Lucania ſex millia quadrigentorum. Campania* M.D.CCCC.L. *ſolidorum* &c. Poſt haec in Ottobon. Cod. ſequuntur verba *exactus* (*u* pro *o*) *ſibi noverint*, ut proinde ob verborum bis recurrentium ſimilitudinem omnia intermedia, quae ſunt in editis, Amanuenſis intermiſerit; Verum ſi ex una parte Codex noſter deficit, abundat ex altera. qua nobis per ipſum patet ſolidorum quantitas ſuillae praebitionis nomine a Samniis exigenda, quae nos ſine ejuſdem praeſidio latuiſſet. Samnium ſcilicet habuit a ſeptentrione Frentanos, & Apulos, a meridie Campanos, & Lucanos, ab occaſu Auſones. & Pelignos, ab oriente item Apulos cum Lucanis. Conſule Geographos, & Romanorum Hiſtorias.

IV. *Quibus* ducenarie milicie honorem *prebere* (*e* pro *i*) *jubemus*. In editis: *Quibus* ducenariam militiam *praeberi jubemus*.

V. Baonio *priori corporir*. In editis: Barnio *priori corporis*. Vid. Ritterium adnotation. (*t*). Idem occurrit etiam inferius.

VI. *Convenit* devocari. In editis: *Convenit* revocari.

VII. *A ceteris* habeantur. *inmunus* (lege *immuner*). *A ceterir* habentur *immuner*.

VIII. Amotis. *omnibur*. In editis: Remotis *omnibur*.

IX. *Congruur preſtetur* effectus. In editis: *Congruus praeſtetur* affectus.

X. *Suis que* impendiis. In editis: *Suiſque* compendiis.

Recenſitis Valentinianearum Novellarum Titulis, quos habet Ottobonianus Codex, ratione ſubducta, patet ibidem deſiderari Titulum *De Praetio ſolidi, & ne quis ſolidum integrum recuſet*, qui ſecundum Marvillii, & Ritterii editiones eſt inter Theodoſianas Novellas XXV., tum Titulum *De Praediis Piſtoriis Afris deputandis*, qui juxta priorem editionem eſt inter Theodoſianas Novellas XXXVII., ſecundum poſteriorem vero XL., ac tandem duas alias Novellas a Cuiacio primum editas, & nunc a Ritterio in fine libri I. Novellarum Theodoſii recuſas titulo carentes, quarum una Valentinianum Auctorem certe habet, alteram eidem quoque tribuendam, multa habemus argumenta, quae ſuadeant.

Exptic Filiciter am̃.

INDICIS TITULORUM NOVELLARUM VALENTINIANI III., ET VARIARUM LECTIONUM

F I N I S.

TITULI LEGUM NOVELLARŪ.

DIVI MAIORIANI AUGUSTI.

Titulus I.

De ortu imperii ſui.

Qui in Ottob. Cod. habetur primo loco Titulus inter Novellas Majoriani, in utraque Marvillii, & Ritterii editione proſtat ſub *n.* III. Ritterius adnotat. *(a)* ex Branckmannio *cit. epiſt. pag.* 636. aſſerit in Mſs. Ottobon. legi: *De ortu imperii*, cum tamen in Indice Rubricarum habeatur eo prorſus modo, quo nos expreſſimus; In corpore autem Novellarum ad frontem ipſius Tituli legitur: *De ortu imperii Dni: majoriani. ag. Dni*. Varietates lectionum reliquae.

I. *Adſit* aeſtimatione: (*e* pro *i*) *omnium* propiciata *divinitas*. In editis: *Adſit* ordinationi *omnium* propitia *divinitas*.

II. *Nemo dilacionis*. (*i* pro *e*) metuat. In editis: *Nemo dilationes* metuet.

III. Erit *apud nos cum* parente *patricio. que noſtra ricimi. de rei militarir*. pervigel. *curant*. In editis: *Apud nos cum* patre, *Patritioque naſtro Richemere rei militaris* pervigili *cura*. Quae rotundo charactere expreſſimus, attende, cetera, quae diſcrepant in Cod. noſtro, ſunt Amanuenſis errata.

IV. Puto inſtituti veſtri. *vobis ineſſe noticiam*. In editis: Peto inſtitutionis noſtri *vobis ineſſe noticiam*.

V. *Indubitanter* ſpondeo. In editis: *Indubitanter* expondeo.

VI. *Enitar tamen rebus* omnibus. In editis: *Enitar tamen rebus* communibus.

VII. Conſulatus ſubſcriptionem adnotavit Brenckmannius *cit. epiſt. pag.* 636., & ex eo Ritterius adnotation. (*k*) hoc modo: *Dno Majoriano & Conſ.*, Verum non omnino ad Codicis fidem, ubi habetur: *Dno majoriano. a. & conſ.*, quod ſane eſt accuratius.

Titulus II.

De indulgentiis reliquorum.

Utraque laudata editio habet hunc Titulum ſub *n.* IIII. Lectiones, quae diſcrepant, multae, nec parvi pleraeque momenti.

I. *Imp. maiorianus a.* baſivo (lege *Baſilio*) *ppo*. In editis: *Imp. Majorianus A.* Palladio PF. P. Heic Ritterius monet adnotat. *(b)*, non confundendum hunc Palladium cum altero Pf. P. Orientis, cui inſcribitur Novella II. Marciani, & aliae. Verum ipſe miror, quommodo Ritterio non ſuccurrerit, hoc eodem anno 458., quo haec etiam Novella emiſſa eſt, Pf. P. Italiae fuiſſe Baſilium, ut pro-

ut prodit altera Majoriani Novella, quam editi Codices primo loco praeseferunt, tum quae *n.* VIII. exhibetur. Dein ann. 463. idem Basilius fuit iterum PF. P., & Consul, ut docet Novella I. Severi Augusti, quod nos etiam superius adnotasse meminimus ad Tit. XIIII. inter Valentinianeas Novellas *n.* I. Tertio etiam Praetorianam dignitatem obtinuit, scilicet anno 465., ut testatur Novella II. Severi. Nec dubium facessat, quod in Codice nostro mendose legatur *Basivo* pro *Basilio*, quandoquidem infra ad Clausulam Novellae non solum in Codice nostro, sed etiam in vulgato textu expresse salutatur: *Basili p k. aa.*, ut iterum monebimus *n.* XXV.

II. *Solute* .inlaeionis amisisse *substanciam*. In editis: *Solutae* inlationes amissae *substantiam*. Hujus periodi depravationem dolet Ritterius adnotation. (*c*), verum medicas manus abstinuit.

III. *Et precedentibus* debetis. *nentiquam sufficiens*. In editis: *Et praecedentibus* divitiis *nentiquam sufficiens*.

IV. *Quapropter tribuende* inmunitatis beneficis. provincialium spes. viresq. fovende *sunt*. interest *enim climencie nostre*. piam manum dare defessis. In editis: *Quapropter tribuendae sunt* ante res *enim clementiae nostrae* pia mandare defensis. Ritterius adnotat. (*e*) monet, haec in mendo cubare, sed dum studet corrigere, licet non infeliciter prorsus, a veteris lectionis vestigiis longissime abest.

V. *Ut inveterati* (adde *s* in fine) *nexibus*. liberi. In editis: *Ut inveteratis nexibus* liberati.

VI. Et *idcirco mansura* &c. In editis: *Idcirco mansura* &c.

VII. *Sub generalis indulgencie* beneficiis. In editis: *Sub generalis indulgentiae* beneficio.

VIII. *Contra* veterum. *morem*. In editis: *Contra* veterem *morem*.

IX. Enormibus *exactionibus*. *possessorem curialemque concutiunt*. In editis: Senioribus *exactionibus possessorem, curialemque concutiunt*. Ritterius adnotat. (*b*) reposuerat *saevioribus*.

X. Tunc *aliqua pars*. In editis: Ut cum *aliqua pars*.

XI. Hinc *est quod vetus*. In editis: Hoc *est*, *quod vetus*.

XII. *Quibus* adnitentibus. In editis: *Quibus* & nitentibus. Jam Cuiacius sanaverat.

XIII. *Quam si* &c. tractasset *confestim depredacionibus* &c. *subveniret*. In editis: *Quam si* &c. tractatus, & *confestim depraedationibus* &c. *subveniret*.

XIV. *Apud* provincialium *Judicem*. In editis: *Apud* provincialem *Judicem*.

XV. *Sub* duro *paciencia*e gemitu. In editis: *Sub* durum *patientiae* gemitum.

XVI. *Quod exhigencium*. atrocitate *perriti*. (lege *perterriti*) *possessores*. *propria* rura *distituunt*. In editis: *Quod exigentium* auctoritate *perterriti possessores propria* jura *destituunt*. Ritterius adnotation. (*o*) secundam lectionem subindicaverat.

XVII. *Ita ut ad* (lege *a*) *duodecime indictionis inicio nullus* ad provinciam magnificencię tuę canonicarius nullus *palatinus* &c. *accedat*. In editis: *Ita ut duodecimae indictionis initio*, *nullus Palatinus* &c. *accedat*.

XVIII. *Aut laus manebit* industriae. In editis: *Aut laus manebit* Industria. Jam antea recte ediderat Gothofredius.

XIX. *Trina per annum* vice singularum *indictionum quantitat speranda solvatur*. In editis: *Trina per annum* voce singulari *indictionum quantitas speranda solvatur*. Gothofredius *vice* ediderat.

XX. *Cuius* summam. *ita ut distinctum*. *est* moderatoris. adnitente diligencia *ad arca* (adde *m* in fine) *volumus* congrua exhactione *transmitti*. In editis: *Cuius* summa, *ita ut distinctum est*, moderatores admonentes diligentiam, *ad arcam volumus* congrue exactionem *transmitti*. Corruptissimus locus Ottob. Codicis ope mire sanatus. Ritterius adnotat. (*s*) conjecerat legendum *summae*, sed non recte; tum *moderatoris*, quod bene attigit.

XXI. *Et idcirco* clarissimarum *domorum*. In editis: *Et idcirco* clarissimorum *domorum*.

XXII. Et tamdiu *publicis*. *inherere conspectibus*. *quamdiu* &c. In editis: Etiam diu *publicis inhaerere conspectibus*, *quamdiu* &c. Ritterius adnotat. (*v*) sic quoque conjecerat emendandum.

XXIII. Ereptam *inmanium*. *commodorum praedam e suis fraudibus lugent*. In editis: Erepta *inmanium commodorum praedam e suis fraudibus lugent*. Ritterius adnotat. (*y*) primam lectionem de ingenio protulerat, tum adnotat. seq. pro *fraudibus* legendum conjicit *faucibus*, nec quidem inepte.

XXIV. *Ut de* injunctis *actibus*. In editis: *Ut de* inductis *actibus*.

XXV. *Basili* p *k aa. inlustris & precelsa* magnitudo *tua*. In editis: *Basili* Parens *Karissime* AA. *Inlustris*, *& praecelsa* magnificentia *tua*. Vide superius *n.* I.

XXVI. *Si* augusti *non inertem* dissimulacionem *nequererint respondere* judicio. In editis: *Si* angusto *non inertem* dissimulatione *nequiverint respondere* judicibus. Jam ita Ritterius adnotat. (*b*) adni-

adnifus fuerat reftituere: *Si augufto per incertem diffimulationem nequiverint refpondere judicio*. Emendatio haec prorfus refpondet lectionibus Ottoboniani Cod., quin ea infignior ob explofam particulam *non*, quae heic inconcinna, atque ob aliam *per* pro ea fuffectam, quam licet forte vetus lectio habere nequiverit, fenfum tamen probe accomodat, nec ea nunc opportunior alia occurrit.

XXVII. *Dat.* VI. *id. mar. Rau.* acc. V. id. ss. Rau dom maiorian. *af. conf.* In editis. *Dat.* VII. *Idus Mart. Rav.* ipfo *A. Conf.* Dies difcrepat; tum fubnotatio plenior eft. Poft *Rau.*, quod primo occurrit, fic legerem: *Accepta* V. *Idus fuprofcripti* (nempe Menfis Martii) *Ravenna Domino Majoriano Augufto Confule*. Brenckmannius fubfcriptionem hanc adnotare neglexit.

TITULUS III.

De defenforibus civitatum.

Vulgatae editiones habent hunc Titulum *n.* V. Amanuenfis multas lacunas reliquit, quod forte haec ex corrupto Codice antiquiore exfcriberet. Ceterum lectionum difcrepantiae leviffimae.

I. *De Civitatum per omnes provincias pofitarum* caritate *cogitantes*. In editis: *De Civitatum per omnes provincias pofitarum* raritate *cogitantes*. Ritterius adnotat. (*b*) fcribendum monet *vaftitate*.

II. *Conceffe per legit*. (i pro e) privilegio *dignitatis*. In editis: *Conceffae per leges* privilegia *dignitatis*. Ritterius adnotat. (*f*) cenfet legendum: *Conceffo per legem privilegio dignitatis*.

III. *Vel itineris* labem. In editis: *Vel itineris* laborem. Forte vulgati textus lectio concinnior: Verum non omnino improbabilis altera, quam nobis Ottob. Cod. patefacit. Subit enim memoriam noftram, Trajanum SVBSTRUCTIONEM. CONTRA. LABEM. MONTIS FECiffe, ut legitur in Interocrienfi Infcriptione, quam Romae, tum Venetiis To. V. Novae Calogerianae Opufculorum Collectionis vulgavit Ferdinandus Mingarellius Monachus Camaldulenfis eruditione clarus, qui ibidem nonnulla ipfius *labis*, quae in locis, & agris, terra defedente, facta fuerit, ex Tullio, & Ulpiano profert exempla.

IV. *Dat.* VIII. *id.* mai. *Rau.* dn. Leone & *moioriano aa. conil.* In editis: *Dat.* VIII. *Id.* Mart. *Rav. Majoriano* A. I. *Conf.* Menfis difcrepat; Tum in editis deeft Leo in Confulatu. Subfcriptionem hanc pariter Brenckmannius praetermifit.

TITLUS IIII.

De edificiis publicis.

In editis proftat hic Titulus fub *n.* VI. Rubrica in Corpore Novellarum mendofa, quam proinde ex Indice fumpfimus. Codex paucis a vulgato Textu recedit.

I. *Impp. leo & maiorianus* aa. *emiliano p* u. In editis: *Impp. Leo, & Majorianus Aemiliano* PF. P. Recte Mfs. Ottobon. habet *p. u.*, quandoquidem cum heic agatur de fartis tectis veteribus Romae aedificiis fervandis, ad neminem alium legem hanc decebat infcribi, nifi ad Praefectum Urbi, cui aedificiorum publicorum in Urbe cura impendebat, ita tamen, ut nova opera non moliretur, fed veteribus excolendis attenderet *l.* 19. *de operib. public.* Verum Praefectus hic diligentiam effugit Contelorii, & Corfinii, qui hujufmodi Praefectorum feriem elabora-

borarunt, tum & ipſius Ritterii, qui nihil heic adnotat, etſi Ipſe eodem illo anno CIƆIƆCCXLV., quo Novellas has vulgavit, *Hiſtoriam Praefecturae Praetorianae* etiam ediderit.

II. *Hoc* apud ampliſſimi. *venerandi.* ordinem *ſenatus congruis. ſtructionibus* (lege *inſtructionibus*) *precipimus adlegari*. In editis: *Hoc* ampliſſimo *venerandi Senatus* ordini *congruis inſtructionibus praecipimus allegari*.

III. Et *cum ex deliberato*. In editis: Ut *cum ex deliberato*.

IV. *Quapropter inluſtris* magnitudo *tua*. In editis: *Quapropter inluſtris* Magnificentia *tua*.

V. *Dat. V. id. iul. Rau.* don. leon. & maioriano *consl.* In editis: *Dat. VI. Id. Iul. Rav.* ipſis AA. COSS. Diſcrimen in die, quod non advertit Brenckmannius, qui tamen *cit. epiſt. p.* 636. conſulatus ſubſcriptionem adnotavit, & poſt eum Ritterius adnotat. (*b*).

TITULUS V.

De bonis caducis ſive proſcriptor.

Titulus hic in editis eſt VII. Lectionum varietates leves.

I. *Erarii noſtri* eommodis *abjurantur*. In editis: *Aerarii noſtri* commodi *abjurantur*. Ritterius adnotat. (*b*) ſcribendum ſuggerit *commodo*.

II. *Preterire* (*e* pro *i*) *non* debet. In editis: *Praeteriri non* debent. Rittershuſius, & Gothofredius errorem aufugerant.

III. Inveſtigatis *quoque*. In editis: Veſtigatis *quoque*.

IV. *Vel penſionum emolumenta* diſcuciat. In editis: *Vel penſionum emolumenta* diſcuti. Recte Mſs. Ottob.; antecedit enim particula *ut*, & inferius habetur *inſtruat*.

V. Ut *ſicuti fiſco* &c. ita *erario* &c. In editis: *Sicuti fiſco* &c., *aerario* &c.

TITULUS VI.

De ſci munialibus uel viduis & de ſucceſſionibus earum.

Titulus hic habetur in editis *n.* VIII. Codicis ab editionibus diſcrepantiae.

I. *Cujus* ſacroſanctam *venerationem ledi* &c. *probibemus*. In editis: *Cujus* ſacroſanctae *venerationem laedi probibemus*.

II. Deo *dicata virginitas praeter* ullum. *penitencie vicium ad* ſenectutes (*e* pro *i*) *annus* (*u* pro *o*) &c. In editis: Dei *dicata virginitas praeter* illum *poenitentiae vitium ad* ſenectae *annos* &c. Ritterius adnotat. (*d*) primam lectionem adduxerat, & adnotatione ſequenti *illud* pro *illum* reponendum ſuaſerat.

III. *Ad inlicitas*. trahatur *inlecebras*. In editis: *Ad illicitas* trahantur *illecebras*. Ritterius adnotation. (*f*) emendaverat.

IV. *Continuata virginitate* eenſuerit. In editis: *Continuata virginitate* cenſuerunt. Utrumque ſuſtineri poteſt.

V. *Eadem pena conſtringi. eciam* illam que *parentibus. deſtituta. intra praedicte. etates annus voluerit conſecrari*. In editis: *Eadem poena conſtringi etiam* quae illa *parentibus deſtituta*, ut *intra praedictae aetatis annos voluerit conſecrari*. Vid. emendationem Ritterii adnotat. (*g*).

VI. Digna *ſiquidem. tali premia* (lege *praemio*) *& ſucceſſione* eenſenda *eſt*. In editis: Dignam *ſiquidem tali praemio*, *& ſucceſſione* cenſendum *eſt*.

VII. *Et ſolitaria* (adde *m* in fine) *vitam non* eo eligunt. In editis: *Et ſolitariam vitam non* colligunt.

VII. *Vel*

VIII. *Vel parentibus propinquisque*. In editis: *Vel parentibus propinquis*.

IX. *Aut si* hii *fortasse defuerint*. In editis : *Aut si* his *fortasse defuerint*. Ritterius emendavit adnotat. (*k*).

X. *Que* tum *se probare potuerit*. In editis : *Quae* tam *se probare potuerit*.

IX. *Ut* filius (*u* pro *o*) *in gremio indulgencie sue*. possitus (*s* redundat, & *u* pro *o*) &c. *prosequantur*. In editis : *Ut* filio *in gremio indulgentiae suae* posito &c. *prosequantur*.

XII. Sub jure *postea gener vindicet*: In editis : Sui juris *postea gener vindicet*.

XIII. *Impiis*. *que* commentis. In editis : *Impiisque* mentis. Ritterius adnotation. (*q*) emendavit.

TITULUS VII.

De curialibus & agnatione vel detractione praediorum eorum & de ceteris negutiis.

In editis Titulus hic primas ducit inter Novellas Majoriani : Verum licet in Ottob. Codice ordine VII. occurrat, tamen postremus quodammodo est, cum *pag.* 125. Novellarum recensio terminetur ; Ibi enim Rubrica tantum Tituli hujus nostri habetur, & pauca haec : *Impp. leo & maiorianus aa. basilio ppo. Curiales nervus esse reipublice ac ui* &c. In Mss. G., & in edit. Sichard., Lugd., Rittershus., & Gothofr. male legitur *servos* pro *nervos*. Dolendum quidem, hoc loco praecipue Amanuensem nostrum incoeptum opus intermisisse, cum non tantum insignium variarum lectionum beneficio nos orbaverit, quibus corrupta ceterarum Novellarum loca sanarentur, verum etiam trium anecdotarum Majoriani Novellarum desiderium reliquerit, quarum rubricas dumtaxat in Indice superstites habemus, ut inferius singulis locis monebimus.

TITULUS VIII.

De reddito iure armorum.

Titulus primae ex tribus anecdotis Majoriani Novellis, quas nobis Amanuensem per operis intermissionem superius invidisse, monuimus. Titulum alium ita inscriptum superius quoque inter Novellas Valentinianeas *n.* VIIII. juxta Codicis nostri ordinem recensuimus. Rubricam heic depravate

vate exſcriptam primitus fuiſſe conſpicimus, cum ex litterum obliteratarum veſtigiis appareat, Amanuenſem adliniiſſe *earumorum*, ſed poſtea, errore agnito, adſcititiis litteris deletis, reſtituiſſe *armorum*. Dicerem, Majorianum armorum geſtationem forte Novella hac permiſiſſe, ut ſe, & imperium a Vandalis, ab Alanis, aliiſque barbaris, contra quos in Italia, & Gallia dimicavit, tueretur, ſicut Valentinianum feciſſe, conſtat altera ſui Novella ita quoque inſcripta, ut ſe a Vandalorum incurſibus muniret, quemadmodum adnotation. (3) ad Novellam V. anecdotam advertimus.

TITULUS IX.

De adulteriis.

In editis Titulus hic *n.* pariter IX. habetur, & Novellarum Majoriani numerum ibidem claudit. Vide, quae de hac Novella dicta a nobis ſunt ad Titulum XXV. *Legis Romanae*, quae poſtremo loco ſequitur, adnotat. (5)

TITULUS X.

Neque Senatorē. urƀ rome neque eccleſiā ex teſtamentū ſibi acer (legerem *a certis*) ꝑſonis. aliquid relictum fiſco inferre cogendum & de populis urbicis.

Hic eſt Titulus alterius Majoriani Novellae anecdotae.

TITULUS XI.

Epiſcopali juditio. & ne quis invitus clericus. ordinentur uel de ceteris negociis.

Titulum hunc exibent vulgatae editiones ſub *n.* II., ubi Rubrica ita legitur: *De Epiſcopali judicio, & de ceteris negotiis, & ne quis invitus clericus ordinetur*. Titulum alterum non

non dissimili fere inscriptione insignitum jam recensuimus superius, servato Ottob. Codicis ordine, inter Novellas Valentinianeas *n.* XXXII.

TITULUS XII.

De aurigis & sediciosis;

Tandem hic est tertius ex tribus illis anecdotis Novellis Imp. nostri Titulus, & Ottoboniani Codicis postremus, cujus Indici nos modo hujus Tituli Rubricam acceptam referimus, dum ejusdem, & duorum ceterorum anecdotorum Titulorum desiderium dolemus.

In editis IX. tantum Novellarum Majoriani Tituli circumferuntur, quos XII., & forte etiam plures, extitisse, docet nos Ottobonianum Mss. In Indice, quem modo ad ejus fidem expressimus; trium ceterarum Novellarum, quae desiderantur, titulos habes *n.* VIII., *n.* X., & *n.* XII.

INDICIS TITULORUM NOVELLARUM MAIORIANI IMP., ET VARIARUM LECTIONUM

F I N I S.



AUCTA-

AUCTARIUM
VARIARUM LECTIONUM
ALIQUOT

IN NONNULLA LOCA INSTITUTIONUM CAII
AD FIDEM
VETUSTISSIMI MSS. OTTOBONIANI.

MOnuimus ſuperius ad Titulum VII. Novellarum Majoriani in Codice noſtro Ottoboniano *pag.* 125. abrumpi Novellarum recenſionem; Verumtamen Codex non omnino ibidem propterea deficit, cum eadem pagina a tergo habeantur Caii Inſtitutiones, nulla tamen Inſcriptione praefixa, ſed dumtaxat temere adnotata Rubrica Tituli II. ad Titulum I., ideſt *de numero ſervorum manumittendorum*; cum ſane alia ſit Tituli I. Rubrica non in vulgatis tantum editionibus, ſed etiam in Mſs., & praecipue in Svevico-Vaticano ſignato *n.* 1023., alias 1024., ubi *pag.* 9. *a tergo* legitur.: *Incipiunt tituli Gai inſtitun liber primus* I. *de libertatibus ſervorum*. Quare ne per nos aliquid intactum relinquatur, quod in Ottoboniano noſtro Codice reperitur, addere heic nunc conſtituimus nonnullas, licet exiguas, lectionum varietates in Caii Inſtitutiones, quas pauculae, quae ſuperſunt, ejuſdem Codicis paginae nobis ſuppeditant, ſpretis tamen puris, putiſque Amanuenſis erroribus, quos qui in variantium cenſum adſciſcere vellet, litteris, & otio abuteretur. Animum nobis ad hoc addidit Ritterii noſtri exemplum, qui ex Mſs. Principis Gothani lectionum variarum ſegetem ſatis amplam collegit in has ipſas Caii Inſtitutiones, licet ipſe tamen ea ſectetur mendorum crepundia, quae nos flocci facere conſuevimus. Ritterii lectiones ex Mſs. Gothano habes apud Antonium Schultingium in *Juriſprudentia veteri Ante-Juſtinianea To.I.*, editionis tamen nuperae Lipſienſis anni 1737., quibus accedunt

cedunt lectiones aliae ex editionibus Basileensi Sichardii, Lugdunensi, Parisiensi, Genevensi, tum Pacii, Alexandrii, & Oizelii, quas habes ibidem ab calcem *Tom. II.* Quare, cum in Codice nostro desideretur primum Proemium, haec post laudatam superius Rubricam occurrunt, quibus alterum *Lib.* I. Proemium auspicatur.

LIBER I.

TITULUS I.

Pr. Libro primo *dicit*. In editis: Caii Institutionum Liber primus *dicit*. In Mss. altero Svevico-Vaticano *n.* 1171. ita legitur *pag.* 76. *Incip. lib. Gai. Gaius institutionum libro primo dicit*.

Ibid. §. 4. *Dediticii veru nulla ratione possunt ud civium romanorum* libertatem ordines (*e* pro *i*) beneficio *pervenire*. In editis: *Dedititii vero nulla ratione possunt ud Civium Romanorum* beneficium *pervenire*. Sichardius quoque in margine reposuerat *ordinis beneficio*.

§. eod. *Civium romanorum* privilegium *consecuntur*. In editis: *Civium Romanorum* privilegia *consequuntur*.

§. 6. *Aut si libertus civis romanus filios non habuerit*. In editis: *Aut si libertus Civis Romanus Filios* liberos *non habueris*. Vid. heic Aleandrum, & Schultingium adnotat. (52).

§. eod. *Similiter datu manumissio non* valebit. In editis: *Similiter data manumissio non* valet. Codex Gothanus ab Ottob. non differt, nec editio Sichardii.

§. 7. *Preterea minor* XX. *unnorum. dominus* libertatem servo *dare non potest*. In editis: *Praeterea minor* quicumque XX. *annorum dominus* servo suo libertatem *dare non potest*.

TITULUS II.

De numero servorum. testamento manumittendorum.

Pr. *Qui vero tres duus* (i. e. *duos*) tantumodo *manumittit*. In editis: *Qui vero tres*, *duos* testamento *manumittit*.

Ibid. *Qui amplius* habuerit quam XXX. In editis: *Qui umplius* triginta habuerit. Sichardius: *Qui amplius, quum triginta habuerit*. Dein habetur in nostro Codice hiatus a verbis *de numero servorum manumittere potest* usque ad illa *bis manumissionibus* in §. *s*.

§. 2. *Ut illis* (lege *illi*) *tantum* libertatis (lege *libertatem*) habeant. In editis: *Ut illis tantum* libertas valeat.

§. eod. *Integre in servituse. eos* decretum *est permanere*. In editis: *Integre in servitute eos* certum *est permanere*. Utramque lectionem proponit Sichardius ex suis Codd. Et etiam editio Lugdunensis, & Genevensis in margine habet *decretum*.

§. eod. *Is qui testamentum* fecit. In editis: *Is, qui testamentum* facit.

§. eod. *Qui primut qui posterior*. fuerit manumissus. In editis: *Qui primus; qui posterior* manumissus fuerit:

§. 3. Hic hiatus alius ob reiteratum recursum vocis *manumissi*, qui Amanuensis oculos facile ad posteriora, relictis intermediis, protraxit.

§. 4. *Nam si incolumis quoscumque. diverso tempore manumiset* inter eos *qui per testamento* (lege *testamentum*) *manumissi sunt nullatenus* teneantur. In editis: *Nam si incolumis quoscumque diverso tempore manumisit, qui per testamentum manumissi sunt, nullotenus* computentur. Mss. Gothanum heic legit *in eos* pro *inter eos*, ut habet rectius Mss. Ottobonianum, & ut legitur etiam in Codd. Lugdunensi, Batavo, & Nispeniensi, teste Meermanio in *Specimine animadversionum criticarum in Caii Institutioner To. VII. Nov. Thes. Jur. Civ.*, & *Can.*, quod cernitur quoque in editionibus Sichardii, Bouchardii, Lovaniensi, & Ludovici Pesnotii, ut jam hac lectione nihil sit certius.

Titulus III.

De curatione.

In editis Titulus hic est VIII., & ultimus Libri I. *Institut. Caii*, & inscribitur *de Curatoribus*. Ne alicui suspicio suboriatur, num in Codice nostro aliquae hoc loco paginae desiderentur, monemus, Titulum hunc III. signari fere ad oram *pag.* 126. *a tergo*, non vero initio paginae alicujus, ut aliquot antecedentes excidisse, suspicari umquam possit.

Pr. *Maiores eversores* & *insani*. In editis: *Majores eversores*, *insani*.

Ibid. *Usque ad* vicissimum quintum annum impletus (lege *impletum*). In editis: *Usque ad* viginti, & quinque annos completos.

Ibid. *Sub* curatoribus *esse jubentur*. In editis: *Sub* curatore *esse jubentur*.

L I B E R II.

Titulus I.

Codex noster *pag.* 127. *lin.* 7., nulla praefixa Inscriptione, vel Titulo, post finem Tituli superioris, qui in vulgatis editionibus est VIII., sic habet: *Gajus superiore commentario &c.*, quae verba ad *Tit. I. Lib. II.* pertinent.

§. 3. *Incorporalia etiam sunt jura prediorum. urbanorum jura sunt. stillicidia fenestre. altius* eregendi *domus. aut non* eregendi. *& luminum ut ita* aliquis *fabricet ut vicine domui. lumen non* tollatur vel rusticorum. *prediorum uiro rusticorum. iura sunt* vie *uel iter &c.* In editis: *Incorporalia etiam sunt jura praediorum urbanorum*, vel rusticorum. *Praediorum urbanorum jura sunt*, *stillicidia*, *fenestrae*, cloacae, *altius* erigendae *domus*, *aut non* erigendae, *& luminum*, *ut ita* quis *fabricet*, *ut vicinae domui lumen non* tollat. *Praediorum vero rusticorum jura sunt* via, *vel iter &c.*

§. 4. *Aut* vineam. In editis: *Aut* vineas. Mss. Gothanum congruit cum Mss. Ottobon.

§. eod. *Solo* cedit. In editis: *Solo* cedat. Parisiens. Editio ann. 1586. cohaeret Mss. Ottob.

§. eod. *Quod & de cartis* vel *pargamenis*. In editis: *Quod & de chartis*, & *pargamenis*. Utramque lectionem exhibuit Sichardius, primam in margine, alteram in contextu.

Tandem §. 6. *Tit. I. Lib. II. pag.* 127. *a tergo* ad illa verba *illis. qui aliena presump*serunt truncantur Caii Institutiones, & simul insignis ipse Codex Ottob.

VARIARUM LECTIONUM IN CAII INSTITUTIONES

F I N I S.

CONSTITUTIONES

VALENTINIANI III. IMP.

JAM AB ALIIS ANTEA EDITAE,

QUAE

IN CODICE THEODOSIANO DESIDERANTUR,

Quaeque in ejus Supplementum nunc recuduntur, atque adnotationibus illustrantur.



COMMONITORIUM
VALENTINIANI III. IMP.

Pro quodam homine Siciliam misso ad componendos redditus Ecclesiae Ravennatis, & ad Conductorum pensiones colligendas (1).

I.

.... & conductores vel homines nostri ...... feliciter .... Siciliam perveneris

ADNOTATIONES.

(1) Constitutionem hanc, seu Commonitorium cum ceteris, quae sequuntur, omnium primus edidit doctissimus Mabillonius ad *Supplementum Artis Diplomaticae* in Appendicis *Part.* II. *pag.* 88., quae sane omnia ex fugientibus litteris ipsius authentici in Phylira se excepisse testatur in Museo Francisci Moscardii Veronensis, & quorum ipse sensum, & rationem exponit ibidem *Cap.* III. *n.* 1. Eadem etiam ipse memoraverat antea in *Itinere Italico Cap.* XVI. *pag.* 23., dum quae exstantiora Veronae adverterat, recenseret. Deinde haec etiam edita sunt ab eruditissimo Benedicto Bacchinio in Appendice ad Agnellium *pag.* 61., qui pleniora eadem exhibuit. Tandem praeclara haec Papyrus cessit Museo V. Cl. Marchionis Scipionis Maffeii, qui statim e re sua putavit esse singula, quae in hoc Monumento continentur, diligentius, atque fidelius, quam ambo ante ipsum litterati Viri peregerint, exponere, quod sane perfecit post Historiam Diplomaticam inter Antiquissima Monumenta Papyracea *n.* I. *pag.* 130., ut unicuique, qui eadem apud singulos Scriptores expendere velit, luculentissime innotescet. Nam ubi heic in principio ceterae Editiones habent *ecies*, Maffeius habet *acies*, quod innuit, in Papyro exaratum fuisse *facies rationes*; Ita *n.* IV., ubi nomina pensionum exeruntur, in editis legitur *ni* pro *nii*, quod vocem *patrimonii* protendit, ejus scilicet, quod in Agro Siculo Ravennatensis Ecclesia tenebat, ut nunc cetera omnia praeteream. His accedit Anto-

ris duodecimae & tertiaedecimae Ind.... (1) Massae Fadi-

ADNOTATIONES

Antonius Terrasonius, qui eadem protulit ad calcem Historiae Jurisprudentiae Romanae Gallice scriptae, & Parisiis volgatae anno MDCCL. inter ipsius *Veteris Jurisprudentiae Romanae Monumenta*. Verum ipse turpiter alucinatus est, qui haec ipsa, veluti inter se diversa bis nobis exhibuit, primum scilicet ex Mabillonio §. III. *nn*. LXXIX., LXXX., LXXXI., & LXXXII. *pag*. 64., & *seqq*., tamquam *Commonitorium Theodosii Junioris pro Sisinnio, cui res a Tranquillo extortae fuerant, sed per Pyrrhum Tribunum jussu Imperatoris restitutae*; Tum rursus ex Maffeio proposuit §. *eod. num*. LXXXIII. *pag*.66., & *seqq*., tamquam *Documentum datum missae cuidam personae ad colligendos Ecclesiae Ravennensis redditus in Siciliam*. Verum Monumenta haec, quae ipsissima sunt, nihil inter se differunt, nisi excipias, quod Maffeius integriora, quam Mabillonius, & Bacchinius, eadem exhibuit, tum quod non uno modo a laudatis Auctoribus eadem exponuntur. Ego tamen facile assentior Maffeio potius, quam Mabillonio, quandoquidem conjicere licet ex duobus hujos Monumenti locis, Sisinnium fuisse *Conductorem Massae Fadilianae*, quae cum juris esset Ecclesiae Ravennatis, pensiones propterea ab ipso eidem, ut & a ceteris Conductoribus, annuae pendendae erant. Tum eidem Sisinnio actio de *Fundo Partilatico* mandatur, scilicet forte contra Tranquillum quemdam, qui fundum eumdem fiduciae nexu sub certa quadam pactione obligaverat. Pyrrhus vero, qui Tribunus dicitur, fuit, mea quidem sententia, Administrator, qui pecuniam ex praefatis pensionibus quaesitam custodiebat, & quoniam ipse munus hoc negligentius obiverat, idcirco peractae administrationis rationes homini, cui Commonitorium hoc ab Imperatore inscribitur, reddere compellitur. Nemo sane ignorat, insigniores Ecclesias antiquitus patrimonia in longinquis etiam regionibus obtinoisse beneficio donationum, quas a piis hominibus pro ipsorum animae remedio, ut tunc dicebatur, passim peragi consueverat. Quam late pateret Revennatensis Ecclesiae possessio, atque dominium in Agro Siculo, colligi abunde poterit ex Agnellio, ubi in Vita Mauri, qui fuit XXXIV. illius Ecclesiae Episcopus, maximam frumenti, vestimentorum, & pecuniae vim recenset, quam Sicilia Ravennam ex eorumdem bonorum redditu Benedictus Diaconus Siculi Patrimonii Rector asportaverat. Bona etiam intra Siciliam obtinuit Mediolanensis Ecclesia, quorum tuitionem Theodericus commendat Adilae V. I. Comiti, ut legere est apud Cassiodorum *Variar. Lib*. II. *epist*.29. Hic sane, nec alius verior hujus Monumenti sensus, ac notio esse videtur, ut ex ipsius reliquiis, quae ex temporum edacitate superfuerunt, colligere licet; Ipsum enim quamvis exaratum sit Aegyptiaca charta, quae quinque pedes etiamnum protenditur, tamen magna sui parte corruptum cernitur, etsi Monumenta hujusmodi non tam saepe teri soleant, quam Libri, & religiosius ut plurimum eadem serventur, quo res domesticas plerique curare magis, quam Libros solent. Hoc quidem Monumentum authenticum Mabillonius vetustius appellat iis omnibus, quae in ejus manus pervenerant, utpote quod prodierit Consulatu Theodosii Jun., & Albini, idest anno Ch. 444., ut inferius patebit. Nunc vero videndum remanet, cui hoc Monumentom revera sit tribuendum. Mabillonius quidem, & Terrasonius, ut ex recitatis superius eruitur, Theodosii Junioris existimant; Verum ipsi toto Caelo errant, quandoquidem cum de bonis in Agro Siculo positis heic agatur, cumque Sicilia, ut ex Novella

Fadilianae [3] quam ille...... profligavit discussis omnibus .... & undecima Ind [4].. acies rationes, ut quidquid per illius neglegentiam perditum vel corruptum est, tua industria corrigatur, adque nobis reformetur: nihilominus... .... proficis .... dem relictis scire possimus si ...... ut dum a nobis... alius fuerit directus, fidei industriaeque tuae possit .... noster .... Ante omnia de fundo Partilatico, quem Tranquillus in temp.......... iori quon-

ADNOTATIONES

vella nostra V. anecdota inter cetera alia plurima argumenta praecipue evincitur, ad Occidentale Imperium pertineret, qui poterat proinde Theodosius, qui Orientalem ditionem regebat, Siciliae rebus prospicere, ut Imperii sui fines inde transigeret? Quare potius Valentiniano Monumentum hoc tribuendum existimo, cui res Siciliae, & Occidentale Imperium commissum fuerat, quique cum Ravennae insidere consuevisset, ut superius advertimus ad Novellam IV. anecdotam adnotation. (15), eo etiam forte exactas pensiones per navim transmitti, & in horreo suo condi praecepit, quod uberius infra adnotation. (11) expendere satagemus.

(2) De Indictionibus jam abunde egimus ad Novellam IV. anecdotam adnotation. (8); Nunc tantum advertimus, Indictionem XII. , & XIII. incidere in ann. Ch. 444., & 445.

(3) Praedia, sive Agri Massae dicebantur. Heic nunc occurrit *Massa Fadiliana*, atque inferius habetur etiam *Massa Emporitana*, & *Massa Cassiana*, quae sane hujus vocis exempla forte antiquiora ceteris omnibus haberi debent. Divus etiam Gregorius Massas appellat Agros, quos in Sicilia habebat Romana Ecclesia; atque hac etiam voce utitur Anastasius Bibliothecarius in Vita Zachariae, tum & alii Scriptores. Plures in his Massis familiae degebant, quae colendis agris operam navabant. Hujus nominis vestigium superfuit adhuc in voce *Massarie*, ut alicubi Agros quosdam appellare mos est. Sed plurima harum Massarum nomina habes apud Divum Gregorium, ut supra monuimus; Occurrit enim *epist. 62. lib. VII. Massalena*, & *Samanteria*, quae haud longe aberat Panormo, tum *epist.22. lib. XI.*, & *epist. 49. lib. X. Gelas*, dein alibi *Massalargia*, *Varroniana*, *Cinciana*, aliaeque, quibus brevitatis gratia consulto parcimus. Massas postea a nonnullis Mansos, sive etiam Mansa dictas fuisse, erudite notat Lacerda in *Adversariis Sacris Cap. 77. n. 12.* ex Flodoardo *Lib. II. cap. 10.*, & *11.*, & Rocchus Pyrrhus in *Notitiis Siciliensium Ecclesiarum To. 1. pag. 31.* Vid. Du Fresneium in *Glossario*, & Muratorium *Antiquit. Medii Aevi Differt. XV. To. I. col. 876.*, qui docet, etiam servos, & liberos homines, qui Massas, seu praedia excolenda suscipiebant, *Massarios* dictos fuisse.

(4) Indictio XI. incidit in annum 444.

quondam ſub certa depactione [5] fiduciae nexu obligaverat juxta ..... nem quam tecum portaveras, quam ipſi Pyrro refudiſti, quia proxime ... a neſcio quibus, quorum perſonam ignoramus, dicitur occupatum elic ... auct ..... e ut domui noſtrae reformetur vel cer ..... nis qui ſe obici .... functi ſatisfaciat debito. Ut in hac parte prudentiam tuam oſtend........ profligaveras, quoniam cautionem ipſe tecum habes majorem ..... tibi adquiras; quos ſolidos [6] cum penſiones quartaedecimae Indictionis [7] ... praeteritis temporibus. Quidquid ſollicitudine tua exactum fuerit ...... deferas, vel certe fide & periculo ..... ordina ... in eis .... bus cum omnia documenta quae Pyrrus egerit dirigas debit........... regtori ſervata juſtitia exige, ut cum nobis ſatisfactum fuerit de ..... ejus habita moderatione judicare poſſimus; quaeque tamen ... . vere jura omnia requirantur, ne in aliquo nobis aut ſecundae ſententiae .... diſpendium adferatur. Simili modo & de peculia Clodian .... andum eſſe jubemus. Ad conductores etiam, vel Actores [8], & ſimul .... noſtri litteras dedimus, ut ad-

ADNOTATIONES

(5) Heic habetur *depactione*, non *depectione*, ut legitur ſaepius in Codice Theodoſiano, & ut ejus Editores legendum contendunt. Patet etiam ex hoc loco, vocem hanc non ſemper pro turpi pacto deſignando fuiſſe uſurpatam, quod etiam alias monere continget ad Tit. VIII. *Legis Romanae*, quae proxime ſequetur, adnotation. (3).

(6) De Solidis jam abunde egimus adnotation. (18) ad Tit. II. *Legis Romanae*, quo recurri poterit.

(7) Indictio XIV. incidit in annum 446.

(8) Conſule, quae de Actoribus inferius diximus adnotat. (17) ad dictum Tit. II. *Legis Romanae*, ubi etiam videas, quae recte huic loco conveniant.

(9) De

ut admonitione noſtra pro utilitate noſtri..... obſecundent juſſionibus. Vide ergo, ne rurſus aut tarditas, aut deſide...... eria intercedat, & novitate nos excogitare ipſe facias ſpeclr * per...... domui noſtrae neceſſatur * ſi navis fuerit inventa, quae ad Ravennatem portum (9) feliciter oportuno tempore diſponat tranſmittere, n........ nias, qui Ravenna (10) veniat, ad urbem mittatur, & in horreo noſtro (11).... conſignetur. Et manu Domini (12) ſuſcribtio.

* *i. e.* ſpecialiter

* *ſic* f. nec ceſſetur.

Opto

ADNOTATIONES

(9) De Portu Ravennate ita inſigniter loquitur Jornandes *Cap. XXIX. De rebus Geticis*: *Ravenna Vrbs inter paludes, ac pelagus, interque Padi fluenta uni tantum patet acceſſui. Haec in ſinu regni Romani ſuper Mare Jonium conſtituta in modum Inſulae aquarum redundatione concluditur. Habet ab Oriente mare, ab Occidente vero habet paludes, per quas unus anguſtiſſimus introitus, ut porta relicta eſt. A Septentrionali quoque plaga ramus ille ex Pado eſt, qui foſſa vocatur Aſconis. A Meridie idem ipſe Padus, quem ſolum fluviorum regem dicunt, cognomento Eridanus, ab Auguſto Imperatore latiſſima foſſa demiſſus, qui ſeptima ſui alvei parte mediam influit Civitatem, ad oſtia ſua amoeniſſimum portum praebens, qui Claſſem CCL. navium, Dione referente, tutiſſima dudum credebatur recipere ſtatione. Qui nunc, ut Fabius* (Cl. Zirardinius in Edificiis profanis Ravennae *Lib.I. Cap.VII. adnotat.* (k) *pag.*80. putat legendum *Ablavius*) *ait, quod aliquando portus fuerat, ſpatioſiſſimos hortos oſtendit arboribus plenos, verum de quibus non pendeant vela, ſed poma. Trino ſiquidem urbs ipſa vocabulo gloriatur, trigeminaque poſitione exultat, ideſt prima Ravenna, ultima Claſſis, media Caeſarea inter Vrbem, & mare, plana mollitie, arenaque munita, vectationibus apta.*

(10) Heic legendum crederem *Ravennam*, ut & cuique attendenti patebit.

(11) Zirardinius, quem alias cum laude memoravimus, in Edificiis profanis Ravennae *Lib. I. Cap. VI. adnotation.* (B) *pag.* 53. timide proponit, an Horreum, quod heic nunc deſignatur, Ravennae ſtatui debeat, ut ad Valentinianum pertineat. Ego quidem citra ullam arrogantiam affirmari poſſe crederem, heic de Horreo Ravennae ſito ſermonem haberi, cum illud *ad urbem*, quod praecedit, non niſi de Ravenna intelligendum exiſtimem, ubi ſcilicet Valentinianus degere conſueverat, ut etiam ſuperius adnotat. (1) monuimus; Si quidem non video, quommodo citra monſtrum de Urbe Roma interpretari debeat; Nam ſi Sicilia Romam fructus, aut penſiones mittendae erant, ut tum in horreo Imperatoris conderentur, quid opus erat, eaſdem ad Ravennatem Portum per navim tranſmitti, ut dein iterum Romam adveherentur cum rerum ipſarum periculo, temporis detrimen-

 to,

* valeas.

Opto multos annos bene val * (13).

ADNOTATIONES

to, tum etiam inutili itineris longinquioris impensa? Recta enim Romam transmitti poterant, praesertim quod quaerendum erat compendium itineris, Imperatore sic jubente: *Vide ergo, ne rursus aut tarditas, aut deside...... eria intercedat*, ut nimirum heic paullo superius legitur. His accedit, quod Jacobus Gothofredius ad *l. 6. Cod. Theod. de Annon., & Tribut.* censuit, partem Annonae Cellariensis, quae ex Annonariis Regionibus percipiebatur, Ravennam adsportatam fuisse, quae certe nonnisi in Horreis condi poterat, ut proinde a Zosimo *Lib. II. Cap.* 10. Ravenna appelletur τροφὰς ἔχουσα ἀρκούσας: *Alimenta habens sufficientia*. Vide Zirardinium *loc. cit.*

(12) Jam supra monuimus ad Novellam II. anecdotam adnotat. (18), consuevisse Imperatores ipsorum Constitutionibus subnotare: *Et manu divina*; ut videre est praecipue in Novellis inter Theodosianas XX., XXIV., & XXV., tum etiam alibi.

(13) Salutatio hujusmodi etiam ab Imperatoribus usurpabatur interdum, cujus rei testis est praecipue Novella inter Valentinianeas VII., quae sic clauditur: *Optamus vos felicissimos, ac florentissimos, nostrique amantissimos per multos annos bene valere, sanctissimi ordinis* P.C.



EPI-

EPISTOLA
EIUSDEM AUGUSTI

Ad Conductores, & Actores Ecclesiae Ravennatis in Agro Siculo (1).



II.

. . . .

. . . . . de nostra incolumitate gaudere. Illud etiam admonemus, ut Sisinnio Conductori Massae Fadilianae, manente dispositione Conductorum vestrorum, ejus jussionibus obsecundetis; cui post egressum Pyrri Trib. * ad omnia quae minime egit procuranda . . . * Tribuni
. . . . nitorio (2) nominis (3) nostri cura * man- * curam
davi-

ADNOTATIONES

(1) Non solum Epistola haec, sed & proxima missa videtur ab Imperatore ad Conductores, vel Actores praediorum Ecclesiae Ravennatis in Agro Siculo, quas etiam dedisse memorat supra in Commonitorio, dum ait: *Ad Conductores etiam, vel Actores, & simul . . . . nostri litteras dedimus, ut admonitione nostra pro utilitate nostri . . . . . obsecundent jussionibus*. Siquidem hac Epistola praecipit Imperator, ut Conductores, vel Actores dictorum praediorum novi Administri mandata exequantur, sive *ejus jussionibus obsecundent*, ut & in hac, & in sequenti Epistola ipse Imperator loquitur. Utraque haec Epistola a Mabillonio *Rescriptum* dicitur.

(2) Heic primum occurrit vox *Commonitorium*, ut Valentinianus ipse superiorem Constitutionem appellavit, & ut nos etiam ex eodem illam inscripsimus. Commonitorium quidem heic idem est, ac Documentum, seu Instructio, quo sensu in multis legibus adhibetur, & ab Ammiano Marcellino usurpatur. Exstat etiam *Commonitorium Papae Caelestini Episcopis, & Presbyteris euntibus ad Orientem*, scilicet ad Concilium Ephesinum, quod ex Bibliotheca Colbertina, & ex Mss. Vaticanis ediderunt Lupius, & Balutius, ac tandem accuratius exhibuit ex Bibliotheca Capituli Veronensis Cl. Maffeius *loc. cit.* pro illustratione hujusmet Epistolae *pag.* 137. Codex siquidem, ex quo illud Maffeius protulit, continet antiquam Ephesini Concilii versionem, atque nimirum post Epistolam Pontificis ad idem Concilium memoratum ejusdem etiam Commonitorium subsequitur, quod male a Concilio sejunctum edidit Balutius. Ipsum autem quoniam breve est, heic & nos iterum sistimus ex laudati Codicis fide:

Commonitorium Papae Caelestini Episcopis, & Presbyteris euntibus ad Orientem.

 Caele-

davimus: & nemo veſtrorum rebellis con . . . ne in exemplo diſciplinae ultioni proſternatur; quidquid enim nemo . . . . pro noſtris commodis egerit, ex lectione Commonitorii noſtri gratum . . . . eſſe ſcibitis (4). Opto bene valeatis.

ADNOTATIONES

Caeleſtinus Epiſcopus. Commonitorium Epiſcopis, & Presbytero euntibus ad Orientem.

Cum Deo noſtro, ſicut credimus & ſperamus, auctore, ad deſtinata veſtra Caritas venerit loca, ad fratrem, & Coepiſcopum noſtrum Cyrillum conſilium veſtrum omne convertite, & quicquid in ejus videritis arbitrio, facietis. Auctoritatem Sedis Apoſtolicae cuſtodiri debere mandamus; ſiquidem inſtructiones, quae vobis traditae ſunt, hoc loquantur, ut intereſſe conventui debeatis. Ad diſceptationem ſi fuerit ventum, vos de eorum ſententiis judicare debetis, non ſubire certamen. Quod ſi tranſactam Synodum, & rediſſe omnes Epiſcopos videritis, requirendum eſt, qualiter fuerint res finitae: ſi pro antiqua fide Catholica res geſtae ſunt, & ſanctum Fratrem meum Cyrillum Conſtantinopolim didiceritis profectum, ire vobis illo neceſſe eſt, ut Epiſtolas noſtras Principi porrigatis. Quod ſi aliter actum eſt, & in diſſenſione res ſunt, ex ipſis rebus conicere poteritis, quid cum conſilio ſupradicti noſtri fratris agere debeatis.

Dat. VIII. Id. Mai. Baſſo & Antioco Coſs.

Tandem apud Martenium in *Theſauro Anecdotorum To. V. col.* 17., & etiam alibi exſtat Orientii Eliberitani *Commonitorium Fidelium*, quod nunc recuſum eſt Piſauri cura eruditiſſimi Viri Paſchalis Amatii Popularis, & Amici noſtri longe ſpectatiſſimi in *To. VI. Collectionis omnium Poematum n. VII.*, quae ſane & carminum numero abſolutiſſima, & Prolegomenis, ceteriſque additamentis locupletiſſima Editori laudem comparat, & litteratorum Virorum gratiam, ſtudiumque expoſcit, ac jure meretur.

(3) *Nominis* pro *Numinis*. An Nomen, ſeu potius Numen ſcribendum ſit, diſputat Cuiacius *Obſervat. Lib. XXVIII. cap.* 1., quod & nos alias monuimus ad Novellam III. anecdotam adnotation. (11).

(4) *Scibitis* pro *ſcietis*; *Scibo* enim pluries & a Planto, & a Terentio dictum eſt; atque ita nimirum antiquitus quartae Conjugationis futura inflectebantur. Maffeius etiam teſtatur, in Cod. Mſs. Canonicorum Veronenſium, in quo habentur Pſalmi cum Canticis graece, & latine, in verſione adhuc quidem ignota occurrere saepius *exiet*, *periet*, *cuſtodibo*, & ſimilia.

EPI-

EPISTOLA ALTERA EIUSDEM AUGUSTI

AD SUPRASCRIPTOS.



III.

.... cius v i * Eleutherioni, & Zoſimo Cond ** ... Sentientibus utilitates noſtras ab initio laceſſiri non habetur ambiguum.... ceſſio, & coegit, ut Pyrrum Trib * in tempore ad Siciliam miſeremus. Qui poſt triennium reverſus, diverſo tempore corporali tedio detentus, edocuit, ſe....... commodis prodeſſe minime potuiſſe. Et quia Siſinnium, qui adverſus eumdem... illa depoſuerat, ex occaſione adventus ejus praeſentem invenit, neceſſe fuit... omnia agenda & corrigenda injungeremus, ut univerſa exacta remota fraude..... quartaedecimae Indictionis (1) ad nos penſiones aut ipſe feliciter deferat, aut.... tranſmittat. Quid igitur illis a nobis injunctum ſit, lecto Commonitorio noſtro..... tis. Videte ergo memores ſalutis veſtrae, ut pro noſtri utilitate ejus obſecundetis juſſionibus. De fundo Partilatico nihilominus actionem memorato Siſinnio mandamus. Participato ergo conſilio & ſolacio (2) agite, ut omnium rerum indemnitas.........

* Vir inluſtris.
** Conductoribus.
* Tribunum

It *

ADNOTATIONES

(1) Vid. adnotation. (7) ſupra ad Commonitorium *n. I.*

(2) Solatium heic forte ſumendum eſt pro emolumento, & commodo, quod

* Item ** bene valeatis

It * ſubſcriptio. Opto b u. **

ADNOTATIONES

quod ex ſociato labore memorati Conductores percipiebant. Hinc in *Cod. Theod. l.* 49. *de operib. publ. lib.* 15. *tit.* 5. habetur: Solatium *ex communi, & communicato labore.* Caſſiodorus quoque *Variar. Lib. V. Epiſt.* 9: *Pedaturam murorum omnes in commune ſubeatis, qui vicinitate jungimini. Quatenus accomodato* ſolatio *ſecurius impleatur &c.* Accipitur etiam pro ſtipendio, vel honorario, quod παραμυθία, & συνηθεία graece dicitur.



DE-

DESCRIPTIO NOMINUM

Ex penſionibus ſolvendis [1]



I V.

..... nii * Sicilienſis quid annua [2] ab Indictione xII [3] Conſs * Maximi ter & Paterii $\overline{VV}$ $\overline{CC}$ [4] ** con-locan-

* Patrimonii

* Conſulatu
** Virorum Clariſſimorum

ADNOTATIONES

(1) Quod nos heic nunc cum Maffeio appellavimus *Deſcriptionem nominum ex penſionibus ſolvendis*, Mabillonius vocavit *Fragmenta de exſecutione Commonitorii Imperialis*, apud quem etiam multo plura deeſſe videas, quam apud Maffeium.

(2) Heic pro *quid annua*, ut legit Maffeius, Mabillonio nihil afferente, Bacchinius exſcripſit *qui damn.* Verum *annua* hoc loco pro *annuatim* uſurpatur, quae vox habetur etiam apud Plinium *Lib. XII. cap.* 17. Hinc Laurentius Valla *Elegantiarum Lib. VI. cap.* 60. addubitat, an auctoritate Plinii *annuatim* dici debeat, & ſimul in margine adnotatur in emendatis Plinii codicibus legi *annua*, non *annuatim*.

(3) Vid. adnotation. (2) ad Commonitorium *n. I.*

(4) Conſulatus Maximi III., & Paterii, ut hoc loco ſcribitur, incidit in annum Ch. 443. Aſt novum nunc occurrit, Maximum fuiſſe III., ſive *ter*. Conſulem cum Paterio, cum Faſti omnes Pagii, Relandii, Almeloveenii, & ceterorum, tum & Mſs. Ottobon. in Novellis Theodoſii, & Valentiniani, ut ſuperius vidimus, perpetuo praeſeferant Maximum Conſulem II. Forte Maximus inter annum 433., quo primum Conſul creatus eſt, & inter annum 443., quo juxta Veronenſe hoc Monumentum Conſul tertium prodiit, ſuffectus dici poſſet in alicujus intermedii Conſulis locum, cujus rei nullum nunc adſit teſtimonium, vel potius ad annum 441. Fl. Cyro Panopelitl in Conſulatu Collega adjungi poſſet, quo ſane Cyrus in Faſtis omnibus carere cernitur; aliter enim Maffeiana lectio Papyri Veronenſis ſuſtineri nequaquam poſſet. Quod autem *ter*, non III. exaratum fuerit, major lectioni huic accedit auctoritas, utpote quae litteris, non numeris expreſſa Amanuenſium licentiam, vel oſcitantiam effugere facilius potuerit. *Ter* vero forte ex eo profectum, quod etiam Saeculo V. diſſenſio vigeret, utrum Conſul *tertium*, vel *tertio* legendum foret, quae ab ipſis Ciceronis temporibus orta eſt, ut ipſe propterea a Pompeio de hac re ſciſcitatus, non aliter fere, ac in Monumento hoc noſtro legitur, ſcribendum ſuaſerit *Tert.*, quod propterea a quocumque pro lubito legi poſſet, dum, ut ait Gellius *Noct. Attic. Lib. IX. cap.* 1., *verbo non praeſcripto res quidem demonſtraretur*; *ſed dictio tamen ambigua verbi lateret*. Jam ſupra vidimus in Titulis Novellarum Theodoſii, dum varias lectiones ex Ottobon. Codice exhiberemus ad Tit. juxta eumdem Cod. XXI. Nov. I. *n. XIII.*, legi ibidem etiam *Paterio*, ut & hoc Monumentum habet, non autem *Paterno*, quemadmodum in nonnullis Faſtis exprimitur, & ut Brenckmannius ſcribendum ſuadet in ejus *Epiſt. de Conſul. &c. pag.* 628. Vide Ritterium *cit. Nov.*, & *Tit.* apud eum XI., adnotation. (*mm*), qui Brenckmannium ſibi favere exiſtimat, cum tamen ille in contrariam ſententiam abierit.

locante Bonifacio praesente Trib Pyrro singuli Conductores dare debent ita Massa Enporitana per Zosimum, & Cuprionem sol ñ DCCLϚ [5] *
* solid. numero 756.
* suprascriptos
... us Anniana sive Myreus ss * sol ñ CXLϚI &..
...one tritici sive hordei, quod ante Barbarico fisco [6] praest sol ñ LXXV
..... fundi operae per ss sol ñ LII
.... callius conlocante Sisinnio sol ñ CC
... Massa Fadilianensis per Sisinnium sol ñ CCCCXLV.
... Massa Cassiana per Eleutherionem, Zosimum, & Eubudum sol ñ D
* duo millia &c.
..... ss qui de Ind. xII inferendi sunt solidi ĪICLXXV *
..... Ind. xIII [7] Cons d n Teodosi Aug xϚII & Albini vc * [8]. Inferendi per ss Pyrrum solidi IICLXXV... faciunt omnes, qui de Ind. xII, & xIII per Tribunum Pyrrum inferendi sunt, auri solidi IIIICCCL * & de reliqua Zosimi juxta relationis epistulae Trib Pyrri solidos ∞DCCC *..... faciunt tam de pensionibus Ind xII & xIII, quam de reliqua Zosimi, qui... Tribunum

* Consulatu Dom. nostri octavo decimo &c. Viri Clarifs.
* 4350
* 1800...

ADNOTATIONES

(5) In adnotation. (14) ad Novellam IV. anecdotam pluribus egimus de hac nota ς, ubi etiam hanc Masseianam Papyrum citavimus. Vid. & *n. XXVII.* ad Tit. XXI. Nov. I. Theodosii Jun.

(6) Quod heic innuitur, lucem facile accipit ab iis, quae ad Novellam V. anecdotam adnotation. (3) disseruimus de Vandalorum irruptionibus in Siciliam. Verum cum hoc loco legatur, *triticum, & hordeum Barbarico fisco praestitum* esse, facile conjiciendum venit, Vandalos non solum Siciliam excurrendo diripuisse, ut dein praeda onusti alio diverterint, sed ipsos potius ibidem sedem fixisse, ut inde ex agris, quorum potiti fuerant, tributa, & pensiones eorum Fisco adsciverint.

(7) Vid. adnotation. (2) ad Commonitorium *n. I.*

(8) Consulatus Theodosii XVIII., & Albini incidit in annum Ch. 444., ut alias monuimus ad Novellam II. anecdotam adnotation. (20), & rursus ad

num Pyrrum inferendi debent rationibus dñ v inl * * Domini nostri viri inlustris
Rurici solid ñ ϙ̄ ... ex h....... Ravennae
solidi IIDCCXϙ * * 1716.
..... juxta rationes ab eodem datas.....
.... ti......................solidi ∞
.... lucrativa Maſſae Caſſianae & Enporitanae Ind
xI[9] & xIII ..... de solidis ∞DXXXVϙI * unius Ind sol * 1537.
ñ D cum ſportula [10] & interpondiis [11] ... tuor intulitvel erogavit Trib Pyrrus solidi IIIICCXϙ
..... ent quos inferre debet Trib Pyrrus de sol
ñ ϙ̄CL * * 6150
...... sol ñ ∞DCCCCXXXIIII
...... debita Eleutherionis sol ñ ĪICLXXIIII requirendum.... d opera ſua egerit vel detulerit
.......ve-

ADNOTATIONES

ſus ad III. adnotation. (23). Quare hinc patet, Conſtitutiones has Valentiniani hoc anno forte prodiiſſe.

(9) Vid. adnotation. (4) ad idem Commonitorium *n. I.*

(10) Spottulae erant dona, quae amicis, qui ad officium honoris cauſſa venerant, largiebantur; Sportulae etiam ab ineuntibus Magiſtratum ad amicos mitti ſolebant, ut patet ex *Cod. Theod. lib.* 1. *De expenſ. ludor. lib.* 15. *tit.* 9. Sportulae inſuper tribuebantur variis officiis, & executoribus litium, ſeu Viatoribus, tum & pedaneis Judicibus, & militaribus, aliiſque permultis, ut videre eſt apud Gutherium *de Offic. Dom. Aug. lib. II. cap. XVII.* Quare hujuſmodi ſportulas patet habendas eſſe tamquam mercedes, ſtipendia, vel ſalaria, quae graece *ὀψώνια, συνηθείαι, ἐκβιβαϛικὰ, ἐφόδια, τὰ διδόμενα τοῖς ἐκβιβαϛαῖς*, & *διανομαὶ ἀργύρου* in Novellis praeſertim Iuſtiniani dicuntur; licet & pro quibuſcumque ſummae rationibus, quae alicui quoquo nomine debeantur, tum & pro ipſis cujuscumque largitatibus, quae vel nuptiarum, vel funerum, vel dedicationis, aut alterius ſolemnitatis occaſione praeſtarentur, conſtet alicubi eſſe ſumendas. Maffeius vero heic ſportulam putat accipiendam pro illo pretii auctario, quod apud nos *regaglia* dicitur, quodque muneris loco poſt debitam penſionem paciſci ſolet.

(11) Quid fuerint *interpondia*, exquirit Maffeius, ſimulque cenſet, pro quodam monetae genere eadem habenda eſſe, quemadmodum antiquitus habebatur *aſſipondium* ex aere, quia ſcilicet as erat librae pondo, tum & *dupondium*, quod duobus aſſibus conſtabat. Vide de his Eucharium

.... vero Tranquilli, quae Sisinnio extorsit de sol ñ MDCCCXI * constectus..... legentium .... solidos acceptos Sisinnius...... idisse conductoribus Ecclesiae Ravennatis testimoniis adprobavit.

* 1811

ADNOTATIONES

Gottliebium Rinkium *de Veteris Numismatis potentia*, *& qualitate cap. VI. §. III. pag. 39.* Sportulas quidem, seu largitiones nummorum praestationes peractas esse, patet ex *Cod. Theod. l. 1. lib. 15. tit. 9.*, ubi sic habetur: *Sit sportulis nummus argenteus*; tum etiam ex aliis locis pluribus, quae collecta habes apud *Gutherium de Offic. Dom. Aug. Lib. II. cap. XVII.*, ex quibus sportulas persolutas fuisse vel ex solidis, vel ex aureis, luculenter eruitur. Vetus Glossarium *interpondia* vertit παράλληλα, quod etiam habet ad *interpretium*, ut proinde interpondium, & interpretium synonyma videantur, & utrumque veluti appendix pretii, aut pensionis haberi debeat.

CONSTITUTIONUM VALENTINIANI III.

FINIS.



LEX

LEX ROMANA,

SEU

RESPONSUM PAPIANI
THEODERICI
FRANCORUM REGIS


JUSSU EDITUM,

AD FIDEM

VETUSTISSIMI MSS. OTTOBONIANI

NUNC RECUSUM,

Atque ex eo Titulis anecdotis, tum & accuratioribus Lectionibus auctum, quibus etiam variae Lectiones aliquae ex altero Mſs. Suevo-Vaticano, adnotationeſque acceſſerunt.



LEX ROMANA,

SEU

RESPONSUM PAPIANI[1]

AD FIDEM

VETUSTISSIMI MSS. OTTOBONIANI

Cum variis Lectionibus ex altero Mſs. Suevo-Vaticano.

De patris uel matris donacione uel munificencia dominorũ — Tit. I.

DOnacionem quã pater de rebus ꝑpriis in filiũ. filiãue conſcripſerit. & geſtis fuerit. allegata; Si eã pater ꝓbatis. apud judicem leſionũ cauſis non

IDEM TITULUS

LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

De patris, vel matris donatione, & munificentia dominorum Titulus I. [2]

DOnationem, quam pater de rebus propriis in filium, filiamve conſcripſerit, & geſtis fuerit allegata [3], *ſi eam pater, probatis apud Judicem laeſionum cauſſis* [4], *non revo-*

ADNOTATIONES

(1) Codex Ottobonianus ab hac Romana Lege inchoatur, quam tamen nos ſecundo loco dedimus, ut Novellis anecdotis, & variis etiam ceterarum Novellarum Lectionibus, aliiſque inſuper Imperatoriis Conſtitutionibus

non revocaverit. aut ipsa donacio. dodrant*em* id-
est

revocaverit, *aut* [1] *ipsa donatio dodrantem*, *id est novem uncias*

ADNOTATIONES

bus prior locus fieret, quae tum tempore, tum dignitate eidem antecedere videbantur. Quid sit haec Lex Romana, & quid de Papiani Responso, ut vocari consuevit, censendum sit, jam fuse disseruimus in Praefatione nostra, ne scilicet Adnotatio haec in longum nimis excresceret. Ibi etiam consilium, & rationem omnem nostram de ea edenda explicavimus, tum additamenta, quibus nunc eadem excrescit, ac locupletatur, innuimus. Varias insuper Editiones recensuimus, quae huc usque prodierunt, & praesertim postremam Antonii Schultingii, ad cujus tramites Lectionum discrimina exigemus, quae tum ex Codicis Ottoboniani collatione ipsa per se patebunt, tum quae ex altero Svevo-Vaticano, qui pro Cimeliorum mutationibus signatur triplici numero 379., 410., & 1022. nos nunc naviter, accurateque adnotare satagemus. Postremum hunc Codicem deinceps *nostrum Vaticanum*, & *Vaticanum* simpliciter brevitatis gratia appellabimus. Cum vero priores quatuor paginae Ottoboniani Codicis corruptae parumper sint, hinc illarum lacunas italicis litteris, quas cursivas vocant, explere studuimus.

(2) Non in omnibus Codicibus MSS., neque in omnibus Typographicis Editionibus Titulus hic primo loco circumfertur; Nam quo ad MSS., vidimus nuper in nostro Vaticano primo loco Papiano adscribi illud Responsi fragmentum, quod Papiniani esse, cum Schultingio censemus. Sic enim habet *pag. 68. a tergo*: *Papiani lib.* I. *Resp. I. de pactis int. virum & uxorem*. In altero vero Codice Reginae Svecorum, nunc Vaticano, qui numeros gerit 1023., & 1024., ita legitur *pag. 15*: *Incp lib Papiani I. de pactis inter virum & uxorem*. Verum in Codice, qui ibidem prostat sub duobus numeris *98.*, & 1016., in Rubricarum Indice, qui praecedit, recte legitur: *Papiniani responsum de pactis &c.*, licet tamen infra *pag. 102. a tergo*, forte Amanuensis vitio scribatur: *Papianus lib. I. responsorum I. de pactis &c.* Quoad Editiones autem non idem in omnibus ordo: Quandoquidem in Editione Lugdunensi CIƆIƆLXVI., & in Genevensi CIƆIƆLXXXVI. locum primi Tituli occupat laudatum Papiniani Responsum, adscito Papiani nomine, ac proinde, qui in Codice nostro primo loco Titulus legitur, in iisdem secundo succedit. Verum Sichardius in Editione, quam ipse adornavit, Responsum illud Papiniani a nostro Papiani Libro sejunxit, ipsumque sub ingenuo Auctoris nomine Codicis Hermogeniani fragmentis subiecit; Tum etiam Editio Parisiensis CIƆIƆLXXXVI. hoc loco submotum ante Sententias Paulli, apposito ejusdem Papiniani nomine, statuit; Ac tandem Schultingius in *Jurisprudentia Ante-Justinianea To. II. pag.* 810. sub Papiniani nomine longe a Papiani Responsis post *Fragmentum Regularum ex veteri Jurisconsulto* recensuit. Quoniam autem Responsum hoc brevissimum est, heic abesse illud non patimur; ipsumque juxta lectionem Codicis nostri Vaticani nunc exhibemus, praesertim cum ibidem parumper in quibusdam differat: *Papiani* (lege *Papiniani*) *lib.* I, *Resp. I. de pactis int. virum & uxorem*. *Pacta non solum verbis*, *sed ex voluntate contrahentium constituuntur*, *ut neuter*

est novem uncias. non excedit. secundum legem theu-

uncias non excedit, secundum legem Theodosiani de. removendis

ADNOTATIONES

ter conjugum fiat locupletior. Quod revera Responsum hoc Papiniano sit tribuendum, suadet *l.* 40. *ff. de pactis*, ubi Papinianum libro I. Responsorum de pactis egisse, evincitur, ut propterea etiam agere de pactis inter virum, & uxorem potuerit, de quibus nimirum est Titulus in Sententiis Paulli *lib. II. tit.* 22. Insuper Everardus Otto *de vita, studiis &c. Aemilii Papiniani. Bremae 1743. cap. II. pag.* 29. assentitur Cuiacio, qui ab initio primi Tituli Papianum pro Papiniano male appellatum contendit.

(3) Non solum Constantini M. temporibus, sed etiam *dudum* sancitum fuit, ut patet ex *l.* 3. *Cod. Theod. de revocand. donation. lib.* 8. *tit.* 12., donationes apud actorum contestationes esse conficiendas, sive, quod idem est, gestis esse allegandas. De insinuatione donationis sex leges habentur in *Cod. Theod.*, tres Constantini, 1. nempe, 3., & 5. *de Sponsalib.*, Constantis *6. lib. 7. tit.* 12., Honorii 9. *de infirm. bis, quae sub Tyr.*, & Theodosii Jun. 8. *de revocand. donation.* Justinianus etiam deinceps praecepit, ut donatio, quae quingentos solidos excederet, in acta insinuaretur, cum retro Principum dispositiones gestis eamdem allegari vellent, si ducentorum solidorum censeretur tantummodo major. Hinc, ut sua esset donationibus firmitas, semper in antiquis monumentis deprehendimus, easdem gestis, sive actis publicis allegari consuevisse. In fragmento donationis Saec. circiter V. a Sisivera peractae de portione sua in Agro Ariminensi erga Ravennatensem Ecclesiam, in quo habetur mentio S. C. Belliani, seu Velleiani (uti cernere est quoque inferius in altera donationis charta, quam ex Muratorio citamus) quodque extat apud Maffeium in Historia Diplomatica inter antiqua Monumenta anecdota *n.* III. *pag.* 143., & in Novo Tractatu Diplomatico duorum ex Benedictina Familia Monachorom Sancti Mauri *To.* III. *Part.* II. *Sect.* IV. *cap.* XI. *Art.* I. *pag.* 634. habetur: *Bono tabellioni hujus Civitatis Ravennae rogatario meo rescribendum dictavi, in qua subter propria manu pro ignorantia litterarum signum venerabilem Sanctae Crucis feci, & testibus a me rogitis optuli suscribendam: quam si gestis municipalibus allegare voluerint actores Ecclesiae, liberam tribui ex more licentiam allegandi &c.* Gestorum formulam juxta consuetudinem Romanam, quatenus donationes allegentur, habes apud Marculphum in *Formul. solemn. publicor.*, *privatorumq. negotior. cap.* 73., & apud Antonium Terrassonium in Historia Jurisprudentiae Romanae gallice scripta *Parisiis* 1750. ad calcem inter Monumenta §. IV. *n.* CIX. *pag.* 102., ex qua formula patet, non tantum donationes ipsas simpliciter, sed & Testamenta, tum & quaevis instrumenta in gesta, vel acta publica referri consuevisse. Vide Du Fresneium in *Glossario*, qui ad vocem *Gesta* id confirmat, ac tandem consule laudatum Novum Tractatum Diplomaticum *To.* III. ad calcem *pag.* 711., ubi ex Insignibus Ravennatensis Ecclesiae Monumentis luculentissima hujusmodi exempla percipies. Nec etiam consuluisse pigebit Donationem complurium bonorum factam ab Eudochia Sanctimoniale Monasterio Sanctae Mariae in Cosmedin Ravennae sito anno 767., quae legitur apud Muratorium in *Antiquitatibus Medii Aevi To.* III. *Dissertation.* XLIV. *col.* 892., & in qua id pe-

theudosiani. de removendis. donacionibus firmissimā. permanere ad filippū. prēst. preturio promulgata; De maternis eciam. donationibus. hoc totū qđ supra simili condicione seruabitur; sane si mater qui donacionē in filiū filiamue fēc ad secundas. nupcias. transierit. donacionem quā fēc nullā habebit licenciā removendi. secūd lege theudosiani;

vendis donationibus ad Philippum Praefectum Praetorio promulgatam, firmissimam permanere (6). *De maternis etiam donationibus hoc totum, quod supra, simili conditione servabitur. Sane si mater, quae donationem in filium, filiamve fecit, ad secundas nuptias transierit* (7), *donationem, quam fecit, nullam* (8) *habebit licentiam removendi secundum legem*

ADNOTATIONES

id peculiare etiam habetur, quod Eudochia renunciat *juris, & facti ignorantiae, praescriptioni, & S. Consulto, quod de Mulieribus praestitit &c.*, quod sane S. C. uonnisi Velleianum est, de quo prostat *tit.16. Digestorum l. Et primo*, ut hoc proinde innuat, Ravennae Saeculo VIII. Pandectas in usu fuisse; licet tamen etiam in *Cod. lib.*IV. *tit.* 29. leges, quae ad S. C. Velleianum pertinent, habeantur. Verum, ut & ea attingamus, quae ad rem nostram faciunt, sic ibidem legitur: *Si gestis liberalibus mancipalibus alegare malueritis, liberam tribuo, & concedo ex more licentiam alegandi*. Vid. & infra Tit. XXII. adnotat. (7).

(4) Locus hic parum aliter legitur in Editis: *Si gestis fuerit allegata, & si eam pater apud Judicem locorum probatis laesionum caussis non revocaverit*. Codex Vaticanus pro *allegata* habet *obligata*, sed male; In ceteris vero cum Ottob. Cod. recte convenit.

(5) Idem Cod. Vatic. habet: *aut si ipsa*.

(6) Amanuensis Ottob. Cod. heic verborum transpositionem inconcinnam induxit, quam nos in emendata lectione, quam subjecimus, tollendam curavimus. In Cod. Vatican. desunt haec: *ad Philippum Pf. P. promulgatam*. In Editis post *legem Theodosiani* additur: *lib.* VIII., ubi scilicet habetur *Titul.* 13. *de revocandis donationibus*, qui heic *de removendis donationibus* inscribitur. Lex, quae heic innuitur, est 2. recitati *lib.*, & *tit.*, quae Philippo Pf.Orienti (de quo consule *Prosopographiam Cod. Theod.*) a Constantio, & Constante inscribitur anno 349.

(7) In Editis: *ad secundas transierit nuptias*. Mss. Vatic. cohaeret Ottoboniano.

(8) In Editis: *nullatenus habebit licentiam*. In Vatic. mendose legitur *nullamtenus*.

ſiani; ad orfetũ orƀ data. De donacionibus. dominorũ ꝓprietas accipientũ. eciã circa. heredes & ꝓheredis. lege firmabitur. id eſt ex corpore. theudoſiani. libro XII. titulo XX. ad p̄diũ. contra rei priuate.

gem Theodoſiani ad Orſitum Praefectum Urbi [9] *datam* [10]. *De donationibus dominorum proprietas accipientium* [11] *etiam circa heredes*, & [12] *proheredes lege firmabitur*, *ideſt ex corpore Theodoſiani libro nono titulo vigeſimo ad Trygetium Comitem Rei privatae* [13].

ADNOTATIONES

(9) De Orſito, qui Integro nomine dictus eſt Memmius Vitraſius Orſitus, vide *Proſopographiam Cod. Theod.*, & Corſinium *de Praefectis Urbi* ad ann. 354. Eidem ſcilicet inſcripta eſt *l.* 4. *de revocand. donation.* Cod. Vatic. habet *Urſitum*. In Editis ante ipſius nomen legitur: *lib.* VIII., quod abeſt ab utroque Cod., Ottob. ſcilicet, & Vatic.

(10) Vox haec deſideratur in Editis, & in Cod. Vatic.

(11) In Editis olim legebatur: *perpetem firmitatem accipientibus*; Verum nunc Editio Schultingii convenit cum utriuſque Codicis noſtri lectione, licet in Vatic. ob leve Librarii mendum legatur *accipiendum*.

(12) In Cod. Vatic. legitur *ac*.

(13) Nos heic Trygetium legendum cenſuimus, ut habetur in *Cod. Theod. l.* 4. heic a Papiano memorata *de collation. donatar. lib.* 11. *tit.* 20., quod ibidem probat Gothofredius, & Ritterius. Conſule *Proſopographiam* de Strategio, & de Trigetio, quos inter ſe diverſos deprehendes. Iis adde, quae Ritterius ad *d. l.* 4. adnotavit, quae magis Gothofredii lectionem comprobant. Codex Vatic. pro *Strategio* habet *Stradio*; Codex vero Ottob. hoc loco corruptiſſimus eſt. Codicis Theodoſiani Liber, qui heic laudatur, non idem ubique; nam in Cod. Ottob. eſt XII., in Vatic. II., in Editis vero XI., ſicut revera ubique ſignandus fuerat.

De homicidiis tam ingenuis quã seruis. TIT. II.

HOmicidiũ. tã ingenuũ. quã seruũ. si extra. ecclesia inueniatur. morte dãnari. si uero homicidium. casu uel uita demortis causa. forte. . . dica-

IDEM TITULUS

LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

De Homicidis tam ingenuis, quam servis.
Titulus II. (1)

H*Omicidam tam ingenuum, quam servum, si extra ecclesiam inveniatur, morte damnari* (2), *si voluntarie homicidium factum sit* (3); *Si vero homicidium casu, vel vitandae mortis*

ADNOTATIONES

(1) Rubrica hujus Tituli plenior est in Codice Ottoboniano, quam in Vaticano, & in Editis, ubi solum legitur: *De homicidiis*. Titulus hic non tantum in singulis hujus Responsi editionibus, quas in Praefatione, & in adnotatione (2) ad Tit. I. recitavimus, vulgatus est, verum etiam cernitur in prima Basileensi Codicis Theodosiani editione, quam perfecit ann. 1528. Johannes Sichardius, qui ipsum adjecit interpretationis loco ad Novellam III. Valentinianeam *de homicidio* &c. *pag. 96.*, & rursus ex eo Ritterius tamquam quid peregrinum, & rarum repofuit ad cit. Novellam adnotat. (*t*); Licet tamen non idem periodorum ordo citatis locis occurrat, qui in utroque Codice nostro, & in ceteris vulgatis editionibus prostat, ut cuilibet, qui comparationem instituere velit, patere poterit. Habetur etiam hic Titulus inter Opera omnia M. Aurelii Cassiodori *Genevae 1609. pag.* 1310., & *1663. pag. 670.* post Edictum Theoderici Regis Italiae. Vide, quae de hoc Titulo sejunctim edito a Sichardio, Ritterio, & Cassiodoro in Praefatione nostra disputavimus, quaeque insuper subjiciemus inferius adnot.(14)& adTit.ult.adnot.(1).

(2) Id peculiare habent Leges Romanae, & Salicae, quo praecipue differant a Legibus Germanorum, quod hae delicta vindicare pecuniaria multa ex genio gentis in more habeant, ut testatur etiam Tacitus, illae vero facile poenam capitis in delinquentes infligant. Hinc in lege Bajuvariorum, ut advertit etiam Joh. Heumannius in *Opusculis, quibus varia Juris Germanici, itemque historica, & philologica argumenta explicantur*, *cap.* I. *pag.* 12., nullum nisi laesae majestatis crimen ultimo supplicio coercetur. Insuper Hermannus Conringius *de Origine Juris Germanici cap.* VII. scribit, quae antiquo Germanico more pecuniariae antea erant caedis, & furti poenae, capitales dein in Childeberti Decretis fuisse sancitas.

(3) Verba haec: *si voluntarie homici-*

dicatur . admiſſum . ad principes . noticiã ꝑ relacionem . iudecis . referendum . & eius ſentenciã . expectandam . ſecundũ legem . ex corpore novellarum theudoſiani & ualentiniani . ad maximũ . patriciũ data ; Si vero ad eccleſia ſeruus homicidii . reus

mortis cauſſa forte (4) *dicatur admiſſum*, *ad Principis notitiam per relationem Judicis referendum*, *& ejus ſententia exſpectanda ſecundum legem ex corpore Novellarum Theodoſii*, *& Valentiniani ad Maximum Patricium datam* (5). *Si vero ad Eccleſiam* (6) *ſervus homicidii reus forte confugerit*, *quia lex*

ADNOTATIONES

micidium factum ſit, habet Editio ſola Pariſienſis & Schultingii ; Tum etiam abſunt ab utroque noſtrn Codice Ottobon. , & Vatic. Quia tamen ad ſenſum rite perficiendum nobis accomoda viſa ſunt, ideo heic locum iiſdem facere non dubitavimus.

(4) Vox haec *forte* abeſt ab Editis ; Verum eam habet utrumque noſtrnm Mſs.

(5) Jam in adnotatione noſtra (1) innuimus, Novellam hanc Valentiniani ad Maximum Patricium datam, qnae inſcribitur apud Ritterium *de homicidiis caſu, an voluntate factis*, ibidem haberi inter praefati Imp. Novellas Tit. III. Vide, quae de Maximo diximus ad Novellam V. anecdotam adnotat. (2).

(6) Ex hoc Romanae Legis Titulo, quae pro Romanis apud Francos degentibus conſcripta eſt, manifeſto apparet, etiam poſt Imperii Romani lapſum Eccleſiaſtici Aſyli obſervantiam ipſis Barbarornm Legibus ſartam tectam habitam fniſſe ; ut proinde incaſſum eamdem infirmatam etiam per laudatas Leges contenderit Aguirreius, dum viveret, in Mediolanenſi Urbe Quaeſtor in ejus de Eccleſiaſtico Aſylo pereleganti ceteroquin Libello, qni tribus ab heinc annis Venetiis, licet ementitis Florentiae typis, prodiit, ut nos per litteras monnit Vir Cl. Johannes Lamius a nobis nunquam ſine laude commemorandus, ubi *cap.* XXXVII., & *ſeqq.* exiſtimat, Eccleſiaſtici Aſyli jus, auctoritatemque abrogatam fuiſſe, quod praefatis legibus facultas Principibus fieret abſtrahendi extra Eccleſias homicidas, aut ſimiles ſceleſtos homines, dummodo tamen id praeſtaretur vel conſilio Epiſcoporum, vel Sacerdotum, tum & patrati criminis poena erga reos ipſos imminueretur. Quis enim non videt, nihil detrahi Eccleſiaſtico Aſylo, quin potius honorificam, plenamqne ejuſdem haberi rationem eo ipſo, quo Proceres a reis, qui ad Templa confugerunt, ſive comprehendendis, ſive abſtrahendis, inſcio, & invito Epiſcopo, aut Sacerdotibns, manus abſtinere, & meriti ſupplicii rigorem minoris poenae irrogatione temperare coguntur? Immo Lex haec Romano-Francica Eccleſiaſtico Aſylo inſignius favet, quam Lex Viſigothorum *lib.* IX. *Tit.* 3. *cap.* I., ubi dicitur: *Nullus de Eccleſia auſus ſit aliquem violenter abſtrahe-*

reus forte . confugerit . quia lex theu*dosi*ani . libro VIII. ad anthiocũ data . ab eccle*sia* nullũ inhermem ꝑmittit . abduci in*dul*ta uita . ꝑ eo quem occidit . deseruiat . qui uero armatus se in ecclesia tuere timtauerit . secundũ legem ipse cũ conscientiã . episcopi abstragatur; De ingenuo uero homicida intra ecclesia posito de interimti p̄sium principes est expectanda sentencia . & quia de p̄ciis occisorum nil euidenter . lex romana constituit dñs noster . statuit obser-

lex Theodosiani libro nono ad Antiochum data [7] *ab Ecclesia nullum inermem permittit abduci* [8], *indulta vita*, *pro eo*, *quem occidit*, *ipse* [9] *deserviat* . *Qui vero armatus se intra Ecclesiam* [10] *tueri temptaverit*, *secundum legem ipsam* [11] *cum conscientia Episcopi abstrahatur* . *De ingenuo vero homicida intra Ecclesiam posito*, *de interempti pretio Principis est exspectanda sententia* . *Et* [12] *quia de pretio occisorum nil evidenter Lex Romana constituit*, *Domnus* [13] *noster* [14] *statuit obser-*

ADNOTATIONES

strahere, *nisi ad Ecclesiam confugiens armis se fortasse defendere voluerit*; Quandoquidem heic id fieri non posse, nisi cum conscientia Episcopi, aperte jubetur. Verum haec non ea sunt, quae aut nunc paucis expediri possint, aut quae pluribus tractari hoc loco conveniat.

(7) Lex haec a Papiano laudata est 4. *lib. 9. tit. 45. de his, qui ad Eccl. confug.* De Antiocho, qui fuit Pf. P. sub Theodosio Jun. ann. 427., vide *Prosopographiam Cod. Theod.*

(8) Codex Vatic. habet: *ad Ecclesiam nullum inermem permittit adduci*, sensu, ut cuilibet patet, prorsus inverso, nec amplectendo.

(9) Vox haec desideratur in Codice Ottobon., verum habetur in Vatic., & in Editis.

(10) Mss. Ottobonianum legit *in Ecclesia*; sed magis arrisit *intra Ecclesiam*, ut habet Vatic., & Editiones omnes.

(11) Provocat ad *d. l.* 4., de qua nos adnotat. (7).

(12) Particula *&* habetur dumtaxat in Cod. Ottob., & abest a Vatic., & ab Editis.

(13) Saeculo Christi V. in usu praecipue esse coepit titulus Domni, & Domnae, qui largiebatur Viris, & Feminis illustribus, quin & Sanctis. Vide Baronium in *Annalib. Ecclesiast. To.* V. ad ann. 416. *pag.* 396., & Novum Tractatum Diplomaticum duorum

obſeruandũ etſi ingenuos ab ingenuo fuerit interimptus. & omicida ad eccleſia confugerit. ipſe qui homicidiũ admiſit cũ medietate. bonorũ ſuorũ occiſi heredibus ſeruiturus addicatur. ſi uero ſeruus cuiuſ-

obſervandum (15), *ut ſi ingenuus ab ingenuo fuerit interemptus, & homicida ad Eccleſiam confugerit, ipſe, qui homicidium admiſit, cum medietate bonorum ſuorum occiſi heredibus ſerviturus addicatur,* (16) *reliqua medietas facultatis ejus homici-*

ADNOTATIONES

rum Monachorum Sancti Mauri *To.* V. *part.* IV. *pag.* 631. Verum non deſunt exempla, quae etiam III., & IV. Saeculo eumdem titulum uſurpatum ſuadeant. Graece Domnus ſequioribus ſaeculis redditus eſt Κυρ᾽, de quo egregia multa collegit Vir Etruriae ſuae decus, & in omnigena eruditione, ac doctrina verſatiſſimus Johannes Lamius in *To.* I. *Delic. Erudit.* ad Epiſtolam I. Michaelis Glycae adnotat. (3). Vide & Du Freſneium in *Gloſſario*. Conſuli etiam poterit Matthaeus Jacutius de Eccleſiaſticis Antiquitatibus optime meritus in *Bonuſae*, *& Mennae Titulo Exercitat.* I. *pag.* 22., & *ſeqq.*

(14) Poſt verba: *Domnus noſter* in Editione Sichardina, de qua nos jam praefati ſumus adnotat. (1), habetur: *Theodoricus Rex Francorum*; quod etiam cernitur apud Ritterium adnotat. (t), qui ex Sichardio id exſcripſit. Apud Caſſiodorum, ut etiam cit. adnotat. (t) monuimus, profertur hic Titulus, qui licet poſtremis his verbis *Theodoricus* &c. deſtituatur, tamen in ejus fronte dicitur, eumdem eſſe ex legibus Theoderici ſed Francorum, non Gothorum, aut Italiae Regis. In Editione Nivellina aun. 1586. additur in margine: *Al. Domnus noſter Theodoricus Rex Francorum*. Id etiam expreſſit Schultingius adnotat. (3) ad hunc Titulum. Quare haec nobis non levi argumento fuerunt, ne Legem hanc Romanam Gundebaldo Burgundiorum Regi, ut exiſtimavit Sichardius, Lindenbrogius, Cuiacius, Gothofredius, Conringius, Schultingius, Heineccius, Hoffmannius (quales, ac quanti Viri, bone Deus!) nec Theoderico Gothorum Regi, ut cenſuit Pithoeus, nec Alarico Regi Viſi-Gothorum, ut Ritterius innuit, ſed potius Theoderico Francorum Regi tribuendam putaremus, ut in Praefatione noſtra pluribus comprobare conati ſumus, ad quam proinde Lectores noſtros amandamus, ne heic actum agere videamur. Vid. etiam adnotationem noſtram (24) ad hunc Titulum, & adnotation. (9) ad Tit. XII. inferius, quibus adde adnotat. (3) ad Tit. XVII., niſi forte te pigeat.

(15) In Editis legitur: *Statuit obſervari*. In Mſs. Vatican. *Statuit conſervari*.

(16) Verba haec uſque ad *ſi vero* deſunt in Codice Ottoboniano; Verum proſtant in Vaticano, ubi etiam inſuper adeſt vox *homicidae*, quam nos heic expreſſimus, licet deſideretur in Editis.

cuiuſcũq. occiſus fuerit ab ingenuo & ipſe omicida ad eccleſiã conuolauerit ſecundũ ſerui qualitatem. infra ſcripta dño eius. precia cogatur exſoluere. hoc eſt ꝑ actore. C. ſol. ꝑ miniſteriale. LX. ſol. ꝑ ara-

micidae heredibus relinquatur. Si vero ſervus cujuſcumque occiſus fuerit ab ingenuo, & ipſe homicida ad Eccleſiam convolaverit, ſecundum ſervi qualitatem infraſcripta domino ejus pretia cogatur exſolvere; Hoc eſt pro actore (17) *C. ſolidi* (18) *pro*

ADNOTATIONES

(17) Actores erant geous ſervorum, qui urbano famulitio addicebantur, quique rei dominicae procurationem ſuſtinebant. Pignorius io *Commentario de Servis cap.* XVII. putat, Actores fuiſſe eos, quos Aelius Donatus in Terentii *Phormione* vocat Majores domus; ac etiam inſuper ibidem provocat ad hunc Titulum, quem male ad Papinianum refert, quemque neſcio, an ſui, vel Typographi vitio IV. vocat, cum Papiano tribueodus, & II. dicendus fuiſſet; Simulque eumdem pro Sanctione Regis Theoderici ipſe habet, qui pretium occiſi Actoris centum ſolidis per ipſam taxaverit. Verum Actores hi non unius generis erant; Nam aderat Actor Villicus, qui res domini curabat, & praediorum illius curam agebat, ad quem pertinent verſus Juvencii *lib.* III. *Hiſt. Ev. v.* 726. *To.* V. *Collect. Piſaur. omn. Poemat:*

Tum longinqua petit; ſed fructus tempore certo
Actores famulos mittit, queis portio ſalva
Cultorum, & certa ruris mercede daretur.

De eo vide & Du Freſneium in *Gloſſario*, & Pignorium loc. cit. *cap. ult.* Tum erat quoque Actor Caeſaris, ſive Procurator rei privatae, de quo loquitur Gutherius de *Offic. Dom. Aug. lib.* III. *cap.* 35. Non deerat inſuper Actor ſummarum, ſive Diſpenſator, qui pecuniae domini tum exigendae, tum erogandae praeerat, quem memorat Svetonius in vita *Domitiani cap.* XI., & de quo agit idem Gutherius *cit. lib. cap.* 18. Hioc etiam poſtremo Actor Eccleſiae, Regis, Fiſci, Provinciarum, & ſimilium, ut videre eſt apud Du Freſneium in *Gloſſario*. Multae etiam Actorum Inſcriptiones habentur in Theſauro Gruteriaoo, tum & in ceteris Collectaneis. Vide, ſi placet, Inſcriptionem primam inter *Vetera Monumenta ad Claſſem Ravennatem nuper erecta*, ubi SER. ACT., & ibidem Adootationem Cl. Monachorum Camaldulenſium. Conſuli etiam poterit Antonius Franciſcus Gorius de *Libert. Columbario*.

(18) Poenae delictis impoſitae ex Solidorum certa ſolutione indici ſolebant, ut Legum, Diplomatum, ceterorumque ſimilium monumentorum uberrima exempla teſtantur. Nullum uſitatius oummorum genus fuit antiquitus, quam Solidorum. Ex auro primum fuerunt, deio ex argento, eorumque uſus, & nomen ante Conſtantini Magni imperium invaleſcere coepit, ut patet ex Cod. Theod., ubi frequens ſolidorum meutio occurrit, ac ſaepe etiam de eorum pondere, &

ꝑ aratore aut porcario . XXX. ꝑ aurifice lectũ C. sol.

pro ministeriale [19] *LX. solidi*, *pro aratore* [20], *aut porcario*

ADNOTATIONES

re, & aestimatione sit sermo. Aureos tunc fuisse solidos, nullus dubito, quandoquidem solidi simpliciter tunc temporis innuebantur, cum sequioribus saeculis solidos aureos, & argenteos appellatos videamus. Quare qui solidum tunc nominabat, *aureum* usurpasse intelligebatur. Hinc in Libello *de Mensuris* antiqui Scriptoris anonymi apud Goësium inter *Rei Agrariae Scriptores* legitur: *Duodecim unciae Libram, viginti Solidos continentem efficiunt*; *sed veteres Solidum, qui nunc Aureus dicitur, nuncupabant*. Diu quidem in Italia permansit Solidorum, seu Aureorum usus, & nomen, ut ex millenis sequiorum Saeculorum monumentis eruitur. Quodnam vero aurei Solidi foret olim aestimatio, & pretium, exquirere conatus est Jacobus Gothofredius illustraturus *l. un. tit. 24. de oblat. votorum lib. 7. Cod. Theod.*, atque sub Constantino Magno octoginta quatuor solidos, sive aureos libram auri perfecisse contendit, & Solidos septem unciam auri, quod tamen inficiatus est Gronovius. Nihilominus compertum certo est, Valentinianum Seniorem voluisse septuaginta duobus solidis libram constare, minime aureorum pondere diminuto, sed eorum tantum numero in libram coercito, ac proinde extrinseca illorum aestimatione adaucta. Quot autem denarii aeri solidum aureum olim conficerent, docet Cassiodorus *lib.I. Epist. 10.*, dum ait: *Sex millia denariorum solidum esse voluerunt*, quod etiam ex Cod. Theod. confirmari potest. Quae autem fuerit aestimatio Solidorum apud Langobardos, & in Themide Carolina, & Salica, vide apud praestantissimum Muratorium in *Antiquit. Medii Aevi To. II. Dissert. XXVIII. col. 769.*, & *seqq.*, qui sane suspicatur, Solidos imaginarios fuisse, ex veris tamen denariis compositos. Consuli etiam potest *Histor. Rei Nummar. Veter.* Matthaei Hostii *lib. 1. cap. VII. §. XI. pag. 58.*, & *lib. V. cap. VI. §. 1.*, *& seqq.*, ac tandem adiri poterit Gulielmus Budaeus *de Asse*, *& partibus ejus lib. V.*, simulque Joh. Rinaldus Carlius Rubbius de Monetis, & Institutione Officinarum Monetalium Italiae *Dissert. III. cap. XV. pag. 256.*, qui cum Muratorio facit.

(19) Ministeriales sunt, qui in ministerio Principis erant, quorum mentio fit in *Cod. Theod. l. 5. de divers. offic. lib. 8. tit. 7.* Iidem quoque memorantur in *Notit. Imper. fol. 59.* *sub dispositione Castrensis Paedagogiani Ministeriales dominici*. Hujusmodi servorum genus in usu fuit etiam sequioribus Saeculis apud Langobardos, Francos, Germanos, & mediae aetatis Italicos Viros, qui tamen contra veterum Romanorum morem paucis Servis contenti ad usum familiae, quos *Servos Ministeriales* appellabant, ceteros ad arva sua excolenda dimittebant, ut advertit Muratorius in *Antiquit. Medii Aevi To. I. Dissert. XIV. col. 768.* Exstat etiam in Capitularibus Caroli Magni *cap. I.*, & *II.*, & *III.* de *Ministerialibus Palatinis*, a quibus homines ignotos, & meretrices latitantes vult investigari. In ejusdem etiam Diplomate ann. 876. apud Mabillonium *de Re Diplomatica pag. 197. n. 16.* habetur: *Venerabilis Abbas Hilduinus*, *fidelissimus noster*, *atque Ministerialis noster Librarius*. Quare apparet, sequioribus saeculis Ministeriales etiam nobiles fuisse, qui inter Palatinos adnumerabantur, atque aderant Regibus, quique proinde liberi erant, ut etiam ex Ca-

ſot. ꝑ fabro ferrario ſot. L. ꝑ carpentario. XL. infe-

rio [21] *XXX.*, *pro aurifice* [22] *electo C. ſolidi*, *pro fabro ferrario ſolidi L.*, *pro carpentario* [23] *XL. inferantur*

ADNOTATIONES

ex Capitularibus Regum Francorum, docet Heumannius *de Re Diplomatica To. I. cap. II. §. LVII. n.* 1. Hinc & Romani, & Patrii Juris Conſultiſſimos Henricus Chriſtianus Senckenbergios in Opuſculo *de Ordinibus exercitus Germanici* §. *XVIII. pag.* 12. *Giſſae* 1742. ait, varias eſſe variorum de Miniſterialibus concertationes, quae facile expediuntur, ſi quis animadvertat, eoſdem ooo unius generis eſſe, ſed unumquemque a dignitate ejus, cui ſervit, & a miniſterio, cui adhibetur, cuique pro cooditione ſua adhiberi poteſt, eſſe metiendum. Hinc laudatus Seockenbergius Miniſteriales iu Militia agnoſcit, qui a ceteris, quos nos hactenus expoſuimus, diverſi erant. Vide, ſi placet, Eſtorium *de Miniſteriale*, Koppium *de Inſigni differentia pag.* 42., ac tandem Benedictum Schmidtium *Princip. Jur. German. lib. I. Tit. IV.* §. *IV.*

(20) Cum eſſent varia pecudum Stabula, Bubilia nempe, Ovilia, Caprilia, Equilia; hinc Bubilia inſtruebantur homine Aratore, ſive Jugario, de quo Columella *lib.* 1. *cap.* 6. Imp. Conſtantinus vetuit, Aratorem pignorum cauſſa de poſſeſſionibus abſtrahi, ne tributorum illatio retardaretur, ut conſtat ex *l.* 1. *Cod. Theod. de pignor.* Vid. Pignorium *de Servis cap. ult.*

(21) Porcarius, ſive Subolcus paſcebat ſues adultos, ut teſtatur Varro *lib. II. cap.* 4., ſicut Porculator obſervabat lactentes, ut docet nos Columella *lib. VII. cap.* 9. Hinc Porculatio nutricatus eſt ex Varronis ſententia. Vide Pignorium *de Servis* loc. cit., qui provocat ad hunc Titulum, & ad *Tit. VIII.* Legis Salicae.

(22) Aorifex, ſi aodiamus Gotteſredum Weodelioium ad *Tit. II.* §. *6.* io Pacto Legis Salicae, non eſt Aurifaber, ſed Carpentarius, quod io ea ſcribatur *Aurificem, ſeu Carpentarium*, ita ut vocabula haec ſynonyma ſiut. Verum non inſolens eſt, particulam *ſive* pro coojonctioue *&* uſurpari. Sic etiam *eod. tit.* edit. Pithoean. §. 5. habetur: *Aut fabrum, ſive vinitorem, aut carpentarium, ſive venatorem*: Num ergo Faber idem erit, ac Vinitor; & Carpentarius a Venatore non differet? Aurifex ergo is erat, qui artem exercebat in auro, ut etiam monet Du Freſneius in *Gloſſario*.

(23) Quis ignorat, Fabrum ferrarium artem exercuiſſe in ferro? Quare ſatius erit ad Carpentarium deſcendere. Vidimus ſuperius Carpentarium nihil commune habere cum Aurifice; quandoquidem Carpentarius eſt Artifex, qui facit carpenta. Iſidorus *lib.* 19.: *Carpentarius ſpeciale nomen eſt, carpentum enim ſolum facit*. Verum noo deſunt, qui putent, Carpentarium ſtricta ſignificatioue non eſſe accipiendum pro ſolo carpentorum confectore, cum carpeota omnia vehicula vocari conſueviſſent; Nam apud Vegetium Carpentarii ſunt, qui vehicula militaria portaodis militum vaſis, aut etiam aegrotis militibus veheodis conficiebant. Hinc Lampridius in *Alexandr. Sever. cap.* 47: *Aegrotantes ipſe viſitavit per tentoria milites, etiam ultimos, & carpentis vexit*. Quinimmo Carpeotarius rhedarius aderat, qui carpenta rhedarum, & Carpentarius vehicularius, qui carpenta vehiculorum conſtruebat, ut notat Salmaſius in Lampridium loc. cit. *cap.* 52.

Qua-

inferan*tur hoc ex* p̄cepto domni regis . conuenit obſeruari .

tur [24] . *Hoc ex praecepto* [25] *Domni Regis convenit obſervari* .

ADNOTATIONES

Quare conſtat, dein Carpentarios dictos eſſe artifices omnes lignarios, & tignarios fabros, ut notat etiam Uguttio, dum ait : *Omnis faber lignarius Carpentarius dicitur* . Pancirolius in *Notit. Dign. Imp. Orient. Cap. VI.*, & Bergierius de *Viis militar. Lib. IV. ſect.* 10. §. 8. *To. X. Graev. Antiq. Roman.* putant, Carpentarium dictum eſſe generatim a Romanis, qui agebat vehicula, ab antiquiſſimo vehiculi genere petito nomine. Verum contra ſentit Henricus Chriſtianus Henninius in *Notis ad Bergierium*, qui Carpentarium non eſſe, niſi vehiculorum artificem, contendit. Carpentarios habes apud Reineſium in *Syntagmate Inſcript. Claſs. IX. n.* 101., *& Claſs. XI. n.* 103. Carpentarius habetur etiam *Paralipom. cap. IX. verſ.* 15., ut fert Vulgata noſtra; Verum Hebraicus textus habet חרש *Charas*, quod nomen quemcumque Fabrum, & Artificem denotat. Hinc *Deuteronom. Cap. XXVII. verſ.* 15. חרש ברזל *Charas Barzel Faber ferri*; Tum *Jeſ. cap. XLIV. verſ.* 12. חרש עצים *Charas Ghitſim Faber lignorum* . Vide Carpentarium in Lege Bajuvariorum *Tit. X.* §. *6.*, tum *Carpentarius Servus* habetur quoque in Lege Salica *Tit. XI.* §. 5. Conſule etiam Du Freſneium in *Gloſſario*.

(24) Verba haec in Editis non eodem ordine proſtant, cum in iis legatur: *Pro actore C. ſol: pro miniſteriali LX: pro aurifice electo C: pro fabro ferrario L: pro carpentario XL: pro aratore, aut porcario, aut virvicario, aut aliis ſervis* XXX. Ordinem quidem Editorum ſervaſſem, ſi in iiſdem numerorum ſeriem ſequutam animadvertiſſem; Verumtamen cum & in Editis, & in Cod. Ottob. conſpicerem numerorum rationem fuiſſe neglectam, malui Codicis Ottobon. potius fidem ſequi, praeſertim cum eidem conſonum etiam Vaticanum haberem; ut proinde etiam in utroque laudato Codice deſint illa: *aut virvicario, aut aliis ſervis.* Virvicarius, quoniam de eo heic mentio incidit, adnumerabatur inter mancipia, quae verveces curabant, de quibus loquitur Pignorius *de Servis cap. ult.*, ubi & hoc Papiani Reſponſum memorat. Conſule de his quoque Servorum interemptorum pretiis Legem Burgundiorum *Tit. X.*, & *Tit. L. cap.* 2., ubi tamen quaedam occurrunt diſcrimina, ut in Praefatione advertimus, quae proinde indicio ſint, Gundebaldum hujus noſtrae Legis Auctorem nequaquam exſtitiſſe.

(25) In Editis legitur: *ex praeſcripto*. Codex Vatican. ab Ottoboniano non differt.

De libertatibus. Tit. III.

Libertatis feruorũ ꝓpriorũ qui ciues romani efficiuntur . eas esse seruandas . que aut *testamento* legitimo . aut tabolis in ecclesia recitatis. secun-

IDEM TITULUS

LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

De Libertatibus.
Titulus III.

Libertates servorum propriorum, qui Cives Romani efficiuntur, eas esse servandas [1], *quae aut* [2] *testamento legitimo* [3], *aut tabulis in Ecclesia recitatis* [4], *secundum mandatum*

ADNOTATIONES

(1) Loco praefatorum verborum in omnibus Editionibus legitur: *Manumissione servi Cives Romani efficiuntur*. In Mss. Vatic. mendose legitur, verum quod Ottob. Codici multum cohaereat: *Libertates. servorum propriorum ferre cives romani efficiuntur eas. esse servandas &c.*

(2) In Mss. Vaticano: *aut in testamento legitimo*.

(3) Manumissiones Servorum multis modis fiebant antiquitus, qui noti sunt lippis, atque tonsoribus, quosque videre est praecipue apud Heneccium *Antiquit. Rom. Lib. I. Tit. IV.*, *& V.*, & apud Wilhelmum Loonium in *Eleutheria, sive de Manumissione servorum apud Romanos*. Nos heic duas dumtaxat manumissionis rationes attingemus, quas Titulus hic noster praefesert. Primo occurrit manumissio *per testamentum*, quae ex legibus XII. Tabularum originem repetit. Hinc Ulpianus *Tit. I. §. 9. Ut testamento manumissi liberi sint, lex duodecim Tabularum facit, quae confirmat, quod datum legatum est*. Verba legis sunt in lege prima Tabulae V: VTI. QVISQUE . LEGASSIT . SVAE . REI . ITA . IVS . ESTO . Aliter haec verba, & sane pleniori sensu exhibet Cicero, vel quicumque alius sit Auctor libri ad Herennium, ubi *lib. I.* scribit: *Lex inquit, pater familias uti super familia, pecuniave sua legassit, ita jus esto*. Sane quidem per *familiam* Servi intelliguntur; quam vocem etsi absfuisse dicamus, certum nihilominus est, legem hanc ad libertates afferendas pertinuisse, quod patet ex Pomponio *l. 120. ff. de V. S. Latissima potestas tributa videtur & heredes instituendi, & legata, & libertates dandi, tutelas quoque constituendi. Sed interpretatione coangustatum est, vel legum auctoritate, vel jura constituentium.* Libertas per testamentum dabatur vel verbis directis, ut si quis diceret: *Davus servus meus liber esto*; atque liberti ejusmodi vocabantur *Orcini*, seu *Charonitae*, quasi qui nullum Patronum, nisi in Orco, vel apud Charontem

ſecundũ mandatõ manomiſſoris ſubſcriptis a ſacerdoti-

datum manumiſſoris ſubſcriptis , a Sacerdotibus , ideſt , aut

ADNOTATIONES

rontem haberent , de quo vide Cujacium *Obſerv. lib. III. cap.* 23. , vel verbis precativis, ut ſi teſtator diceret: *Rogo heredem meum, ut Davum manumittat*, tuncque heres fiduciarius jurapatronatus retinebat. Vid. *l.* 4., *&* 7. *ff. de Manumiſſ. teſtam.* Hinc in Teſtamento Galli Favonii Jucundi, quod in Agro Luſitaniae inventum dicitur, & a Bartholomaeo Marliano in *Deſcriptione Urbis* editum , poſtea a Georgio Fabricio emendatius prolatum eſt, ita legitur: VOLO . QVOQVE . VERNAS . QVI . DOMI . MEAE . SVNT . OMNES . A . PRAETORE . VRBANO . LIBEROS . CVM . MATRIBVS . DIMITTI &c., quae ſane manumiſſio facta eſt verbis , ut antea dictum eſt, directis. Habes manumiſſionem precativis verbis, ſeu fideicommiſſariis expreſſam in Teſtamento Sancti Remigii Epiſcopi Civitatis Remorum, quod factum eſt jure Praetorio, quodque praeter ceteros edidit praecipue Barnabas Briſſonius *Lib. VII. de Formulis*: *Commendo Sanctitati tuae (Fili Fratris mei Lupe Epiſcope) ex praefatis villis , quos libertos eſſe percupio , Cattuſionem , & Aulietenam conjugem ſuam* . Innumera hujuſmodi manumiſſionum per teſtamentum exempla habes in ſexcentis monumentis , & praeſertim in *To.* III. Novi Tractatus Diplomatici Monachorum Sancti Mauri ad calcem, ubi inſigniaRavennatenſis Eccleſiae monumenta Saec. V., & VI. recenſentur, ac praeſertim *pag.* 708., ubi in Teſtamento Aureliani Epiſcopi Ravennatis *n. IV.* ſic legitur: *Quos, quas liberos, liberas eſſe juſſero, ac voluero, liberi, liberaeque ſint*, & *pag.* 709. in Teſtamento Georgii holoſiricopratae Raveonatis *n. V*: *Quoſcumque autem liberos eſſe juſſero, vel voluero, hii liberi ſint toti, ſiantque*.

(4) Altera manumittendi ratio ea eſt, quae in Eccleſia fiebat. Ritus hic poſterioribus Saeculis omninm vulgatiſſimus praecipue fuit, qui peragebatur in Sacris Templis coram Epiſcopo , aut coram Sacerdotibus , & Populo tum ad majorem rei validitatem, & robur, tum etiam ad pleniorem, uberioremque Chriſtianae Caritatis bonorem, & decus. Haec manumiſſionis forma invaleſcere coepit, oppreſſa Republica, & comitiis e Campo translatis , poſtquam ſcilicet manumitteodi per cenſum mos exolevit, ut pluribus ſane evincit Wilhelmus Loonius in *Eleutheria, ſive de Manumiſſione Servorum cap. V.* Ritum huoc ſane a Conſtantini M. temporibus invectum ſuadent binae leges *Cod. Juſt. Tit. de his, qui in Eccleſ. manumit.*, quas etiam legimus in *Theod. Tit. de Manumiſſ. in Eccleſ.* ; licet Jacobus Gothofredius ritum hujuſmodi ex Ethnicis ad Chriſtianos derivaſſe adnotaverit, quum & illi in Templis, aut in Comitiis Populi, ut ſuperius innuimus, Servos ſuos in libertatem aſſererent. Quicumque Chriſtianus , qui huic conſuetudini adhaerebat, fere ſemper ſervos dimittere *pro remedio* , ſive *pro mercede animae ſuae* profitebatur. Ducebatur autem Servus joxta, ſeu, ut dici ſolemne erat, *circa Altare*, aut *ante Sacri Altaris cornu*, cum cereo accenſo , quem ipſe manu geſtabat, ut duae manumiſſionis chartae a Muratorio editae in *Antiquit. Medii Aevi To. I. Diſſert. XV. col.* 854., *&* 859. luculentiſſime evincunt; Tuncque Domious diſertis verbis eum a ſervitutis

dotibus. ideſt aut epiſcopo cũ prb̃s. aut prb̃o cũ diaco-

aut Epiſcopo cum Presbyteris, aut Presbytero cum Diaconibus

ADNOTATIONES

jugo ſolutum pronunciabat; ac tandem frangebantur tabulae ſcriptae, quo tempore Servus vel emptus fuerat, vel in ſervitutem ſe dederat, ac novae exarabantur, quae largitam libertatem aſſererent, quaſque & teſtes ſubſcriptione firmare conſueverant, ut diſcimus ex illo totius doctrinae, & eruditionis Oraculo Divo Aurelio Auguſtino *Sermon. XXI.* edit. Benedictinae Sancti Mauri, unde etiam arguimus, eumdem manumiſſionis ritum in Africa viguiſſe, cum ibidem legatur: *Servum tuum manumittendum manu ducis in Eccleſiam. Fit ſilentium. Libellus tuus recitatur, aut fit deſiderii tui proſecutio.* Id etiam eruitur ex altero ejuſdem Doctoris Sermone *de vom. vit. Cleric.*, qui agens de Diacono quodam Hipponenſi, qui antequam eſſet Clericus, emerat aliquot ſervulos, ſic ait: *Hodie illos in conſpectu veſtro manumiſſurus eſt Epiſcopalibus geſtis*. Hunc manumiſſionis ritum memorat etiam Sozomenus *Hiſtor. Eccleſ. lib. I. cap. 9.*, Interpres *Hiſtor. Tripart. lib. I. cap. 9.*, & Nicephorus *Hiſtor. Eccleſ. lib. VII. cap. 16.*; Ejus etiam mentio exſtat in Capitulis Caroli, & Ludovici Impp. *lib. I. cap. 88.* Quoniam vero laudatus Loonius loc. cit. dicit, ſe formulam hujuſmodi manumiſſionis fuiſſe editurum, ſi ipſi ad manus eſſent Libri, ex quibus illam excerperet, propterea nunc nos aliquam proferemus, ut ipſius vices ſupplere quoquo modo videamur. Quare *lib. V.* Epiſtolarum Sancti Gregorii Magni *Epiſt. 12.* habetur haec formula manumiſſionis: *Cumulo libertatis largito ab omni ſervili fortuna, & conditione liberum eſſe cenſet, Civem Romanum, ſolutum ab omni ſubjectionis noxa decernit, nec aliud cunctis debere declarat, niſi ſolam ſalutationem, profecto abſolutus ab omni ſervili jugo, ritu poſſit degere.* Finis vero ita ſe habet, ut videre etiam eſt in *Libro Diurno Romanorum Pontif.* ex Joh. Garnerio *cap. VI. Tit. XXI. pag.* 116: *Hanc autem manumiſſionis paginam Paterio Notario ſcribendam dictavimus, & propria manu cum tribus Presbyteris prioribus, & tribus Diaconis pro pleniſſima firmitate ſubſcripſimus, vobis tradidimus. Actum Romae &c.* Tum in Appendice Formularum Malculfi *formul. 56.*, quae inſcribitur *Geſta manumiſſionis*, ita legitur: *Qui Servum pro remedio animae, ſeu pro pretio ſecundum legem Romanam liberare voluerit, ut in Eccleſia coram Presbyteris, Diaconibus, ſeu cuncto Clero, & plebe in manum Epiſcopi ſervum cum tabulis tradat, & Epiſcopus Archidiacono jubeat, ut ei tabulas ſecundum legem Romanam, qua Eccleſia vivit, ſcribere faciat, & tam ipſe, quam omnis procreatio ejus liberi permaneant, & ſub tuitione Eccleſiae conſiſtant.* Dein alteram formulam legere eſt apud Baluttium *Capitular. To. II. col.* 440: *Igitur ego ille minimus Servorum Dei famulus Eccleſiae Senonicae Archiepiſcopus tanta Sereniſſimi Hludowici Auguſti auctoritate, quae Senonis in arcibo* (archivio) *Eccleſiae Epiſcopii ſervatur, fultus per hunc libellum manumiſſionis te fratrem noſtrum, quem ſervilis conditio hactenus addictum tenuit inter hujus Eccleſiae familiam, quia fratrum teſtimonio, inter quos enutritus es, dignus ad ſacerdotalem honorem ſuſcipiendum praedicaris, cenſeo te, atque ſtatuo ante ſacri Altaris cornu in conſpectu Sacerdotum, & Cleri, & Populi adſtan-

diaconibus. ſubſcribentibus. firmetatis robor acci-
piat

bus[5] *ſubſcribentibus*, *firmitatis robur acccipiat*, *ſecundum le-
gem*

ADNOTATIONES

adſtantis a praeſenti die, *& deinceps ab omni jugo ſervitutis humanae abſolutum fore*, *Civemque Romanum appellari*. Tandem aliae hujus generis formulae videri poſſunt apud Muratorium in *Antiquit. Medii Aevi* loc. cit. Pulcherrimam etiam hujuſmodi manumiſſionis Chartam exhibent Goldaſtius *To. II. Rer. Aleman. pag. 27.*, & Heumannius *de Re Diplomat. To. II. cap. I. §. XXX. n.2.*, a qua deſcribenda brevitatis cauſſa manum temperamus. Vide etiam Novum Tractatum Diplomaticum Monachorum Sancti Mauri *To. V. Part. V.* ad Saecul. VI. *pag. 392.*, ubi plures Manumiſſionis epiſtolas cum ſubſcriptione Epiſcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum conſulere licet. In *Bibliotheca Juris Selectiſſima* Struvii cum notis Henrici Contelmannii monentur Juvenes, ut recte ſecernant, quae Cajo addita ſunt ab Aniano, & a Viſo-gothis, quaeque adnotarunt Contius *Diſput. cap.* XII., & Gothofredius *Prolegom. in Cod. Theod. cap.* V. In maximos enim errores incidere proclive eſt, ut Ezechieli Spanhemio contigiſſe ſcimus, qui manumiſſionem in Eccleſia Cajo attribuit, quum tamen hic floruerit ſub Hadriano, ut docet Marcilius ad §. *6. Inſtit.*, Aegidius Menagius *Amoenitat. Jur. Civ. cap. ult.*, & Joh. Vande-Watterius *lib.* IX. *Obſerv. Jur. 16.* Ceterum praeſtat de hac re quoque conſulere Schultingium erudite differentem ad Ipſas Caii *Inſtitut. lib.* I. *To.* I. adnotat. (17), & Aleandrum *ibidem* adnotat. ſeqq. Poſtremo nequaquam nunc omittendum duxi, quod ait Vir Cl. Joh. Joſephus Lirutius in Diſſertat. *de Servis Medii Aevi*, quae legitur in *Symbol. Litterar.* Romae *Decad.* II. *Vol.* IV. *pag. 215.*, ubi contendit, donationem Servorum, quae fiebat Eccleſiae, hoc eſt Deo, fuiſſe uſitatiorem modum, & formulam Forojulienſium propriam manumittendi ſervos, ut quaelibet proinde oblatio, ſive donatio, quae in Provincia Eccleſiae Aquilejenſis peragebatur, fuerit revera manumiſſio, atque hac ipſa donatione Servi in libertatem aſſererentur. Verum id moris etiam commune fuiſſe videtur Monaſterio Romaricenſi Sancti Petri in Galliis, non autem ſolius Forojulienſis Eccleſiae peculiarem ritum, quandoquidem in Mſs. Cod. antiquiſſimo anecdoto Saeculi IX., quondam Coenobii Eremitarum Amiternenſis Civitatis, nunc Bibliothecae Angelicae eorumdem Eremitarum in Urbe, in quo exaratum eſt Necrologium Benefactorum praefati Monaſterii, & interim multis infarctum eſt Servorum donationibus, quae erga Monaſterium ipſum conficiebantur (quemadmodum etiam in Praefatione monuimus) legere eſt *pag. 19.*, quae ſequuntur, quaeque benigna conceſſione Viri Cl., atque amiciſſimi Auguſtini Antonii Georgii Ordinis ſui Procuratoris Generalis, & eidem Bibliothecae Praefecti longe doctiſſimi (de quo quam praeclare ſentiamus, jam alibi habes) inter ampliſſimam hujuſmodi rerum ſegetem excerpere nobis licuit: *Benaius vendit rahero unum ſervum nomine algerum eo pacto ut poſt ejus obitum pro remedio animę ſuę ſco petro libertate conceſſa daretur. quam ſciardus uillicus proſequens ſupra ſci petri predictum hominem poſuit ad perſolvendum cenſum II. denar.* In ceteris vero Servorum donationibus libertas non innuitur, ſic enim e. g. *pag.13.* a tergo; *Anſcericus habuit unam ancil-*

piat secundū legem theudosiani a constantino princi-pū. latā que est sub titulo de manomissoribus. in ecclesia ad osiū epm data. De libertatis principes liberti romani. nacionis a principe manomissi hac ratio-

gem Theodosiani a Constantino Principe latam, quae est sub titulo de manumissoribus in Ecclesia, ad Osium Episcopum datam [6]. *De Libertis Principis. Liberti Romani natione a Principe manumissi hac ratione de bonis suis testentur*

ADNOTATIONES

ancillam nomine rochildem & concubuit cum ea & ex illa habuit filium nomine hardincum. quem cum alodo quod vocatur darnuodra concessit sco petro. ad persolvendum censum II. pensas cerę. festo scilicet sci martini. quicumque ergo auferre voluerit sit anathema cum sociis zabuli; Et *pag.* 27. a tergo: *Gibi* (forte *Gibertus*) *de molendino canonicus regularis calmosiacensis pro animabus suorum parentum dedit sco petro duos homines patrem & filium. ævcium. & engelum qui retraxerit anathema sit*. Reliquis parcere duxi, licet ea ob alias etiam caussas nec inutilia, nec injucunda futura confiderem. Ceterum etiam antiquitus in Numinum potestate censebantur Servi, & Liberti, ut luculentissime ostendit Marchio Scipio Maffeius in ejus *Arte Critica Lapidaria lib.* III. *cap.* IV. *col.* 375., ut proinde haec etiam Servorum proprietas, quae Sanctis Ecclesiarum patronis a Christianis Viris deinceps largita est, quid simile saltem protendere videatur.

(5) *Diaco* pro *Diaconus* passim occurrit apud Scriptores sequioris aevi. Hine Sanctus Cyprianus scribens ad Clerum Romanum ita habet: *Cyprianus Presbyteris, & Diaconibus Romae consistentibus Fratribus salutem*. Vide Du Fresneium in *Glossario*. Quod Diaconorum subscriptio pro validitate Manumissionum in Ecclesia adhiberetur, patet ex Charta illa pulcherrima, quam in superiori adnotatione ex Goldastio, & Heumannio indicavimus, quaeque ita subnotatur: *Ego itaque Vuato Diaconus rogatus scripsi, & subscripsi*. In hac ipsa autem Charta praecedunt sex etiam Sacerdotum nomina, qui *manus suas* in eamdem *miserunt*, ut ibidem legitur.

(6) Lex, quae heic innuitur, non exstat, cum nunc unica tantum habeatur sub *tit.* 7. *lib.* 4. *Cod. Theod. de Manumissionibus in Ecclesia*, quae quamquam a Constantino Osio Episcopo inscribatur, cum ea tamen agat de jure Civitatis Romanae, nihil commune habet cum nostro Titulo. Osius hic est ille Cordubensis Episcopus, de quo vide Gothofredium ad hanc legem, tum *Prosopographiam Cod. Theod.*, & Sulpicium Severum *Sacr. Histor. lib.* II. *cap.* 40. Hic fuit etiam Constantino valde familiaris, & interfuit Concilio Nicaeno, ut legere est apud Franciscum Balduinium *de Legibus Constantini M. lib.* I. *pag.* 602. inter *Jurisprud. Roman. Attic. To. I.*, editore Heineccio.

ratione de bonis ſuis. teſtentur. ut fiſco debeta medietas reſeruetur. cuius hereditatem nepotes. ex filio. ſuccere non iubentur ſecundū gregoriani legis. a goriano principe ad trophimū libertū & calpurniū militē latas.

tur (7), *ut fiſco debita medietas reſervetur* (8), *in cujus hereditatem nepotes ex filia ſuccedere non jubentur ſecundum Gregoriani legem a Gordiano Principe ad Trophimum Libertum, & Calpurnium Militem latas* (9).

ADNOTATIONES

(7) In Editis ita legitur: *Libertus Principis Romana Civitate donatus a Principe, & manumiſſus de bonis ſuis hac ratione teſtetur*. Cod. Vatic. ita habet: *Libertis Principes libertatis Romani nationis a Principe & manumiſſi &c.* Verum, quam mendoſe, nemo eſt, qui non videat. Nos vero fidem Mſs. Ottobon. amplexantes ceteras lectiones reſpuimus, & interim ejuſdem Codicis lectionem, quippe quae alicubi labaſceret, ſanare curavimus. Emendavimus prae ceteris illa *Romani natione*, cum ſcilicet in veterum Inſcriptionibus, praecipue Militum, ſaepe occurrat: N. DALM., NA. PANN., N. VER., ideſt: *Natione Dalmata*, *Natione Pannonicus*, *Natione Veronenſis*, licet etiam legi poſſit *Natione Dalmatia*, *Pannonia*, *Verona*, quod reſpondet alteri formulae DOMO, ideſt Civitate, quo nihil in antiquis marmoribus frequentius. Neque lectionem noſtram quis dicat adverſari *Inſtitution.* Caii *Lib.* I. *tit.* 2., §. 4., ubi traditur, Latinum, ac dedititium non poſſe teſtari, quandoquidem ſtatim ac quis Libertus Romanus natione aſſeritur, & a Principe manumittitur, quemadmodum per lectionem noſtram Titulus hic innuit, a libera teſtandi facultate prohiberi non poteſt.

(8) Schultingius in *Cod. Gregoriano lib.* VI. *tit. de Bonis Libertorum* heic adnotat, idem ex lege Papia olim fuiſſe juris in libertis ditioribus, ut in §. 2. *Inſtit. de Succeſs. Libertor.*, Verum laudato loco non medietatem Fiſco, aut Patrono deberi dicitur ex bonis libertorum, qui locupletiores decederent, ſcilicet qui ſeſtertiorum centum millium patrimonium relinquerent, verum dumtaxat aſſeritur, per Legem Papiam cautum fuiſſe, ut Patrono viriles pars dumtaxat deferretur ex memoratis bonis, ſi libertus pauciores, quam tres liberos haberet; repelleretur vero Patronus, ſi tres haberet; ac tandem dimidia pars ad eum ſpectaret, ſi unum filium, filiamve heredem libertus ſolummodo relinqueret.

(9) Lex haec, cujus Summae ex Papiano Schultingius locum fecit in *Cod. Gregoriano lib.* VI. *tit. de Bonis Libertorum*, hodie non exſtat. In Editis nulla mentio occurrit Trophimi Liberti, quem tamen laudat Codex Vatic., licet cum depravato nomine *Trovemum* appellet, ſicut Calpurnium in *Calporiſium* invertit.

De ſul-

De ſullicitacionibus & furtis. TIT. IIII.

SI quis in plagiis celere. *fuerit de*ꝑhenſus. adq. conuictus. ut aut ingenu*um aut ſer*uũ. ſullicitare ꝑſumat. aut uin*dere ca*pite. puniatur. ſecundum lege theudo*ſiani li*bro. VIIII. dato ſub titulo. ad lege *fabiam* ad domiciũ celsũ uicariũ. africe. quod ſi in *eccle*ſia reus. ipſe confugerit quid domino aut parentibus. ꝓ facti ipſius. crimine ſatis fieri

IDEM TITULUS

LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

De Sollicitationibus, & Furtis.

Titulus IIII.

SI quis in plagii [1] *ſcelere fuerit deprehenſus, atque convictus, ut aut ingenuum, aut ſervum ſollicitare praeſumat* [2], *aut vendere, capite puniatur, ſecundum legem Theodoſiani libro VIIII. datam ſub titulo ad Legem Fabiam ad Domitium Celſum Vicarium Africae* [3]. *Quod ſi ad Eccleſiam reus confugerit, quia domino, aut parentibus* [4] *pro facti*

ADNOTATIONES

(1) De Plagio vide fuſe differentem Janum Vincentium Gravinam, *Origin. Juris Civ. lib.* III., qui eſt *de Legib., & S.C. cap.*CVII. *De Lege Fabia de Plagiariis*; & Heineccium *Antiquit. Roman. lib.*IV. *tit.* 18. §. *76.*, & alios. Nos heic interim in compendium monemus, hujus legis poenam ſubiiſſe, qui vel liberum hominem, vel libertum, aut etiam ſervum alienum dolo, & fraude ſupprimeret, venderet, celaret, vel qui ſervum etiam ad fugam hortaretur, vel qui libero homine, quaſi ſervo uteretur. Sed haec expoſitione non indigent.

(2) In Editis legitur *praeſumpſerit*. Verum Ottob. Codici reſpondet etiam Vatic.

(3) Verborum ordo non idem in Editis, ac in utroque Codice noſtro; quorum unus cohaeret alteri ea ratione, quam nos expreſſimus. Lex, quae a Papiano hoc loco laudatur, eſt *unic. Cod. Theod. lib.* IX. *tit.* 18. *ad leg. Fab. de plagiar.* Verum cum in ea agatur de illis tantum, qui viventium liberorum orbitatem parentibus inferunt, ut heic advertit etiam Schultingius, merito Gothofredius Papianum redarguit, quod huic Legi ea tribuerit, quae in ea non conti-

fieri debeat . principes est expectanda . sentencia . De furtis eciã obiectis . & ꝓbatis hec furma . seruabitur . ut ingenuus furto ablato quadrupla solucioñ. dissoluat seruus uero ꝓ furti . crimine aut a dño . ad uindicta . tradatur . aut res ꝓdite ei . qui dãnũ ꝓtulit . cũ uindicta a serui dño refurmuntur secundum sentenciã pauli . sub titul de furtis emissa . Quod si cauallũ aut duus boues . uel duas . equas

cti ipsius crimine [5] *satisfieri debeat , Principis est exspectanda sententia . De furtis etiam objectis , & probatis haec forma servabitur , ut ingenuus furto ablata* [6] *quadupli solutione dissolvat ; Servus vero pro furti crimine aut a domino ad vindictam tradatur , aut res perditae* [7] *ei , qui damnum pertulit , cum vindicta a servi domino reformentur , secundum Sententiam Paulli sub Titulo de Furtis emissa* [8] *. Quod si Caballum* [9] *, aut duos boves* [10] *, vel duas equas furto ingenuus ,*

ADNOTATIONES

continentur . De Domitio Celso consule *Prosopographiam Cod. Theod.*

(4) Codex Vatic. non differt ab Editis , in quibus legitur *parenti* .

(5) Uterque Codex differt ab Editis , quae habent *pro facto ipsius criminis* ; Cui quidem lectioni nostram praeferendam putavimus . Vaticanus quidem cohaeret Editis in voce *satisfacere* , pro qua in Ottobon. legitur *satisfieri* . Sed utraque lectio recte substinetur .

(6) In Editis: *furtum oblata quadrupli solutione dissolvat* . In Mss. Vatic. *furtum ablata &c.* , quod aliquo pacto ad Ottob. Codicis lectionem accedit .

(7) In Editis *res traditae* ; Sed magis arridet lectio utriusque Codicis , quam nos expressimus .

(8) Sententia haec Paulli habetur *lib. II. tit. 31. de Furtis* §. 7. Vindicta heic accipitur pro noxa , quam scilicet Paullus loc. cit. usurpat , & cujus actione tenentur Domini ex facto Servorum , ut *in tit. de nox. act.* luculentius proditur . Uterque Codex habet *emissa* , quod abest ab Editis .

(9) Veteres de equo viliori vocem hanc usurpabant ; Verum deinde de quolibet equo adhiberi consuevit . Vid. Du Fresneium *in Glossario* . Vox haec etiam a Lucilio *lib. I.* usurpata est , dum ait :

Succusatoris tetri , tardique caballi .

Varro etiam in *Parmenione* : *Alius caballum arbori ramo in humili alligatum reliquit* . Idem in *Sesquiulysse* : *In castris permansi , inde caballum reduxi ad censorem* . Vid. Nonium Marcellum .

V

equas. furtu ingenuus aut seruus abstulerit. morte damnetur.

nuus, *aut servus abstulerit*, *morte damnetur* (11).

ADNOTATIONES

(10) Heic Papianus a Plagio gradum facit ad Abigeatum, quo crimine tenebantur, qui certum numerum pecorum abducerent. Verum de hoc numero non eadem fuit omnium sententia, ut monet Schultingius ad *lib.V. Sententiar. Paulli tit.* 18. *de Abactoribus* §. 1. (quo sane heic ipse Papianus tacite respexit) ac proinde a Cuiacio, & Rittershusio dissentit, qui *duos boves* perperam invectos in cit. Paulli Sententiam existimarunt, cum ex *l. ult. ff. de Abig.* unus bos abactus crimen abigeatus inducat; Obstant enim vetera monumenta, quominus, licet Pandectarum fide refragante, locus hic Paulli corruptus censeri debeat, cum *duos boves* legere quoque contingat in *Collatione Legum Mosaicarum*, *& Romanarum tit. XI.* §. 3., in *Edicto* Theoderici Regis *cap.* 57., ac tandem in hoc Papiani Responso; quod sane suadet, Paullum in diversa sententia fuisse ab iis, qui unum bovem dumtaxat aliquem abigeum facere, judicarunt; Siquidem incredibile videtur, mendum in loca haec omnia irrepere potuisse, ut singula eo ipso corrumpi potuerint.

(11) Heic sine ullo discrimine Papianus capitis poenam in Abactores indicit, cum Paullus loc. cit. §. 2. solos atroces Abactores ad gladium plerumque dari insinuet. Ceterum sunt, qui arguant Papianum, quod gladii poenam ad mortis supplicium traduxerit, cum Auctor *Collationis Legum Mosaicarum*, *& Romanarum tit. XI.* §. 7. gladii poenam pro ludi gladiatorii condemnatione accipiendam protendat, cui adhaeret Schultingius. Verum Tribonianus ad *l. 1. ff. de Abig.* videtur intellexisse ipsam gladii poenam stricte sumptam, quandoquidem gladiatorum spectacula jam tum sublata fuerant a Constantino M., ut exponit Lipsius in *Saturnal. lib. I. cap.* 12., & ut evincit ipsa lex religiosissimi Imperatoris, quae in ipsum Justinianeum Codicem inserta est *lib. XI. tit.* 43. *Cruenta spectacula in otio civili, & domestica quiete non placent: Quapropter omnino gladiatores esse prohibemus.* Etiam Petrus Faber in *Semestr. lib. II. cap.* 11. ludi gladiatorii damnationem excludit, & gladium proprie dictum pro ipsa mortis poena sumendum contendit post Constantini M. tempora ob legem, quam supra retulimus, licet tamen non dubitet, quin antea pro ludo gladiatorio sumptum fuerit; cum ex Ulpiano *l. 1. ff. de Abig.* eruatur, poenam metalli graviorem esse poena gladii, quod non substineretur, si pro ultimo supplicio, quo nil truculentius, gladius esset intelligendus. Quare sicuti quamplurium poenarum desuetudo alias quodammodo similes pro fontium animadversione invexit, ita etiam ex quadam poenae commutatione factum est, ut antiquata jam ipsa ad ludum gladiatorium damnatio in capitis supplicium conversa fuerit, quod sane a ludo gladiatorio non admodum absimile, nec eodem saevius censeri debet, cum & hic citra vitae discrimen obiri non posset, cumque etiam ex Paulli *Sententiar. lib.V. tit.* 17., *qui ad gladium dabantur, intra annum consumendi essent*. Recte ergo gladius ab interpretibus pro morte sumitur, tum & pro morte adhibetur a ceteris. Scilicet apud Isidorum Pacensem Episcopum ann. 749. non aliter accipitur gladius, quam pro morte: *A Toleto fugam arripientem gladio patibuli ju-*

li jugulat. Hinc etiam in *Passione Sancti Mercurii Martyris*, quam publici juris fecit eruditus Praesul Victorius Jovardius, *Lection. XII. pag.* 29. haec habentur: *His dictis, Gladiatores suscipientes eum* (Mercurium) *esportaverunt in navi, quia corpus ejus erat valde laceratum &c.*, quo loco laudatus Praesul admonet, Gladiatores ibi intelligendos esse ministros, qui in Martyres, aliosque gladio saevire didicerant. Tandem apud Ruinartium in Passione SS. Perpetuae, & Felicitatis *pag.* 88. Edit. Veron. haec habentur: *Errantem dexteram tirunculi gladiatoris ipsa* (Perpetua) *in jugulum suum possuit*, tum & in Act. SS. Tarachi, & Probi &c. *pag.* 392. legitur, bestiis in recitatos Sanctos saevire refugientibus, imperasse Praesidem, *μαχαιροφόρυς τῶν λουδαρίων εἰσελθεῖν, καὶ ἀποσφάττειν αὐτοὺς*, idest *gladiatores introduci, ut Sanctos Dei Martyres gladio interficeret*, ut fert ibidem vetus versio, quae prodit, gladium pro ipsa morte, quae eodem nempe inferatur, usurpari. Vide Josephum Averanium *Interpretat. Jur. lib.* I. *cap.* I. *n.* 2., *& seqq.*, qui ad hanc rem egregia multa exponit, & ad quem proinde digitum intendisse sat erit, ut a describendi labore supersedeam.

De iniuriis aut. cedibus admissis; TIT. V.

SI quid forte ita timerarie. admittetur. ut uulnus aut fractura. ossuū infrigatur. aut in conuiciis. atrocibus. forte ꝓruperit. solucio uel uindicta.

IDEM TITULUS

LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

De injuriis, aut caedibus admissis.
Titulus V.

SI *quid forte ita temerarie admittetur, ut vulnus, aut fractura ossium infligatur* (1), *aut in conviciis atrocibus forte proruperit* (2), *solutio, vel vindicta facti ipsius pro qualitate*

ADNOTATIONES

(1) Habetur in Editis sic: *Si quis forte temerarie aut vulnus, aut fracturam inflixerit*. Verum aliter ambo Codices nostri, hoc in loco prorsus similes.

(2) Uterque Codex ab Editis differt, ubi legitur: *aut in convicia atrocia forte proruperit*. Orbilius aliquis ferulam tristem nobis minabitur, quod lectionem Grammatistarum regulis adversantem nimio in Codices nostros amore invexerimus; Verum si ad tempora hujus Legis respectus habeatur, constabit facile, ita forte in autogra-

dicta . facti ipsius ꝑ qualitate . ꝑsone . in iudicis arbitrio . estimacione consistit . secuđ . regulā gagi . sub titu† de iniuriaꝝ accionem . Iniuriā enim grauis est . que in publico uel in ore . ꝑsone honesciore . inferetur , Si uero seruus in discriminibus reus agnuscetur . cesus sub pena uinculoꝝ temporaliū

tate personae [3] *in Judicis arbitrio* , & [4] *aestimatione consistit* , *secundum regulam Gaii sub titulo de Injuriarum actione* [5] . *Injuria enim gravis est* , *quae in publico* , *vel in ore personae honestioris infertur* [6] . *Si vero Servus in his criminibus reus agnoscitur* [7] , *caesus sub poena vinculorum temporalium*

ADNOTATIONES

pho primitus exstitisse , ut proinde nos magis adhaerendum duxerimus Saeculi genio , quam Idiotismos hujusmodi ad rectam Syntaxeos amussim exigendos curaverimus .

(3) In Editis aliter : *pro facti ipsius qualitate &c.* Verum plenior , & concinnior est utriusque Codicis nostri lectio , quam recepimus .

(4) Uterque Codex caret conjunctione *&* , quam amplexandam ex Editis ad sensus concinnitatem censuimus .

(5) Desideratur Titulus hic in Institutionibus Caii , quandoquidem locus eidem esse debuit *lib.* IV. , qui cum III. deperiit . Schultingius hoc loco coniicit , Iustinianum ex hoc Caianarum Institutionum Titulo mutuatum ea esse , quae §. 7. , & 9. *Instit. de Injuriis lib.* IV. *tit.* 4. tradidit , nisi forte repetisse quis contendat ex Libro Regularum Caii , cujus in Pandectis mentio habetur . Insuper injuriarum aestimatio pro personae ratione etiam in servis dationem , summissionemque concipit , ut loquitur *l. item apud* 15. §. *Praetor. de Injuriis* . Vid. rursus Schultingium ad Caii *Institut. tit. ult. adnotat.* 39.

(6) Aliter habetur in Editis , scilicet : *Est enim gravis, quae in publico , vel in foro ab humiliore persona inlustriori infertur* . Codex Vaticanus habet : *Injuria enim gravis est &c.* , tum *honestiori* , per quae cum Ottob. conveniat ; in ceteris vero Editis respondet . Nos quidem Ottob. Codicis lectionem praeferre non dubitavimus , quam sane accuratissimam censuimus , licet ea pro *foro* habeat *ore* ; quid enim necessum erat *forum* addere , postquam *in publico* dictum fuerat ? Tum nemo est , qui nesciat , injurias , quae alicui in os inferantur , atque alapas praesertim, atrociorum loco semper habitas fuisse .

(7) Licet in Ottob. Cod. corrupte legatur *in discriminibus* , nos tamen ad fidem alterius Vaticani exaravimus *in his criminibus* , non *iis* , ut in Editis prostat , quae etiam carent voce *reus* , quam gerunt ambo Codices nostri .

raliū domino reſtituatur. ſecundū ſentenciā pauli. de iniuriis;

lium domino reſtituatur, ſecundum Sententiam Paulli de Injuriis (8).

ADNOTATIONES

(8) Haec Paulli Sententia habetur ſiquidem *lib. V. tit.* 4. *de Injuriis* §. 22. In Codice Vaticano male legitur: *ſub titulo de his, quae per turbam fiunt*, qui Titulus eſt III. laudati Libri, nihilque commune habet cum re noſtra.

De fugitiuis inquirendis. uel diſcuciendis. TIT. VI.

UBicūque ꝑſona huiuſmodi. inuenta fuerit, ſeu ingenuū dicat. ſe eſſe ſeu ſeruū locoꝝ. iudicibus aut a dño ſi ad eius nucicia ꝑuenerit.

IDEM TITULUS

LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

De fugitivis inquirendis, vel diſcutiendis. Titulus VI. (1)

U*Bicumque perſona hujuſmodi* (2) *inventa fuerit, ſeu ingenuum dicat ſe eſſe, ſeu ſervum, locorum Judicibus aut a domino, ſi ad ejus notitiam pervenerit, aut ab actore* (3), *qui poſſeſ-*

ADNOTATIONES

(1) Licet Servis, qui ſe a Dominis fuga eriperent, truces poenae, & ſupplicia infligereutur, ut videre eſt praecipue apud Pignorium *de Servis cap.* III., tamen adeo libertatis amore, ſive ſervitutis moleſtia proclives erant ad fugam, ut Euuus, Athenio, & Spartacus fugitivorum exercitus ingentes, & Romanis etiam formidabiles coegerint, atque dein a Romanis ipſis, ad publica Sacra re perducta, fugitiva mancipia Veſtalium precationibus commeodari debuerint, quarum ope eadem exUrbe noudum egreſſa retineri arbitrabantur, ut docet Plinius *Hiſt.Natur.lib.*XXVIII. *cap.*II.Hinc fugitivis hujuſmodi ſtygmata iuuri iu fronte mos invaluit, ſcilicet uotas Φ., vel F., per quas hujuſmodi Servorum ingenio cognito, tot cuſtodes, quot inſpectores ſortirentur. Vetuit dein Conſtantinus *l.* 11. *Cod. Theod. de poenis*, notas hujuſmodi in fronte ooxiorum inſcribi, quod dedeceret, faciem hominum,

rit. aut ab actore. qui possessioni. ipsius preest di-
scuciendus. intra annum debeat. p̄sentari. ita ut
iudicis p̄sona ipsā p̄pter ingenuitatis. nom̄ sine
dubietate. discuciant. Quod si seruū aut colonū
alienū. regionis dūtaxat; nostre sciens in domo uel
in agro suo consistentem iudicibus. non p̄sentat.
aut

possessioni ipsius praeest, discutiendus intra annum debeat praesentari, ita ut Judices personam ipsam propter ingenuitatis nomen sine dubietate discutiant. Quod si servum, aut colonum alienum regionis (4) *dumtaxat nostrae sciens in domo, vel in agro suo* (5) *consistentem Judicibus non praesentat, aut admonitus*

ADNOTATIONES

minum, quae caelestis imaginis similitudinem praeseferret, hujusmodi inustionibus maculari. Quare frontis contumelia in Collaria quaedam immutata est, quae in Antiquariorum Cimeliis nunc conspiciuntur, quaeque Servi gestare cogebantur, ut iisdem, utpote quae insculpta Inscriptionibus quibusdam ipsorum noxae indicibus, omnes, iu quos inciderent, de crimine, quod moliebantur, admonerent. Collaria hujusmodi erant ex lamellis aeneis, ac etiam ferreis: Insculpta vero Epigraphe, quae fuerit, videri poterit praecipue apud Fabrettium *Inscr. Domest. cap.* VII. *n.* XXV. *pag.* 522., ubi scilicet legitur:

TENE
ME. QVIA. F
VGIO. ET. RE
VOCA. ME
IN SEPTIS

Et ibidem *n.* 359:

TENE. ME. QVIA. FVGIO. ET. REVOCA. ME. IN. VIAM
LATAM. AB. (*sic*) FLAVIVM. D. M. (*Dominum. Meum*)

Vid. alia apud eumdem usque ad *n.* 369., apud Pignorium loc. cit., apud Donium *Inscr. antiq. Class.* II. 172., apud Gorium *Inscr. antiq. Etrur. To.* III. *pag.* 7., apud Lupium in *Epitaphio Severae* §. VIII. *pag.* 49., & apud alios, quos omittimus. Quapropter Servi hujusmodi fugitivi, de quibus est hic Titulus, per amicos, vel per fugitivarios conquirebantur, vel praeconio, aut libello proposito indagabantur, ut propterea ad eorum dominum ab eo, qui ipsos excepisset, essent reducendi, nec citra retentatoris notam aquopiam suscipi, detineri, aut celari possent, ut iufra adnotat. (7). etiam monebimus. In Capitul. tandem Ludovici Pii *cap.* I. praecipitur, ut Servi fugitivi gratis Domiuo reddantur.

(2) In Editis: *De Fugitivis ubicumque persona hujuscemodi*. In Cod. Vatic. mendose legitur: *De injuriis*. Nos Ottob. adhaesimus, cum ibi desint illa *de Fugitivis*, quae inutiliter exuberant, & ibi legatur *hujusmodi* pro *hujuscemodi*, quod tameu idem sonat.

(3) De Actore vide, quae diximus superius adnotat. (17) ad Tit. II.

aut amonitus . a fugitiui dño eũ adsignare dissimulat . multa retentatores . incurrat . sicut ultima theudosiani legis de fugitiuis . & colonis . inquilinis & seruis

nitus a fugitivi domino eum adsignare dissimulat , multam retentatoris [6] *incurrat* [7] , *sicut ultima Theodosiani lege de fugitivis colonis , inquilinis , & servis legitur constitutum ad Florentium*

ANOTATIONES

(4) In Editis legitur *nationis* ; Verum Cod. Vaticanus ab Ottob. non differt, ubi habetur *regionis*.

(5) Edita carent voce *suo*, quam habet uterque Codex noster.

(6) In Editis legitur *retentoris* ; Verum in Cod. Ottob. *retentatoris* , & in Vatic. *retemptatoris* . Codici Ottob. respondet Gothofredii lectio , quam habemus in *Cod. Theod. lib.* 5. *tit.* 9. , ubi pro lege ultima , quae ibidem desideratur , pars hujus Tituli exhibetur.

(7) Licet Titulus hic noster etiam de Colonis fugitivis obiter agat , tamen in eo praecipue videtur fuisse, ut ad Servos ipsos fugitivos respexerit , quandoquidem de Colonis fugitivis ex professo agit Titulus XLVIII. anecdotus hujus Responsi , quem ultimo loco ex Ottob. Codice nunc primum proferemus . Quare eruitur nunc ex Titulo hoc nostro , Servos omnes fugitivos ita semper in jure dominorum suorum fuisse , ut eos quocumque loco latentes , aut a qualibet persona susceptos repetere usquequaque potuerint , atque ille , qui monitus vel praesentare , aut reddere eosdem neglexisset , retentatoris multam incurrerit . Hinc etiam patet , cur Ariminensis Civitas , quae Servos ad eamdem confugientes XI. circiter Saeculo a servitutis jugo absolvere consueverat , si in eadem se permansuros jurassent , hoc tamen dumtaxat sive more , sive privilegio , aut jure eadem uteretur , dummodo Servorum illorum domini non contradicerent , nec eos requirerent . Non injucundum proinde nunc erit Lectoribus nostris , si Decretum quoddam , etsi principio mancum , heic protulerimus , quod hujus rei fidem facit , quodque etiamnum Arimini in Porticu Praetorianarum Aedium supra Fores Tabularii publici licet intueri . Decretum hoc non vidit Garuffius noster , qui illud omisit in sua *Lucerna Lapidaria* , nec ceteri Scriptores , & Historici Ariminenses , ut proinde omnium primus ediderit Vir Cl. Janus Plancus Arimini , & Italiae decus , quem nos & tamquam omnigenae doctrinae , & eruditionis Mystam , & tamquam benemerentissimum Praeceptorem suspicimus , in Ephemeridibus Florentinis Cl. Lamii anni 1748. *n.* 37. *col.* 578. , & *seqq.* , tum & illius Decreti verba nonnulla dumtaxat usurpaverit deinde insignis alter Patriae honor , ac penitioris omnis tum Ecclesiasticae , tum profanae Litteraturae cultor praeclarissimus Josephus Garampius , de quo quam praeclare sentiamus , jam alibi habes , in ejus Opere de Vita B. Clarae Ariminensis *cap. X. adnotat.* (*t*) *pag.* 56. Verum id nunc nos , ne crambem prorsus recoctam reponamus , prae laudatis Civibus nostris praestabimus , ut eodem charactere , & siglis expressum Decretum hoc exhibeamus , ad si-

ſeruis legitur conſtitutũ . ad *fl*orencium comitem. ſacraꝝ largicione. dat*a* quod ſi mulierem. eius cuius ager eſt. aut *ha*bit. aut ſi forte dño uel auctore ne-

rentium Comitem Sacrarum Largitionum data (1). *Quod ſi mulier ei, cujus ager eſt, aut habet, aut forte actori ſe, domino*

ADNOTATIONES

ad fidem nempe exemplaris accuratiſſimi, quod ipſi Cl. Planco, qui humaniſſime miſit, acceptum referimus:

ERT Ī P̄FATA CIVITATE AC EI9
SVBVRBIIS NŌE CIVIS. ET ĪCŌI C̄
CIŌE SEV C̄SILIO HABITACIONĒ P̄DICT
E VRB IVRAVEIT 7 P ANNV̄ 7 DIĒ VNA
STETERIT. 7 DNS EI9 N̄ C̄TRADIXERIT
ꝑ N̄ REQSIERIT DE CETERO EV̄ ABŌI IV
GO SERVITTIS: SEV HOMINI. AC HAB
ITACIONIS ABSOLVIM9 E LIBERE Ī CEN
VS CIVIS IPSIVS VRBIS DECETERO EĒ
DECERNIO9. EXCEPTA 9 7 SVOS E
ANGARIALES HAC HABITATORES NO
STRORV̄ CIVIV̄ Q MODO STꝑ M ANTEA
ERT. 7 SEP ET COTIDIE IN EA CIVI
TATE ꝑPETVO MA. 7 NOBIS COLLEC
TAM DANT SEV IN ANTEA DABVNT

Nos modo nequaquam immorabimur in hujus Decreti verbis ſingillatim expendendis, cum id cit. loc. perfecerit naviter Plancus, nec illa etiam omnia nunc ad rem noſtram pertineant, cum nobis ſcilicet ex eo tantum jus dominorum etiam ſequioribus ſaeculis in perſequendis fugitivis ſervitiis adſtruere mens fuerit. Hoc eodem privilegio gaudebat etiam Viterbienſis Civitas, ut Servis ſcilicet ingredientibus ipſius Sonſam Portam ſtatim libertatem impertiretur, idque ex beneficio Henrici Caeſaris, nempe Henrici V., cum Porta haec nimirum fundata fuerit, regnante Paſchale II. Romano Pontifice, quem Henricus anno 1111. Romam veniens depoſuit, quo tempore minis, ac armorum vi ampla ab eodem privilegia reportavit ſuper inveſtituras, & Epiſcoporum electionem, ut proinde hac ipſa occaſione Viterbium hoc jure donare potuerit, niſi id ad aliud tempus referamus, quo idem Imperator Romam ſecundo petiit, ut vindictam repoſceret ob revocata a Pontifice in Concilio Lateranenſi extorta illa privilegia poſt ejuſdem

nescient. *con*iuncxerit uicariam eiusdem mereti. fugitiui dn̄s dare debebit. quod si actor nesciente dn̄o. fugitiuū. suscipere aut tenere p̄sūserit. aut. iudici

mino nesciente, conjunxerit (9), *vicariam ejusdem meriti fugitivi dominus dare debebit* (10). *Quod si actor, nesciente domino, fugitivum suscipere* (11), *aut tenere praesumpserit, aut Judici prae-*

ADNOTATIONES

dem in Germaniam regressum. Hoc quoque Viterbiensis Civitatis privilegium etiamnum conspicitur marmori insculptum Langobardicis litteris super memoratam ipsius Portam, quod cum accurate exscriptum ad autographi fidem a laudato Garampio anno 1752., eodem comiter anouente, excerpere nobis licoerit ab ipsius Mss. Adversariorum *To. II. pag.* 27., cumque ipsum haud integrum exhibuerit Felicianns Bussius in Historia Viterbii *Part. I. Lib. II. pag.* 101., heic nunc oos producendum censuimus, praesertim cum illud formis ipsis litterarum, quibus exaratum est, exprimi coraverimus:

✠ NO̅IE SONSA VOCoR FVLGENTIS PoRTA VITERBI,
EST. MICHI GRANDE DECVS ET FVNGOR HONORE PENNI:.
OMIS ENIM QVI SERVILI SVB LEGE GRAVATVR
SI CIVIS MEVS EXTITERIT LIBER REPVTATVR,
MAXIMVS HENRICVS CESAR MICHI CONTVLIT ISTVD,
✠ ANNO AB INCARN DNI M.L.X.X.X.V. HEC PORTA FVN
DATA EST PSIDENTE DNO PASCAL PP INFANTE ENRICO
PFECTA V EST. TPR. DNI EVGENII PP EDIFICATORES FVERVNT
RAINERIVS MINCIO ET PETRVS EX PTEPT CONSVLV ET TTIVS PPLI
GOTIFREDVS DICTAVIT. ROLANDVS. SCVLPSIT.

Licet heic non ionuatur dominorum consensus, conjici tamen potest, Viterbiensem Civitatem Ariminensis iostar minime Servos ad ipsam accedentes contra dominorum, a quibus aufugerant, voluntatem inter Cives, aut liberos reputasse.

(8) Jam supra monuimus adnotat. (6) *legem ult.*, quae heic innuitur, *de fugitiv. colonis, inquilin., & servis lib.* 5. *tit.* 9. abesse a *Cod. Theod.*, pro qua Gothofredius ipsam Papiani Summam reposuit. Florentius hic vero diversus omnino censeri debet ab eo, de quo nos locuti sumus adnotat. (2) ad Novellam I. anecdotam. Fuit hic Comes S. L. sub Valentiniano Jun., ut monet Gothofredius loc. cit., & in *Prosopographia*. Dictus est etiam a nonnullis *Florentinus*, & Codices plerique impressi *Florum* praeseferunt.

(9) Heic implicata est lectio Ottob. Codicis, ut ex ipso allato Textu unicuique innotescit. Simillima prorsus est lectio Vaticani, si excipias vocem *mulier*, quam ipse habet pro *mulierem*, ut legitur in Ottobon. Quare, paucis exceptis, Editorum lectiooem recepimus.

dici p̄ſentare diſtulerit. factū eius fuſtuario ſubplicio a iudicibus. uindicetur ut fugitiui dn̄s. ſeruū ſuū cū peculio qđ habit & exacta opera. ſolucione recipiat. ſi uero in fiſci. ſi uero prediis inuenti fuerint aduocatus fiſci uel ꝓcuratoris condicione. ſimili teneant. ſi ea que ſupra ſcripta ſunt. inplere neclexerit.

praeſentare diſtulerit, factum ejus ſuſtuario ſupplicio a Judice vindicetur, & fugitivi dominus ſervum ſuum cum peculio, quod habet, & exacta operarum ſolutione, recipiat. Si vero in Fiſci praediis inventi fuerint, Advocatus Fiſci, vel Procuratores conditioni ſimili teneantur, ſi ea, quae ſupra ſcripta ſunt, implere neglexerint.

ADNOTATIONES

(10) In Editis legitur *debet*; ſed *debebit* habent ambo Codices noſtri.

(11) Cod. Vaticanus ab Editis non differt, ubi legitur *ſuſceperit*; verum nobis arriſit lectio Ottob. Cod., quam propoſuimus.

De obie

De obiectionibus . criminũ uel inſcriptionũ . ingenuorum ſiue ſeruorum; TIT. VII.

SI quis ingenuus ingenuo. crimen intendent. qđ obiecit. ſi ſcripſerit. ꝓbatoꝝ. ſi ꝓbacio. defuerit. inſcribendis. quem eo que adcuſat corporali ſupplicio licenciam non negetur. ita ut capud. aut facultatem ſuam. oblegit ſicut lex theudoſiani libro nono. ſub titulo deſignat. que ad marriano uicarium. ſpanie data. ſi uero ingenuus ſeruus cuiuſ-

IDEM TITULUS

LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

De objectionibus criminum, vel inſcriptionibus ingenuorum, ſive ſervorum.
Titulus VII. (1)

SI quis ingenuus ingenuo crimen intendens, quod objecit, ſe ſcripſerit probaturum, ſi probatio defuerit inſcribendi ſe cum eo, quem accuſat, corporali ſupplicio licentia non negatur; ita ut aut caput, aut facultatem ſuam obliget, ſicut lex Theodoſiani libro nono ſub titulo primo deſignat, quae ad Marianum Vicarium Spaniae data eſt (2). *Si vero ingenuus ſervum cuiuſ-*

ADNOTATIONES

(1) Titulus hic, qui primus ab omni corroſionis injuria, ſicut & reliqui, qui ſequuntur, immunis eſt in Codice noſtro, hanc in Editis rubricam gerit: *De objectione criminum, vel increpationibus*. Codex etiam Vaticanus parum diffet, qui dumtaxat addit poſt recitata verba: *ingenuorum ſervorum*. Verum praeſtat hoc in loco Ottobon. Codici inhaerere, qui ſane eſt accuratior. Pro *increpationibus* hic habet *inſcriptionibus*, quod ſane magis placet; cum enim inſcribere idem ſit, ac accuſare, ſive adverſus aliquem ſe in crimen inſcribere, ſubſcriptio proinde erit ipſa accuſatio, ſive accuſatorius libellus, ut prodit etiam *l. 13. Cod. Theod. de Praetor. lib. 6. tit. 4.*

(2) Lex haec eſt 14. *cit. lib., & tit.* Schultingius heic adnotat, Papianum minime eſſe aſſecutum legis hujus

iuſcũq. potauerit inſcribendũ aut capud ſuũ aut facultatē integrã nouerit oblegari. quã non probato crimine. dñs ſeruus. adquirat. ſi uero ſeruus aliũ ſeruum alterius domini. credederit inculpando cetra inſcripcione dominoꝝ iudicis. examinacio ſi ita

cujuſcumque putaverit inſcribendum, aut caput ſuum, aut facultatem integram noverit obligari; quam, non probato crimine, domino ſervus adquirat. Si vero ſervus alium (4) *ſervum alterius domini crediderit inculpandum* (5) *citra inſcriptionem dominorum* (6), *Judicis examinatio, ſi ita neceſſitas exegerit* (7), *etiam*

ADNOTATIONES

jus ſenſum: ea enim duo criminnm genera comprehendit internecini, ſeu veneficii, & ſuſpectae mnrtis, atque in his inſcriptinnem adhiberi, iodiſtiocte jnbet. Qui heic io Editis Marinianus dicitur, in Codice noſtro Marianus ſalutatur. Ritterins cit. lege admnnet, Cndd. Mſs. legere Marianum, & Gothanum praeſertim appellare eum *Comitem*, non autem *Vicarium Hiſpaniarum*, ut revera fuit ſub Valentiniano Jun. ann. Domini 383. Verum pro *Hiſpaniae*, ut habetur in Editis, uterqne Codex noſter fert *Spaniae*, cui nos adhaeſimns, quoniam ſaepe etiam in veterum monumentis occurit *Spania* prn *Hiſpania*. Conſule Antonium Fraociſcum Gorium in *Inſcript. Etrur. To. I. n. 6. pag. 338.*, ubi habetnr *L. Fadius Cornutus Praefect. Coh.* V. *Eq.* SPANOR*um*. Tum apud Muratorium *pag.* 874. *n.* 4. habetur SPANIA. CITER. In Graecis etiam Gloſſis Spania dicitur Σπανία, & Divus Paullus *ad Roman. cap. XV. v.* 24. habet; εἰς τὴν Σπανίαν. Inſuper in tribus anecdntis Libris *de Trinitate* incerti Auctoris, qui cootinentur in vetuſtiſſimo Cndice Mſs. quondam Paſſioneio, nunc Angelico-Auguſtinenſi, quoſque modo edendos Bononiae ſuſcepiſſe audivimus Virum Cl. Joh. Aloyſinm Mingarellium (forte ſub Didymi Caeci nomine, cui tribnendos Ferdinandus Frater conteodit) dum ibidem Jacnbus Apoſtolus tamquam in Hiſpania degens innuitur, dicitur: διάγων ἐν σπανίᾳ. Hinc pullus color Nonin *Spanus*. Eodem modo *Speria* habetur apud Iſidorum Pacenſem ano. 753. pro *Heſperia*. Apud Du Freſneium *Spanicus* pro *Hiſpanicus*. Vide tandem Samuelem Bochartnm *Geograph. Sacr. Lib.* I. *cap.* 35. Exſtaot ad hunc Marianum ſeptem Symmachi Epiſtolae *lib. III.*, ſcilicet 23. uſque ad 29. Vide *Proſopographiam Cod. Theod.*, licet ibi Mariniaous habeatur, ut proinde quae de eo proferuntur, de Mariano ſint intelligeoda.

(3) Io Editis *domini*: Cod. Ottob. *dominus*, ſed male. Schultingius monet legendum *domino*, nec inepte.

(4) In Editis *alienum*, pro quo Schultingius repoſuit *alienus*: Sed omnia recte conſtant, ſi cum Ottob., & Vatic. Cod. legas *alium*.

(5) Edita habent *incuſandum*, quod idem ſonat.

(6) Poſt vocem *incuſandum*, ſive, ut ha-

ita neceſſitas. exegerit. eciã adhibitis. ſuppliciis ordine ueritatis. inquirat. quicũq. uero calũnia crimines ꝓbatus. fuerit. obieccefse. obiecta non conuicerit. pena ſimili ſubiacebit. ſecundũ legem theudoſiani. libro quos ad conſoles. p̄turiis tribunis plebis. & ſenatũ data accuſandi. uero. permiſſum que p̄ſona non habeant legibus deſignatur hoc eſt ne ſeruus dominum. uel patronum libertus. ſeu familiaris. p̄ter ſolũ crimen maieſtates accuſet. crimina uero. maieſtatis. hec ſunt que legibus deſignan-

tiam adhibitis ſuppliciis (8), *ordinem veritatis inquirat. Quicumque vero calumniam criminis probatus fuerit objeciſſe* (9), *ſi objecta non convicerit, poenae ſimili ſubjacebit, ſecundum legem Theodoſiani libro, quo ſupra, ad Conſules, Praetores, Tribunos Plebis, & Senatum datam* (10). *Accuſandi vero permiſſum, quae perſona non habeat, legibus deſignatur, hoc eſt, ne ſervus dominum, vel patronum libertus, ſeu familiaris praeter ſolum crimen Majeſtatis* (11) *accuſet. Crimina vero Majeſtatis haec ſunt*

ADNOTATIONES

ut habet Codex noſter, *inculpandum*, Edita ſtatuunt virgulam, & deinde legunt *inſcriptione dominorum*, quae verba cum ſequenti periodi membro componunt; Sed melius eadem antecedenti conjungas, praeſertim ſi emendata per utrumque Codicem, ubi legitur: *citra inſcriptionem dominorum*.

(7) Melius in Ottob. Cod. *exegerit* pro *adſerit*, ut in Editis, & in Vatic. Mſs.

(8) Supplicium heic accipitur pro tortura, ſeu pro tormento. Hoc ſenſu accipitur etiam in Pacto Legis Salicae apud Eccardium *Tit.* XLIII., ubi etiam ſupplicia de ictibus intelligi poſſe videntur.

(9) Jam Schultingius mendum adverterat, ac pro *eviciſſe*, ut eſt in Editis, monuerat, legendum *injeciſſe*, vel *miſcuiſſe*; Sed rectius *objeciſſe* ex Ottob. Cod. reponimus.

(10) Lex, quae heic innuitur, eſt 19. *cit. lib.*, *&* *tit.*

(11) Nic. Hier. Gundlingius ſcripſit *Singularia ad L. Majeſt. &c.*, ubi §.*XIII.* docet, lege Cornelia Majeſtatis ſervis quoque permiſſum fuiſſe deferre dominos, & indicare conjurationes, quas molirentur.

gnantur id eſt ſalus principes tradicio . regiones. aut adepcio tyrannides.

ſunt, quae legibus deſignantur, ideſt adverſus Principem traditio regionis [12], *aut adpetitio tyrannidis.*

ADNOTATIONES

(12) In Editis deeſt *traditio regionis*, quam nos ex Cod. Ottob. adjungimus, expunctis Librarii mendis in iis, quae antecedunt. Cum habeatur ſuperius: *crimina maieſtatis haec ſunt*, ſane inferius duo ſaltem crimina erant recenſenda, ut pluralis numeri concinnitas ſarta tecta haberetur. Recte ergo *adpetitioni tyrannidis* (non *tyranni*, ut male habent Edita omnia) acceſſit *traditio regionis*; Reſpondent enim haec iis, quae in XII. Tabulis leguntur: QVI HOSTEM CONCITAVERIT QVIVE CIVEM HOSTI TRADIDERIT CAPITE PVNITOR; Tum iis, quae habet Cicero *de Orat. Lib. II. cap. 39: Majeſtas eſt amplitudo, ac dignitas Civitatis. Is eam minuit, qui exercitum hoſtibus populi Romani tradidit*. Vid. *l. 3. ff. ad Leg. Jul. Majeſt.*, ubi ipſa *traditio civium* pro crimine Majeſtatis habetur.

De uiolenciis TIT. VIII.

SI quis uiolencia ita conuincitur. admiſiſſe ut collectis. turbis đ uim. inruens. deieciat. poſſedentem. nec eũ ciuili. ut legum eſt accione. pulſauerit. capitale ſentencia feriatur. ſi tamen rem de qua poſſedente depulit ſui iures debere eſſe

IDEM TITULUS

LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

De Violentiis. Titulus VIII.

S*I quis violentiam ita convincitur admiſiſſe, ut collectis turbis per vim irruens dejiciat poſſidentem, nec eum civili, ut* [1] *legum eſt, actione pulſaverit, capitali ſententia feriatur* [2]. *Si tamen rem, de qua poſſidentem depulit, ſui juris debere*

ADNOTATIONES

(1) Edita, & Cod. Vatic. habent *quod*: Ottobon. *ut*, quod idem eſt.

(2) Continetur hoc *l. 2. Cod. Theod. ad leg. Jul. de vi publ.*, *& privat.*, licet heic inferius ſola *l. 3.* recitetur, ut ſuo loco monebimus.

eſſe non conuincerit tum demũ eſt. ut pena ſupra ſcripta. dãnetur. quod ſi ſuã quidem ꝓprietatem. eſſe conuicerit. medietas eius. rei in eius ꝓprietate. ꝑmaneat alia medietas. ꝓpter admiſsã uiolenciã. fiſci uiribus. ſocietur. ſecundũ legem. theudoſiani. libro nono ſub titulũ. de ui publica & priuata ad baſſum. p̄fc̄t urbis data ſi uero ſerui inſcio dño. uiolenciam uiuſmodi. que ſupraſcripta eſt. intulerint. morti ſubdantur. quđ ſi ꝑ diſcuſſione. judicis. conſcio dño uiolencia ꝓbatur. admiſſa

debere eſſe non convicerit [3], *tum demum eſt, ut poena ſupraſcripta damnetur. Quod ſi ſuam quidem proprietatem eſſe convicerit, medietas ejus rei in ejus proprietate* [4] *permaneat, alia medietas propter admiſſam violentiam Fiſci uiribus ſocietur, ſecundum legem Theodoſiani libro nono ſub titulo de Vi publica, & privata ad Baſſum Praefectum Urbis datam* [5]. *Si vero* [6] *ſervi, inſcio domino, violentiam hujuſmodi, quae ſupraſcripta eſt, intulerint, morti ſubdantur. Quod ſi per diſcuſſionem Judicis, conſcio domino, violentia probatur admiſſa, domini*

ADNOTATIONES

(3) In Editis legitur: *ſui juris non eſſe convicerit*; quae verba ita locata ſenſum turbant, ut nemo non videt. Satius ergo eſt inhaerere Ottob. Codici. Vaticanus habet vocem *debere*, verum particulam *non* ſejungit a *convicerit*, quod non accidit in Ottob., & quo proinde ſenſus labaſcit.

(4) In Editis, & in Mſs. Vatic. *in ſua firmitate*; Sed aliter habet Ottob., ut in Textu.

(5) Haec eſt *l. 3. cit. lib.*, *& tit.*, quae, ut & laudata ſuperius *l. 2.* Baſſo Pf. Urbi inſcripta eſt. Munus Praefecturae ipſe obivit ſub Conſtantino M. ann. 317., ut monent dictae leges, licet in aliis quoque *Codicis Theod.* legibus hac dignitate inſignitus exhibeatur ſubſequentibus annis; Verum, monente Gothofredio, ibidem reponendum *Praefect. Praetor.* Vide *Proſopographiam*, & Corſinium *de Praef. Vrb.*

(6) Haec, quae proſequuntur, vide ad *l. 4. cit. lib.*, *& tit.*, quae lex etiam in *Cod. Juſt.* videri poterit *l. 8. tit. eod.*

missa dñi pñciantur infames serui metalles deputantur. de his uero quibus sine tumulto solum occupate aut puase rei actio tenditur. & conuictus fuerit. rem indebetae. tenuisse. post conuencione. duplus. fructus cũ rei ipsius. restitucione. dissoluat; si ue-

domini pronunciantur infames, servi metallis deputantur. De his vero, quibus sine tumultu solum occupatae, aut pervasae rei actio intenditur (7), *& quis* (8) *convictus fuerit, rem indebite tenuisse, post conventionem duplos fructus cum rei ipsius restitutione dis-*

ANOTATIONES

(7) Edita hoc loco habent: *De eo vero, qui per tumultum solum occupat, aut pervaserit, actio intenditur*. Differt Cod. Ottob., ut constat ex Textu. Heic advertit Schultingius, mendum forte cubare in hujus Tituli parte, ut proinde pro *post conventionem* reponendum sit vel *ab invasione*, vel *non solum post, sed etiam ante conventionem*; atque hoc quidem tum, ut adstruatur discrimen inter conditionem violenti invasoris, & possessoris malae fidei, quae nulla foret, si uterque post conventionem duplorum fructuum solutioni teneretur, tum, ut haec respondeant iis, quae Valentinianus, & Valens statuerunt *l.* 1. *Cod. Theod. de fruct.*, *& lit. expens. lib.* 4. *tit.* 18., qui scilicet voluerunt, ut invasor, & praedo a die invasi loci duplos fructus persolveret, possessor vero bonae fidei a die tantum conventionis in judicium. Recte sane Schultingius; Verum cum in utroque Codice Ottob., & Vatic. legatur *sine tumultu*, non autem *per tumultum*, ut in Editis omnibus prostat, fieri sane potuit, ut Papianus eum, qui bona occupasset *sine tumultu*, (juvat enim ita legere, ne Codicum fides citra necessitatem infirmetur) parem quodammodo voluerit esse ei, qui simpliciter possideret, ac proinde recitatae legis rigorem temperaverit, utpote quae eos dumtaxat, qui bona *per tumultum* invasissent, priore sui parte respiceret, non autem eos, qui *sine tumultu* eadem occupassent. Ceterum nemo mihi vitio vertat, quod veterem lectionem expunxerim, quandoquidem non repugno, si quis lectionem Editorum Codicum, & simul Schultingii emendationem sequi velit, cum utraque sustineri probe possit: Solum ajo, quod, si cui amplexari lubeat Ottob. Codicis lectionem, non omnino legibus vim inferret, ut sane inferre videtur recepta Editorum lectio sine Schultingii emendatione. Tandem minime mirum esset, Papianum heic discessisse a recitatae legis placito, quem alias non assequutum Legum intelligentiam, quin etiam iisdem contraria proposuisse, vidimus superius ad Tit. IV. adnotat. (3), quod etiam inferius pluries monere contingent, praesertimque ad *Tit.* XIV., & XLV.; Nisi tamen dicere velimus, hoc non placuisse Papiano, sicut Triboniano non placuit, qui legem hanc non integram retulit in *Cod. Just. l.* 2. *dict. tit.*, praesertim cum heic Papianus ad hanc legem

ſi uero ſimpliciter . rem poſſedit . uſque ad conuenciones . tempus ſimblus . fructus diſſoluat . poſt conuencione duplus . ut dictũ eſt . hinferat repetenti . quod res mouiles . uel ſi ſemouente . ſui quiſque rapuerit . intra annũ quadrupli ſolucione multabitur . poſt annũ uero . ſimbli ſatisfaccione . ſoluatur .

ne diſſolvat . Si vero ſimpliciter rem poſſidet , uſque ad conventionis tempus ſimplos fructus diſſolvat , poſt conventionem duplos , ut dictum eſt , inferat repetenti . Quod ſi res mobiles , vel ſi ſemoventes vi quiſque rapuerit (9) , *intra annum quadrupli ſolutione multabitur , poſt annum vero ſimpli ſatisfactione ſolvetur* (10) .

ADNOTATIONES

gem non provocet . Conſule Schultingium etiam ad *Sentent. Paulli Lib. V. tit.* 9. §. 2. *adnot.* 12.

(8) In Codice Ottob. legitur *&*: Verum , ut periodi ordo rectius procedat , de ingenio repoſuimus *ſi quis* ; nam aliter Papianus ab Orbilio vapulaſſet , ut cuilibet intuenti patebit .

(9) Aliter in Editis : *Quod ſi rem mobilem , vel ſe ſe moventem per vim quis rapuerit* . Cod. quoque Vatic. pluralem numerum adhibet , verum in ceteris reſpondet impreſſis Editionibus; quod ſecus in Ottob.

(10) Uterque Codex habet *ſolvatur* ; ſed praeſtat legere *ſolvetur* , ut eſt in Editis , & ut ordo verborum poſtulat .

De raptibus. uirginũ & uiduarũ Tit. VIIII.

RAptorũ probata crimina. taliter. puenda ut si quis cũ parentibus. antea nihil depectus rapuerit. aut uolentem adduxerit. una cũ facinoribus. ipsius. intercurrentibus. uel admissoribus poniantur. nec parentibus liceat. hoc crimine. cũ rapto-

IDEM TITULUS

LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

De Raptu Virginum, & Viduarum.
Titulus VIIII.

R*Aptorum probata crimina taliter punienda* (1), *ut si quis puellam* (2) *cum parentibus antea nihil depectus* (3) *rapuerit, aut volentem abduxerit, una cum facinoris ipsius intercurrentibus, vel admissoribus* (4) *puniatur, nec parentibus liceat de hoc crimine cum raptore sub qualibet pactione componere;*

ADNOTATIONES

(1) Mss. Ottob., & Vatic. non habent vocem *sunt*, ut in Editis.

(2) Amanuensis incuria vocem *puellam* ab Ottob. Cod. ablegaverat, quam nos postliminii jure repofuimus.

(3) Cod. Ottob. habet *depectus* in singulari numero, cum praecedat articulus *quis*, qui in Editis desideratur. *Depecti* vox, ut ex hoc loco apparet, non semper turpi pacto denotando inservit, quod adnotavit quidem & ipse Ritterius ad *l.* 1. *Cod. Theod. de raptu Virginum lib.* 9. *tit.* 24. Ceterum Alciatus *lib.*XXVIII. *de Verb. signific.*, Du Fresneius in *Glossario*, tum & Gothofredius in *Glossario Nomico Cod. Theod. depectum* pro turpi pactione exponunt. Laurentius Valla *Elegantiar. Lib. VI. cap.* 63. sugillat Ulpianum, quod in *Edict. de Calumniator. depectum* interpretatus sit *turpiter pactum*. Ceterum non ego Ulpianum oppugnarem, quod ita hanc vocem exposuerit, cum non universaliter id ab ipso assertum, sed pro peculiari illo dumtaxat loco explicatum intelligi debeat. Vid. adnotationes Caroli Andreae Dukerii in *Opuscul. variis de latinitat. JConsult. veterum* ad hanc vocem, qui eamdem utroque sensu ex Ulpiano, & ex legibus utriusque Codicis, tum ex Cicerone, Terentio, & Apuleio usurpatam contendit. Vid. superius adnotat. (5) ad Commonitorium Valentiniani III. *n.* I.

(4) Admissor, & admittens accipitur pro delinquente. Vid. Davidis Doringii *Bibl. JConf.*

raptore . ſub qualibet paccione . conponere . quđ ſi facere p̄sūſerint . in t̄ fecto raptore · conpoſito tres ipſius crimines in exilio deputentur , quoniā tali condicione iungentes parentū ſucceſſio denegatur cuius admiſſi ꝑſecutio . intra quinquennium exercenda ; Poſt quinquenniū uero accione ꝑſequendi criminis denegatur . ſecunđ legem . teudoſiani . libro nono . ad populū data . Quod ſi deuota dō puella raptor . adduxerit . & illa conſenſerit filii . ex tali

nere ; quod ſi facere praeſumpſerint , interfecto raptore , compoſitores ipſius criminis in exſilium deputentur , quoniam tali ſe conditione jungentibus [5] *parentum ſucceſſio denegatur , cujus admiſſi perſecutio intra quinquennium exercenda* [6] ; *poſt quinquennium vero* [7] *actio perſequendi criminis denegatur , ſecundum legem Theodoſiani libro nono ad Populum datam* [8]. *Quod ſi Devotam Deo Puellam* [9] *raptor abduxerit , & illa conſenſerit ,*

ADNOTATIONES

(5) Io Editis: *Puellae , quae tali ſe conditione junxerit &c.* Mſs. Vaticanum cohaeret Ottob. , licet ibi legatur *quam* pro *quoniam*, quod idem ſonat.

(6) Uterque Codex caret verbo *eſt* , quod habeot Edita .

(7) Uterqoe etiam Codex haber particulam *vero* , qua carent Edita .

(8) Licet heic una tantum lex *lib. 9. tit. 24. Cod. Theod.* innuatur , ac forte etiam prima lex dumtaxat , tamen ex iis , quae Papianus exponit , tres omnes leges *cit. lib. , & tit.* attigiſſe videtur .

(9) Noo uno tantom modo accipitur *Devota Deo Puella* ; nam aliis eſt ipſa Sanctimonialis ; aliis vero Beguina . Quod pro Sanctimoniali accipienda ſit , docet Dominicus Maurius io *Hierolexico* , cui Devota idem eſt , ac Monialis . Du Freſneius etiam in *Gloſſario* Devotas Feminas , & Virgines eas eſſe dicit , quae caſtitatem ſpoponderunt , & *quae ſe Deo voverunt* , ut eſt io Concilio Valeotino ſub Damaſo *cap.* II. , cujus titulus ſic coocipitur : *Devota , ſi ſe maritaverit &c.* Eas Sozomenus *lib. VI. cap.* 19. vocat *ἱερὰς παρθένους* , & *lib. VIII. cap.* 24. *παρθένους ἐκκλησιαστικὰς* . Deo Devotae habentur quoque in *Epiſt. II.* Siricii PP. adverſus Jovinianum . Muratorius etiam *Antiquit. Medii Aevi To. V. Diſſert. LXVI. col.* 582. in ea eſt ſeotentia , ut exiſtimet , apod antiquos nomina *Puellae , & Devotae* , ſicut etiam alia *Ancillae Dei , Benedictae , & Sacratae* Sanctimonialem ſigniſi-

tali condicione. nati punitis. his secd. legem teu-
dosia-

ferit [10], *filii ex tali condicione nati* [11], *punitis his*, *secundum*

ADNOTATIONES

gnificasse. Et revera synonyma fuisse Devotam, sive Dicatam Deo, & Sanctimonialem, suadet Novella VI. Marciani Aug. secundum Ritterii editionem, cujus verba nonnulla, quae ad rem nostram faciunt, modo afferemus, ad fidem tamen Mss. Regii Parisiensis Saec. VIII., qui signatur *n.* 4403., quae verba scilicet mutuati sumus a Novo Tractatu Diplomatico Monachorum Sancti Mauri *To.* III. *Part.* II. *Sect.* IV. *Cap.* IV. *Art.* II. *pag.* 287., quo etiam fiet, ut interim novae lectiones, non spernendae quidem ex Codice illo innotescant: *Hae lege sancimus ut sive Vidua, sive Diaconissa, seu Virgo Deo dicata, vel Sanctimonialis mulier, seu quocumque alio nominc Religiosa honoris, vel dignitatis Femina nuncupetur, testamento, vel codicillo suo, quod tamen alia omni juris ratione munitum sit, Ecclesiae, vel monistero* (lege *monasterio*) *vel clerico, vel monacho &c.* Varietates praecipuae insunt in voce *Religiosa* pro *religiosi*, & *monasterio* pro *martyrio*, quod inemendatum heic reliquit, immo probavit Ritterius, licet inferius illud ipsum mendum expunxerit. Deo Sacratam non aliam etiam, ac Deo Devotam, seu Sanctimonialem crederem, licet tamen eodem tempore, & loco utrumque vocabulum de duabus Feminis nomine diversis adhibeatur, quod vocabulorum, & professionis discrimen aliquod inducere posse videretur; Scilicet in laudato superius Mss. Necrologio Monasterii Romaricensis *pag.* 10. a tergo haec habentur, quae edere per humanitatem Cl. Georgii nobis nunc licet: *Rihildis seimonialis cabilonensis dedit sco petro hildegardi cum quatuor filiis suis morundo. gerardo. alberico. iohanne. & duab. filiab. haneinde. rotrude ad persolvendum censum in festo eidem singuli singulos d.* (sc. *denarios*). Tum *pag.* 11. (eodem charactere, quo superior donatio exarata est, & alia proxima, quae ita signatur: *anno m. centesimo VI. incarnationis d. II. idus apl.*) haec habentur: *Adelaidis deo sacrata dedit sco petro V. ancillas cum quatuot servis quorum noia haec sunt. Hauisdis. iosfridus berta. ermengardis. gilla. berunus durandus bencilinus. gilla.* Verumtamen infra *pag.* 19. alia habentur, quae suadent, *Deo Sacratas* fuisse revera Sanctimoniales; Locus est hujusmodi, quem usurpavit etiam Vir Cl. Josephus Garampius alias laudatus in Appendice ad Dissertationem *de Nummo argenteo Benedicti III. num. IV. pag.* 172: *Nomina abbatum defunctorum sancti Romariei, atque almi patris nostri Amati, una cum consensu patris nostri domini Theodrici, seu matris nostre religiosissime deo sacrate Teotildae abbatisse in hoc monasterio per intervalla temporum successores extiterunt &c.* Ceterum quidquid de his censendum sit, certum quidem est, sequioribus saltem Saeculis, Devotas Deo Puellas a Sanctimonialibus diversas fuisse, ac pro *Devotis* acceptas fuisse Beguinas, quae licet nullis adstringerentur votis, tamen seorsim ab hominum consortio castitatem profitebantur, atque vel domi suae, vel in aliquo communi loco degebant. Hoc advertit etiam Cl. Garampius noster in ejus Opere de Vita Beatae Clarae Ariminensis, *Dissertat. I. §. XII. pag.* 104., qui adhibet testimonium Cantipratani (*Miracul.*, & *exempl. memorabil.*) qui de ejusmodi Feminis Nivellae in Belgio anno

dosiani ; ad secđ p̃sť p̃ter data . qui taliter coniunxerint . in hereditate non succedent quibus eciã principali beneficio prestatur uita filius in potestate habere non possunt . nec eoꝝ hereditate quoque modo

dum legem Theodosiani ad Secundum Praefectum Praetorio datam (11) , *qui se taliter conjunxerint* , *in hereditatem non succedent* (12) , *qui etiamsi Principali beneficio praestito nitantur* , *filios*

ADNOTATIONES

anno 1226. scribit : *Mulierum Devotarum , quae Beguinae dicuntur , nunc late diffusa per orbem religiositas incohavit*. Ceterum Papianum heic de Sanctimoniale Devotam Deo Puellam usurpasse , contendo , quod etiam monet Du Fresneius in *Glossario* ; Ipse enim heic provocat ad *l.* 2. *Cod. Theod. de raptu , vel matrimon. Sanctimonial.*, & ad *l.* 5. *Cod. de Episc.* , *& Cler.* , ut inferius etiam adnotabimus , quae leges de Sanctimonialibus loquuntur , non autem de alia Devotarum Virginum Classe . Quare heic nunc advertimus , in Concilio Romano ann. 721. anathemate percuti , qui se Moniali in matrimonium copulasset ; Sic enim sancivit : *Si quis Monacham , quam Dei Ancillam appellamus , in conjugium duxerit , anathema sit* . Raptum quidem Religiosarum hujusmodi mulierum capitale quoque fuit , ut patet ex *cap. IV. Capitul. Ingelheim.* Ludovici Pii ann. 826: *Si quis rapuerit , aut sollicitaverit , vel corruperit Religiosam feminam , bona amborum Ecclesia vindicet , in qua talis mulier habitavit . Ipsi tamen capitali periculo subjiciantur* . Apud Muratorium *Antiquit. Medii Aevi To. V. Dissertat. LXX. col.* 919. prostat Judicium Jacobi Episcopi Lucensis in caussa Alpuli Presbyteri ob Sanctimonialem raptam damnati ; Scilicet ibidem huic Sacrificulo exprobratur , quod Sanctimonialem *suis manibus super cavallum levasset , & eam obsculasset , & duos solidos , & in . . . . . dedisset , & per se ipsum ad loca per noctem duxisset solus* . Sed manus e Tabula , ne nobis in culpa ponant eruditi longius dicendo vagari .

(10) In Editis aliter legitur : *Quod si Devota Deo puella de conjunctione viri consenserit* .

(11) Edita pariter differunt , in quibus habetur : *Filii tali contubernio nati* . Respondet Editis Mss. Vatic. Sed contubernium de ingenuorum conjunctione , quae heic innui videtur , male usurpatur . Ceterum vide , quae ad hanc rem diximus inferius Tit. XXXVII. adnotat. (10) .

(12) Jam superius adnotat. (9) praemonuimus , Papianum heic respexisse ad *l.* 2. *Cod. Theod. de rapt.* , *vel matrimon. sanctimonial. lib.* 9. *tit.* 25. Gothofredius ejusdem vitio vertit , quod huic legi ea tribuat , quae ab ea absunt ; verum ad defensam assurgit Schultingius , qui ait , Papianum legis hujus auctoritatem usurpasse dumtaxat , ut poenam innueret , qua tenentur , qui se Sanctimonialibus conjungunt , non eam autem ad cetera extendisse . De Secundo , qui sub Juliano , & sub Joviano fuit Praef. Pr. , & anno praesertim 364. , quo lex haec ad eum scripta est , vide *Prosopographiam Cod. Theod.*

modo uindicare. ſed facultas ipſa. ꝓximis parentibus adquirenda. ſecundū. gagi regula;

filios in poteſtate habere non poſſunt, nec eorum hereditatem quoquo modo vindicare (14); *ſed facultas ipſa proximis parentibus adquirenda* (15), *ſecundum Gaii regulam* (16).

ADNOTATIONES

(13) In Editis, & in Mſs. Vatic: *in hereditatem non veniant*.

(14) Cod. Ottobonianus heic corruptus aliquantulum eſt, quem nos juxta potiora ejuſdem veſtigia emendavimus, ut ab ejus fide, quo minus fieri poſſit, recedamus. Conſule Textum, & reſtitutam Lectionem. In Editis tamen aliter exſtat: *Qui etiamſi Principali beneficio praeſtito nitantur, filii legitimi haberi non poſſunt, nec ſucceſſionem eorum poterunt vindicare*. Cod. Vaticanus modo Ottoboniano, modo Editis reſpondet; Sic enim habet: *Quib. etiamſi principali beneficio praeſtito nitantur, filius legitimus habere non poſſit, nec ſucceſſionem eorum non poterunt vindicare*. Memineat Lector, nos & ipſa Amanuenſis vitia exprimere.

(15) Verbum *eſt* in utroque noſtro Codice deſideratur.

(16) Regula haec abeſt nunc a Caii *Inſtitutionibus*; Hinc conjicere nonnulli coeperunt, an Cajus egerit de Liberis raptoris, & raptae, an de Liberis ex Sanctimoniale, an vero de hereditatibus ab inteſtato. Verum certum primum eſt, a Papiano heic agi de Liberis ex coitu cum Sanctimoniale; Tum, dum ait, Liberorum hujuſmodi facultates deferri proximis parentibus, hoc eſt cognatis ſecundum Regulam Caii, intelligit Regulam illam Caii, quae exerebat ordinem ſuccedendi, quem Cajus deſcripſerat, & quem ex eo nobis reliquit Anianus, vel alius quicumque Alariciani Codicis Auctor, *Tit.* VIII. Vide Schultingium hoc loco, & *Tit. ultim. Inſtitut.* Caii *adnotat. 39*.

De ſuc-

De ſucceſſionibus. diuerſis. TIT. X.

PAtris matriſue. inteſtatis. fili filie uęę. quo iure ſuccedant; Quđ ſi filius habens filius forte deceſſerit. in loco patris. nepotis neptiſque ex filio nati eandem quā pater eorū accepturus erat. capiant. porcionem. ſi uero filia ſuꝑſtitibus. parentibus obierit. tercia de porcionē matris fili eius ꝑdant. & in biſſe materne porcionis ſuccedant trians uero ille. auuncolis. ſiue materteris ideſt matris. fratribus uel ſororibus. adquiratur. ſecunđ lege theudoſiani. lib. V. ſub titut. ad conſtantinū. pre-

IDEM TITULUS
LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

De ſucceſſionibus diverſis.
Titulus X.

PAtri, *matrive inteſtatis filii, filiaeve aequo jure ſuccedant; Quod ſi filius habens filios forte deceſſerit, in locum patris nepotes, nepteſque ex filio nati, nataeve*[1] *eamdem, quam pater eorum accepturus erat, capiant portionem. Si vero filia*[2], *ſuperſtitibus parentibus, obierit, tertiam de portione matris filii ejus perdant, & in beſſem maternae portionis ſuccedant: Triens vero ille avunculis, ſive materteris, id eſt matris fratribus, vel ſororibus adquiratur, ſecundum legem Theodoſiani libro quinto ſub titulo de Legitimis hereditatibus ad Conſtantinum*

ADNOTATIONES

(1) Vox haec *nataeve* abeſt a Cod. Ottob., quae tamen adeſſe debuit, ut in Vatic., & in Editis.

(2) Quod heic ſingulari numero exprimitur in Cod. Ottob., plurali in Vatic., & in Editis profertur.

prefet. prẽt. galliaꝝ. de legitimis hereditatibus. ꝓmulgatã. qđ ſi defunctus ipſe filius habeat. uel nepotes ex filio. & neptes tantũ ex filia relinquat in dodrante. ideſt in tribus hereditates. porcionibus. auo aui eque ſuccedant. Quarta uero ideſt falcidia ad agnatus. defuncti eius. que filio nepoti. ac ꝓnepoti· ꝑ uirilem. ſexũ diſcendentibus. deferatur. ſi uero nepotes. conpetens porcio ab auis ideſt quarta porcionis. patne aut materne non demittitur, De inofficioſo. eandem. que filiis conpetit. contra heredis. inſtitutus moueant accione. qđ

num Praefectum Praetorio Galliarum promulgatam (3). *Quod ſi defunctus ipſe filios non habeat, vel nepotes ex filio, & neptes tantum ex filia relinquat, in dodrante, id eſt in tribus hereditatis portionibus* (4) *avo, aviaeque ſuccedant. Quarta vero, id eſt Falcidia agnatis defuncti parentis, id eſt fratri, ejuſque filio, nepoti, ac pronepoti per virilem ſexum deſcendentibus deferatur* (5). *Si vero nepotibus competens portio ab avis* (6), *ideſt quarta portionis paternae, aut maternae non demittatur, de inofficioſo eamdem, quae filiis* (7) *competit, contra heredes inſti-*

ADNOTATIONES

(3) Lex, quae citatur, eſt 4. *Cod. Theod. de legitimis hereditatibus lib. 5. tit. 1.* Eadem haec lex occurret etiam inferius ad Titulum XXII. *de Donationibus*. Quem heic Conſtantinum ſalutari vides, Conſtantianum appellandum, contendit Gothofredius, qui fuit praeſertim P. P. Galliarum ſub Valentiniano Jun. ann. D. 389. Vid. *Proſopographiam Cod. Theod.*

(4) Heic Ottobonianum Mſ. vocem *nepotes* omittit, quae ex ſuprapoſitis ſubintelligi debet. Adeſt tamen in Vatic., & in Editis.

(5) Paullo aliter legitur in Editis: *Quarta vero, id eſt Falcidia adſignatur defuncti parentis fratri, ejuſque filio, nepoti, ac pronepoti per virilem ſexum venientibus*. Mſ. Vaticanum ab Ottob. fere nihil differt, ſi excipias vocem *venientibus* pro altera *deſcendentibus*.

(6) Mſ. Ottobon. habet *portio ab avis*; Vatican. *portio avi*; Edita vero *portio ab avo*.

(7) Recte in Cod. Ottob. proſtat vox

qđ in ſupraſcripta . lege tenetur . inſertū . De ſucceſſiones matꝝ . uel patruoꝝ . qualiter filio . defunĉto ſuccedant . euidenter exp̄mitur . ut de hereditate . defunĉti . fili mater . terciabis . ſe patruus . uel ſi plures . fuerint . patrui conſequantur , quā & in porcione . filius . patrui & nepus . p uirilem . ſexū . agnaciones . iure ueniens debit ſuccedere ſecundū legem theudoſiani . titul ſupraſcripto . ad baſsū pręf̄t . urb̄ data . quod ſi defunĉtus nec matrem habuerit . nec filius nec nepotis . auus ei paternus . auie-

inſtitutos moveant actionem , quod in ſupraſcripta lege tenetur (8) *inſertum . De ſucceſſione vero* (9) *matrum , vel patruorum , qualiter filio defuncto ſuccedant , evidenter exprimitur , ut de* (10) *hereditate defuncti filii mater tertiam , beſſem patruus , vel ſi plures fuerint patrui , conſequantur , in quam etiam portionem* (11) *filius patrui , & nepos per virilem ſexum agnationis jure* (12) *veniens debet ſuccedere ſecundum legem Theodoſiani titulo ſupraſcripto ad Baſſum Praefectum Urbi datam* (13) *. Quod ſi defunctus nec matrem habuerit , nec nepotes , avus ei paternus*

ADNOTATIONES

vox *filiis* , quae adeſt etiam in Vatic., ſed tamen deſideratur in Editis .

(8) Editio Nivellina habet *ponitur* pro *tenetur* , ut in Mſs. Ottob., Vatic. , & in Editione Schultingii .

(9) Particula haec abeſt ab Ottob. Cod. , quam ex Vatic. , & Editis heic adduximus .

(10) Ubi in Editis eſt *in hereditate* , uterque Codex noſter habet *de hereditate* .

(11) Licet Codex Ottobon. heic corruptus ſit Amanuenſis indiligentia , tamen legendum eſſe conſtat , uti nos expreſſimus . Edita vero ſic habent : *quem etiam filius patrui &c.* Codex Vatic. non abſimilis ab Ottob. habet : *quam etiam portionem filius patrui &c.*

(12) Verba haec *agnationis jure* abſunt a Cod. Vatic. , & ab Editis .

(13) Primum adnotamus verbum *ſuccedere* , pro quo in Editis , & in Cod. Vatic. legitur *accipere* . Lex , ad quam provocat Papianus , eſt l. *cit. lib. & tit.* De Baſſo Praefecto Urbi jam ſupra aliquid attigimus ad Titulum VIII. adnotat. noſtra (5) , quam conſule .

auiequa paterne . ſuccedant . que ꝑſone ſi deſuerint . ꝓonepus ꝓneptis . que . ad hereditatem eius ueniant . quibus eciã non extantebus . ꝓauo ꝓauie . locus ſucceſſionis aperitur . De ſucceſſionibus . uero . a latere uenientibus . fratrui uel ſorori . inteſtatis frater hac ſoror cunſanguenii uel germanie quod iure ſuccedant . Si ei qui defunctus erat . ſit frater aut ſoror . ei alterius fratres uel ſororis . fili frater uel ſoror . heres erit . qui ſecund᷑ gradu conſtitutus eſt . non alterius; fratres uel ſorores fili qui tercio grado conſtituti ſunt . qud᷑ fratres non ſint . & ſint fratꝝ fili ſingulas & equales porciones tollant ſciendũ

nus (14) , *aviaque paterna ſuccedant , quae perſonae ſi deſuerint , pronepos* (15) , *proneptiſque ad hereditatem ejus* (16) *veniant , quibus etiam non exſtantibus , proavo , & proaviae locus ſucceſſionis aperitur . De ſucceſſionibus vero a latere venientibus fratri , vel ſorori inteſtatis frater , ac ſoror conſanguinei , vel germani aequo jure ſuccedant . Si ei , qui defunctus eſt , non ſit frater , aut ſoror , ſed alterius fratris , vel ſororis filii , frater , vel ſoror heres erit , qui ſecundo gradu conſtitutus eſt , non alterius fratris , vel ſororis filii , quia tertio gradu conſtituti ſunt . Quod ſi fratres non ſint , & ſint fratrum filii , ſingulas , & aequales portiones tollant* (17) . *Sciendum tamen eſt , agna-*

ANOTATIONES

(14) In Codd. Ottob., & Vatic. τῷ *avus* additur *paternus* ; verum τῷ *avia* in Ottob. accenſetur *paterna* , ut legi omnino debet , in Vatic. vero *materna* , quod claudicat . At Jure novo cum etiam Pronepotes repraeſentationis jure donati fuerint , avos , & avias repellunt , ut in *Inſtit. de heredit. , quae ab inteſt. deferunt.* §. *6.* , *& ult.*

(15) Quod heic ſingulari numero exprimit Codex Ottob. , plurali effertur in Vatic. , & Editis ; immo in Vatic. τῷ *proneptesque* additur etiam *ſuae.*

dũ tãm eſt agnatus etiã. longiori gradu poſitus cognatis. proximioribus anteferre agnati ſunt. ꝑ uirile ſexũ. uenientis cognati. qui ꝑ feminas. ueniunt. qui ſe in ꝓpinquitate. interuenerit. ſoluta agnacione. fit cognacio. quod ſi cognati defuerint. cogna-

agnatos etiam longiori gradu poſitos cognatis proximioribus anteferri. Agnati ſunt per virilem ſexum venientes; Cognati, qui per feminas veniunt, qui ſi in propinquitate pervenerint (18), *ſoluta agnatione, fit cognatio* (19). *Quod ſi agnati defuerint, cognatus*

ADNOTATIONES

(16) Vox *ejus*, quae eſt in Cod. Ottob., abeſt a Vatic., & Editis.

(17) Periodus haec omnis de ſucceſſionibus a latere longe plenior eſt in Ottob. noſtro Codice, quam in Vatic., & Editis, ubi ſane aliqua deeſſe videbuntur, ſi quis in Jure peritus attente velit introſpicere. Sic enim habet MS. Vatic: *De ſucceſſionibus vero a letere venientibus, fratris, vel ſororis filii heredes erunt ſecundum gradum, qui conſtitutus eſt, & non alterius fratris, vel ſororis filii. In capita inter eos hereditas dividatur, ita ut quanti fuerint fratrum filii ſingulas, & aequales portiones tollant*. Heic ſane praeſertim deeſſe vides ſucceſſionem ipſorum fratrum, ac ſororum, quae initio ſtatui debuerat. In Editis vero ſic: *De ſucceſſionibus vero a letere venientibus frater, vel ſoror fratris, vel ſororis heres erit, ſecundum gradum, qui conſtitutus eſt, & non alterius fratris, vel ſororis filii. In capita inter fratris filios hereditas dividetur, ita ut quanti fuerint fratrum filii, ſingulas, & aequales portiones tollant*. Heic vero in ſucceſſionum hujuſmodi enumeratione reticentur fratrum filii, quorum jura dumtaxat in hereditatis diviſione proferuntur inferius, turbato ordine, poſt alterius fratris filios, qui in tertio gradu conſtituti ſunt. Cetera diſcrimina quilibet ex ſe prima fronte deprehendet. Verum heic praeterire non poſſumus, in Ottobon. Cod. haberi *fratres, ac ſorores conſanguineos, & germanos*, quod ſane nihil aliud ſignificat, quam fratres, & ſorores ex eodem patre, aſt ab alia matre profectos, quos *conſanguineos* vocat Paullus *Sentent. lib.* IV. *tit.* VIII. §. 15., Cajus *Inſtitit. lib.* II. *tit.* VIII. *de Inteſtat. heredit.* §. 3., & Imperator §. 1. *Inſtit. de legitim. agnator. ſucceſſion.*, Tum eoſdem ex uno ſimul patre, ac matre prognatos, qui *germani* nuncupantur, ut nemo eſt, qui neſciat.

(18) Heic Ottobon. Codex corruptus eſt, quem ex parte aliqua emendamus juxta lectionem Codicis Vatic., in quo legitur: *quia ſi in propinquitate pervenerint*. Edita habent: *quia ſi in propinquitate venerit femina*. Ottob. Codex ceteris accuratior eſt in articulo *qui* pro *quia*.

(19) Verum nunc ſublata ſunta gnationis, & cognationis diſcrimina, & confuſa utriuſque jura per Novell. Juſtin. CXVIII. 3. Deinde & remotiores agnati, propioribus hereditatem repudiantibus, vocati poſtea ſunt per conſtitutionem, cujus meminit Imp. §. 7. *Inſt. de legit. agnat. ſucceſſ.*

cognatus grado . ꝓximo . ad fucceffione . citeris cognati ante ponetur,

gnatus gradu proximus ad fucceffionem ceteris cognatis anteponetur [20].

ADNOTATIONES

(20) Antea legebatur *interponitur*, ut in Edit. Nivellina. Schultingius edidit *anteponitur*, ut eft etiam in Cod. Vatic. Verum Ottob. habet *anteponetur*.

De commutione litium. TIT. XI.

IS qui petitur eft litem & genus accionis fue edere debit. quod nifi intra triduũ. fecerit causã. ꝑdit hedere. autem. hoc eft ut manu fua quid repetat. quidue obiciat. fcriptũ ei quem pulfat ante iudicem difcernendũ eft. in omnibus negociis aut ꝑ fe

IDEM TITULUS

LECTIONI SUE RESTITUTUS.

De Commotione litium.
Titulus XI [1].

IS, *qui petitor eft, litem, & genus actionis fuae edere debet; quod nifi intra triduum fecerit, cauffam perdit. Edere autem hoc eft, ut manu fua quid repetat* [2], *quidve objiciat, fcriptum ei, quem pulfat, ante Judicem det* [3]. *Sciendum eft* [4], *in omnibus negotiis aut* [5] *per fe cauffas fuas u-num-*

ADNOTATIONES

(1) Titulus hic in Editis eft XII.; Aft in Ottoboniano, quin & in Vaticano Mfs. eft XI.

(2) Edita habent *petat*; Verum Cod. Ottob., & Vatic. *repetat*. Heic Vatic. multa infuper habet, quae extra rem funt, quaeque proferre inutile ducimus.

(3) In utroque Codice legitur: *ante judicem det*, dum in Editis proftat *ante judicium det*.

ꝑ se causas suas. unũ quemq. dicere debere. aut certe mandatũ gestis. allaegatũ in ꝑsona quem uoluerit. legitimum esse faciendũ. quia nec femine nec infamio notato. nec minori accio ulla mandatur. quđ si mandare uoluerit. his qui accio suscepit. fedeiussorem idoneum det quidquđ fuerit iudicatum. se ꝓmittat implere aliter quicũque alienę cause se miscuerit. ꝓ calũniatore hoc est. ut fames. de iudicio expellatur in exilio deportandus. criminalis

numquemque dicere debere, aut certe mandatum gestis allegatum in personam, quam voluerit, legitimum esse faciendum, quia nec feminae, nec infamia notato (6)*, nec minori* (7) *actio ulla mandatur; Quod si mandare voluerit is, qui actionem suscepit, fidejussorem idoneum det, qui quod fuerit judicatum, se* (8) *promittat implere. Aliter quicumque alienae caussae se miscuerit, pro calumniatore damnatur* (9)*, hoc est, ut infamis de judicio expellitur in exsilium deportandus* (10)*. Criminales vero*

ADNOTATIONES

(4) In Codice Ottob. habetur *discernendum est*; Verum id factum est inscitia Amanuensis, qui ex male copulatis vocibus *det*, & *sciendum* conflavit cerebrosum verbum *discernendum*.

(5) Particula *aut* abest ab Editis, & a Cod. Vatic., sed recte eam habet Cod. Ottob.

(6) Obsoletae nunc sunt hae exceptiones per §. *ult. Instit. de except.* licet earum adhuc exstent vestigia. Infamis enim pro alio postulare posse notatur *l.* 1. §. *secundo loco*, & §. *ait Praetor ff. de Postul.* Vid. Quintilianum *lib. III. cap. 6.*, & *lib. IV. cap.* 4., & alibi, tum Symmachum *lib. I. Epist.* 18.

(7) Minor negotiorum procurator esse potest, postquam XVII. annos impleverit, & XVIII. attigerit §. *justae Instit. qui, & quib. ex caus. manumitt. non licet*. Vid. Cuiacium *Observation. lib. XXII. cap.* 16.

(8) Deest praenomen *se* in Editis, & in Mss. Vatic., sed habet Ottob.

(9) Abest a Mss. Ottob. verbum *damnatur*, quod ex Editis, & Vatic. supplevimus. Ceterum haec Legis acerbitas a Jure Romano non agnoscitur, ut proinde Papianus aliunde petierit, necesse sit.

(10) Schultingius edidit *deputandus*, quod habet etiam Nivellina Editio, & Mss. Vatic. Sed Ottob. habet *deportandus*, quod frequentius occurrit in Jure Romano, licet H. Aleander

nalis uero. accionis nullatenus posse mandare. nisi ab epm aut prbs ad quos tamen dati exitus reuertetur messiuis uero. firias & uindimialibus. pascalibus

ro actiones nullatenus posse mandari, nisi ab Episcopis, aut Presbyteris, ad quos tamen mandati exitus revertetur. Messivis vero feriis, & vindemialibus (11), *Paschalibus etiam XV. diebus*

ADNOTATIONES

der ad *Caii Instit. lib. II. tit. 3.* §. 5. plura exempla proferat, quibus *deputare* ostenditur idem esse, ac *deportare*.

(11) Feriae dicebantur ἀργίαι, καὶ σχολαὶ, in quibus erat ocium, & cessatio operum, & judiciorum. Hinc earum tempore vis omnis avertebatur, quo pertinet lepidum illud, quod apud Macrobium legitur *Saturnal. lib. I. cap.* 15: *Feriis vim cuiquam fieri, piaculare est: ideo tunc vitantur nuptiae, in quibus vis fieri virginibus videtur. Sed Verrium Flaccum Juris Pontificii peritissimum dicere solitum, refert Varro, quia Feriis tergere veteres fossas liceret; novas facere jus non esset: ideo magis viduis, quam virginibus idoneas esse Ferias ad nubendum*. Inter has ferias adnumerabantur illae, quae messium, vindemiarumque caussa indulgeri consueverant. Earum originem Ulpianus ab Oratione Divi Marci repetere videtur, dum ait *l.* 1. *ff. de Feriis*: *Ne quis messium, vindemiarumque tempore adversarium cogat ad judicium venire, Oratione Divi Marci exprimitur, quia occupati circa rem rusticam in forum compellendi non sunt*. Verum ante Marci imperium feriarum usum invectum fuisse, patet ex Statio *Sylvar. lib. IV. vers.* 39., ubi sic loquitur:

Certe jam Latiae non miscent jurgia leges,
Et pacem piger annus habet, messesque reversae
Dimisere forum: nec jam tibi turba reorum
Vestibulo, querulique rogant exire clientes:
Cessat centeni moderatrix Judicis hasta.

Quod Plinius *Epist. ad Arrianum lib. VIII.* de litium intermissione Mense Julio scribit, facile messium ferias designat, quemadmodum etiam easdem innuit Gellius *Noct. Attic. lib. IX. cap.* 15., dum feriarum aestivarum tempore contulisse se Neapolim testatur. Vindemiales etiam feriae memorantur a Divo Augustino *Confession. lib. IX. cap.* 2. Quot autem diebus hujusmodi feriae constarent, non certa res est. Paullus quidem *l. praesides ff. de Feriis* scribit ex cujuslibet loci consuetudine messis, & vindemiae tempus per Praesides Provinciarum statutum fuisse. Ast Theodosius certa temporis periodo has ferias definivit, ut nempe a die VIII. Kal. Julii usque ad Kal. Augusti messis ferias, atque a X. Kal. Septembris usque ad Idus Octobris vindemiales extenderit, ut erui potest ex *l. ut in die Dominico C. de Feriis*, si tamen lex haec legitima, ac genuina censenda est, de qua sane addubitat Barnabas Brissonius in ejus Commentario *de Spectaculis, & de Feriis*, edit. Lug. Batav. 1742. *pag.* 250., ubi haec erudite expendit. Ceterum ad geminos menses protractas fuisse hujusmodi ferias, produnt Imperatoriae Leges, non modo in *l. omnes Cod. Theod. de Feriis*, sed & in *l. publicas*

bus eciam. XV diebus & natalis dñi septe dominicis. eciam. diebus citeris epysanie & quinquagissime,

bus [12], *& Natalis Domini VII.* [13]; *Dominicis etiam diebus* [14], *ceterisque Epiphaniae* [15], *& Quinquagesimae* [16] *nulla por-*

ADNOTATIONES

cas Cod. eod. tit. Ulpianus *l.* 1., *&* 2., *& l. solet ff. de Feriis*, & Impp. in *d. l. publicas* recensent caussas nonnullas, quae etiam in recitatis feriarum diebus in jus produci possint. Ast in Legibus Ottonis I. Imp., quas Francicis, & Langobardicis addidit, *Tit.* III., qui est *de Feriis*, Messivas, & Vindemiales Ferias sublatas habemus; Sic enim sancitur: *Nec enim tempore messis, vel vindemiarum legis Edictum effugere debent, qui nullo tempore peccare desierunt: bene enim facere, verum dicere, justitiam amare, rectum judicare omnibus temporibus licuit, semperque licebit, quia a bonis nunquam, a malis autem operibus semper requiescendum esse, catholice didicimus*. Verumtamen Ecclesiae Solemnitates excepit, ut patebit infra adnotatione nostra (15).

(12) Valentinianus quidem, Theodosius, & Arcadius anno Ch. 389. legem condiderunt, qua non solum recolendos Paschatis dies, qui septeno numero vel praecedunt, vel subsequuntur, inter ἀέργους, sive feriatos adnumerari, verum & XV. Paschalium dierum spatio compulsionem, & annonariae functionis, ac debitorum exactionem differri praeceperunt, ut ex *l. omnes dies Cod. Theod. de Feriis* luculenter eruitur, ubi consulendus Gothofredius. Iidem quoque Impp. tribus post annis aliam constitutionem ediderunt, quae in *l. actus Cod. eod.* refertur, quaque actus omnes sive publicos, sive privatos XV. Paschalibus diebus desidere demandarunt, si excipias mancipationis, & manumissionis solemnitates, quarum liberam unicuique eo tempore potestatem esse voluerunt. Placuit etiam deinde Honorio, ac Theodosio a feriatis hujusmodi diebus quaestiones in latrones, & Isauros praecipue esse excipiendas, ut Provinciarum Praesidibus in eosdem animadvertere Paschali etiam die injunxerint. Exstat etiam Domini Manuelis Comneni Novella, mense Martio, indictione XIV., anno ab orbe condito 6674. emissa, quae legitur in *Jure Orientali* Enimundi Bonefidii inter Constitutiones Imperatorias *lib.* I. edit. Henrici Stephani ann. 1573. *pag.* 58., quaque cessare judicia voluit Paschalibus diebus, dum feriatos statuit *item dies Paschales ab ipsa Lazari resurrectione usque ad ipsum post sacrum Pascha octavum*. Vide & Leges Rescisswindi Viso-gothorum Regis *lib.* II. *tit.* 1. *l.* 11. Ceterum videndus Brissonius *cit. Commentar. pag.* 58.

(13) Diem Christi genethliacum EcclesiaePatres inter religiosissimos adnumerant, Chrysostomus nempe, & Ambrosius, ut proinde & ipsum inter feriatos, & a forensi strepitu vacuos Impp. statuerint & in *l.* 2., & in *l. omnes dies Cod. de Feriis*. Tandem in recitata Manuelis Comneni Novella inter feriatos dies adnumeratur *item vigesimus usque ad ipsum sextum Januarii, utpote quod diebus illis natalitia, & baptismus Domini, & Dei, & Servatoris nostri* JESU CHRISTI *celebretur*. Vid. Brissonium *pag.* 39.

(14) Dominicos dies, utpote quos divino cultui mancipavit Ecclesia, feriatos a judiciis Christiani etiam Impp. volue-

me, nulla prurſus. litigia comouenda. quđ ſi factũ.

la prorſus litigia commovenda (17). *Quod ſi factum fuerit, erit*

ADNOTATIONES

voluerunt. Exſtant nempe duae Conſtantini conſtitutiones, quarum una legitur in *l. omnes Cod. de Feriis*, quaequae ſic ſe habet: *Omnes Judices, urbanaeque plebes, & cunctarum artium officia venerabili die Solis quieſcant*; Altera vero habetur in *l. 1. de Feriis* ſic: *Sicut indigniſſimum videbatur diem Solis venerationis ſuae celebrem altercantibus jurgiis, & noxiis partium contentionibus occupari; ita gratum, & jucundum eſt eo die, quae ſunt maxime votiva, compleri. Atque ideo emancipandi, & manumittendi die feſto cuncti licentiam habeant, & ſuper his rebus acta non prohibeantur.* Conſtantini exemplo Theodoſius etiam *l. 2. Cod. de Feriis*, cauſſis, ac judiciis omnibus quieſcentibus, emancipationis, & manumiſſionis celebrationem Dominico die indulſit. Leo etiam Imp. promulgatarum legum obſervantiam rurſus indixit, ut teſtatur Nicephorus *Hiſtor. Eccleſ. lib. XV. cap. 20.*, eaque Leonis conſtitutio habetur nunc, cenſente Briſſonio ad *cit. Comment. pag. 32.*, *l. ult. Cod. de Feriis*, atque ita loquitur: *Dominicum diem ita ſemper honorabilem decernimus, & venerandum, ut cunctis excuſetur, nulla quemquam urgeat admonitio, nulla fidejuſſionis flagitetur exactio, taceat apparitio, advocatio deliteſcat. Sit ille dies a cognitione alienus; praeconis horrida vox ſileſcat, reſpirent a controverſiis litigantes, & habeant foederis intervallum. Ad ſe ſe ſimul veniant adverſarii &c.* Tandem inter feriatos dies etiam a Manuele Comneno in laudata Novella recenſentur *omnes totius anni dominici dies, ut in illis omnis in judicium aditus praecludatur, ac nemo judicum judiciale quiddam faciat.* Conſule eumdem Briſſonium *p. 29.*

(15) Hic qnoque dies inter eos habetur, quos Chriſtiana Religio jam olim ſacros, & a judiciis vacuos habere conſuevit. Ammianus Marcellinus *lib. XXI. cap. 2.* ita loquitur: *Et ut haec interim celarentur, feriarum die, quem celebrantes menſe Januario Epiphaniam dictitant, progreſſus in eorum Eccleſiam, ſolemniter Numine adorato, diſceſſit.* Exſtat & Theodoſii Conſtitutio *l. 2. Cod. de Feriis*, qua hic dies inter feriatos accenſetur, cui additur altera Impp. Valentiniani, Theodoſii, & Arcadii, ſcilicet *l. omnes dies Cod. eod.* Vid. Briſſonium *pag. 41.*

(16) In *cit. l. omnes dies Cod. de Feriis* deſideratur *Quinquageſima*, quae a judiciorum cognitione excipiatur, atque inter feriatos dies connumeretur. Ceterum dies *Pentecoſtes*, qui ſcilicet Latinis eſt *Quinquageſima*, etiam apud Hebraeos celebris fuit, & poſt quinque decadas Paſchae celebrabatur, ut inde nomen acceperit, quo proinde לחם פנים *lebem panim*, ſive ex LXX. virali verſione ἄρτοι ἐνώπιοι, aut ἄρτοι τῆς προθέσεως, ideſt, ut fert vulgata verſio, *panes propoſitionis* de novis frugibus offerebantur. Maximus quoque Epiſcopus Sermone de Feſto Pentecoſtes ipſum non inferiori laetitia, aut ſolemnitate celebrandum, quam Sanctum Paſchae diem contendit. Vide Briſſonium *cit. Commentar. pag. 70.* Aſt in laudata Manuelis Comneni Novella ſic de Pentecoſte praecipitur: *Hiſce omnibus feriatis diebus connumerabuntur medietates quadrageſimalis jejunii, & pentecoſtae.* Tandem hic quoque dies inter feriatos habetur in Legibus Ottonis I. Imp., quas Francicis, & Langobardicis addidit, *Tit. III.*, qui eſt *de Feriis n. 3.*, ubi ſic loquitur: *In*

ctũ. fuerit. feueriffime a iudicibus. uindicandũ. fifcalia uero negucia . dici eciã firiaticis. diebus licebit.

erit [18] *feveriffime vindicandum*. *Fifcalia vero negotia dici etiam feriaticis diebus licebit* [19].

ADNOTATIONES

In nativitate vero Domini, in Epiphania, & in ftatutis jejuniorum diebus, in diebus Quadragefimalibus, in Pafcha, & Afcenfione Domini, in Pentecofte, in Dominicis diebus, in feftis praecipuis judiciarios motus exequi, publicas quaeftiones appeti, ut hae folemnitates, quae funt Chriftianorum, cum omni vigilantia celebrentur, penitus prohibemus. Quinquagefimam inter divinas ferias recenfuit etiam Heineccius In *Element. Jur. Civ. fec. ord. Pandect. lib.* I. *Tit.* XII. §. 321., quem juvabit de hoc toto feriarum argumento confulere non heic folum, fed etiam in *Elem. Jur. German. lib.* III. *tit.* III. §. 117., licet ibidem haec paucis admodum agat.

(17) In Editis antea legebatur: *Nulla prorfus funt litigia contingenda*; quemadmodum etiam habetur in Cod. Vatican. Verum melius fe habet Ottobon.

(18) Verbum *erit* abeft a Cod. Ottobon., quod nos ex Editis fupplevimus.

(19) In Editione Nivellina habetur: *dominicis, & feriatis diebus*; Verum hoc repugnat *l.* 5., & *l. ult. Cod. de Feriis*.

De inquirendis animalibus & rebus. TIT. XII.

SI quis ingenuus querente animalia aut res ſuas. domũ inquirendũ intrante ꝓibuerit. ꝑ fure teneatur. ita ut rem que requiretur quadroplũ ſoluit. & tam̃ racione. ut cũ tribus ingenuis. teſtibus. ubi ſuſpicionem inueniendi. furti. habit. ingrediatur. quod ſi aut colonus aut ſeruus. taliter querentem. ꝓibuerit. fuſtiario ſupplicio. a iudicibus eius. p̄sũcio uindicitur. & ab his res ꝑdite. ſimbro ſoluantur.

IDEM TITULUS
LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

De inquirendis animalibus, & rebus.
Titulus XII. (1)

SI quis ingenuus quaerentem animalia, aut res ſuas domum ad inquirendum (2) *intrare prohibuerit, pro fure teneatur, ita ut rem* (3), *quae requiritur, quadruplum ſolvat, hac tamen ratione, ut cum* (4) *tribus ingenuis teſtibus, ubi ſuſpicionem inveniendi furti habet* (5), *ingrediatur. Quod ſi aut* (6) *colonus, aut ſervus taliter quaerentem* (7) *prohibuerit, fuſtuario ſupplicio a Judicibus ejus praeſumptio vindicetur, & ab*

ADNOTATIONES

(1) Hic quoque Titulus, qui in utroque Cod. Ottob., & Vatic. proſtat ſub *n.* XII., in Editis exſtat ſub *n.* XIII.

(2) In Editis *ad quaerendum* legitur; In Cod. Ottob. deſideratur *ad*, quod nos ſubſtituimus.

(3) Uterque Codex noſter Ottob., & Vatic. habet *rem*, cum Edita habeant *rei*.

(4) Particula *cum* abeſt ab Editis, quam ex Cod. noſtro exhibemus.

(5) Cod. Ottob. legit *habet*: Edita *habuerit*.

(6) Particula *aut* item in Editis deſideratur, quam ex Cod. Ottob. juvat proferre.

(7) In Editis eſt *requirentem*; Codex noſter legit *quaerentem*.

tur. secundú speciem gagi que hoc de ꝑdites statuit.

ab his res perditae simplo solvantur (8), *secundum speciem Gagi, quae hoc de perditis statuit* (9).

ADNOTATIONES

(8) Uterque Codex noster legit, pro ut in Textu; Edita vero aliter: *Et ab eo rei perditae exolvatur*.

(9) Heic notanda est primum Editorum in lectione varietas; Ea enim habent: *Qui hoc de prohibitis statuit*; & Editio Schultingii: *Qui hoc de prohibiti furti actione statuit*; ut proinde idem Auctor ad calcem *lib. Institut. Caii adnotat.* (39) ex hoc arguat, Cajum in Institutionibus aliquid de prohibiti furti actione scripsisse, quod tamen deperiit. Ast mihi arridet magis lectio Ottob. Codicis, scilicet: *Quae hoc de perditis statuit*. Tum adverto, Schultingium putare quidem, Papianum nonnulla ex Cajo desumpsisse, verum plura etiam ex suo, vel aliunde tulisse, quae a Caii scriptis absfuerint, & praesertim, quae traduntur de fustuario supplicio, quod habetur etiam antea ad Tit. VI., & inferius recurrit ad Tit. juxta Edita XX., ast XIX. juxta Ottobon. Codicem; Contendit enim, servos potius flagellis caesos fuisse, ut patet ex *l.* 10. *ff. de poen.*, & ex Paulli *Sententiar. lib.V. tit.* 4. §. *ult.* Adest insuper testimonium Callistrati *l.* 38. §. 11. *de Poenis*, ubi ait: *Non omnes fustibus caedi solent, sed hi dumtaxat, qui liberi sunt.* Vide & Petrum Fabrium *Semestr. lib. I. cap. XVII.*, *& lib. II. cap. V.*, tum etiam *cap. VI.*, ubi confirmat, in servos lora, & flagella adhiberi consuevisse, fustes autem, & virgas in liberos, licet tamen tenuiores, & plebejos, veluti libertos, scenicos, tabernarios, lenones, arenarios, ceterosque hujuscemodi. Fustigatio fuit etiam poena militaris, quae aut pro vigiliis, aut pro circuitione neglecta irrogabatur, ut testatur Sichtermanius *Dissert. de Poen. milit. cap. II.* Ceterum patet ex Lege Salica *Tit.* XXXIX., adnotante Eccardio, torturam apud veteres Francos a fustigatione incoepisse, ut proinde Papianus flagellorum poenam in fustuarium supplicium ex more gentis converterit. Hoc sane suadere facile posset, revera hoc Responsum, sive Legem dixeris, jussu Theoderici Francorum Regis a Papiano pro Romanis concinnatum fuisse, ut in Praefatione, & in adnotat. (14) ad Titulum II. superius demonstrare contendimus. Ast de fustuario supplicio consulendus est Gothofredius ad *l.* 5. *Cod. Theod. de Episcopis lib.* 16. *tit.* 2., ubi de eo pluribus disserit. Ceterum fustigatio, praesertim cum decalvatione conjuncta etiam apud Germanos fuit usitatissima, ut ostendit Heineccius *Elem. Jur. German. lib. II. tit.* 30. §. 374.

De damnis animalium uel si quid ꝑ ea. casu euenerit. Tit. XIII.

SI animal cuiuscũque dãnũ intulerit autstimacione. damni dñs soluat. aut animal. cedat. quđ eciã de cane. & bipede placuit obseruari. secunđ speciẽ pauli setentiaꝝ. lib̄ primo sub titulo si quadropis pauperẽ fecerit. De cane eciã sub eodem titul. conp̄hensũ ut si quis. seruũ cane in plateis. uel

IDEM TITULUS

LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

De Damnis animalium, vel si quid per ea casu evenerit. Titulus XIII. (1)

SI animal cujuscumque damnum intulerit, aut aestimationem damni dominus solvat (2)*, aut animal* (3) *cedat; quod etiam de cane, & bipede placuit observari, secundum speciem Paulli Sententiarum libro primo sub titulo: Si quadrupes pauperiem fecerit* (4)*. De Cane etiam sub eodem titulo comprehensum est* (5)*, ut si quis saevum* (6) *canem in plateis, vel* (7) *in viis*

ADNOTATIONES

(1) In Editis signatur hic Titulus sub *n.* XIX., cum tamen in utroque Cod. nostro Ottob., & Vatic. habeatur sub *n. XIII.*

(2) Uterque laudatus Codex habet *solvat*; Edita *dissolvat*.

(3) In utroque pariter Codice legitur *animal*; Edita habent *animali*.

(4) Titulus, qui heic innuitur, est XV. *lib. I.*

(5) Verbum *est* in Ottob. Cod. desideratur, quod nos ex Editis supplevimus.

(6) Sententia haec Papiani: *Si quis &c.* in Aurelianensi Paulli Sententiarum Editione Paullo accensetur, cum tamen stilus a Paullo abhorreat. Ceterum non diffiteor, Paullum hac de re verba fecisse, licet nunc eadem ad *Tit. XV. lib. I.* harum Sententiarum desiderentur. Dein etiam ex Aedilium Edicto cautum fuit, ne quis sub gravi poena canem, aliudque noxium animal, sive solutum, sive ligatum in plateis, viisque publicis habeat, ut constat ex §. *I. Inst. lib. IV. tit. 9. Si quadrupes pauperiem fecerit*, & ex *ll. seqq. ff. de Aedilit. Edict.* Nunc vero notandum

uel in uiis publicis in legam̃ diurnis oris. non relegecuerit quid quid damnum fecerit . a dño soluatur . his illud adiectũ . ut si quis cauallũ . qđ uel aliũ

viis publicis in ligamen diurnis horis non redegerit (8) , *quidquid damni fecerit* , *a domino solvatur* (9) . *His illud adjectum* , *ut si quis*

ADNOTATIONES

dum est , in Editione Nivellina legi *si cacuum canem* , qood cum displiceret Schultingio , Ipse scribendum censuit *si quisquam canem* . In Vaticaoo autem Mss. legitur *siquis sacuum canem* , ac tandem in Ottob. , ut ex suprapofito Textu apparet , *si quis servum cane* . Quare oos tum ex sensus proprietate , tum ex litterarum facili quadam immutatiooe legendum conjecimus , nec forte invitis Musis , *si quis saevum canem* . Quid enim facilius , quam *saevum* in *sacuum* , ut in Vatic. Mss. , tum in *seruum* , or legitur in Ottob. , Amanueosiom inscitia fuisse conversum ? His accedit , quod canes saevi , atque feroces a veteribus interdiu alligati tenebantur , ut docet Varro de *Re Rustic. lib. I. cvp.* 21. , tum & Phaedrus *lib. III. Fab. 7. v.* 18. , ubi sic loquentem canem inducit :

Quia videar acer , alligant me interdiu .

De cane mordente alligando legem tulit etlam Solon , ot narrat Plutarchus in ejus vita *cap. XL:* Ἔγραψε δὲ καὶ βλάβης τετραπόδων νόμον , ἐν ᾧ καὶ κύνα δακόντα παραδοῦναι κελεύει κλοιῷ τετραπήχει δεδεμένον . *Legem praeterea scripsit* (Solon) , *si quadrupes pauperiem fecerit , in qua canem , qui momorderit , ligatum quatuor cubitorum catena noxae dari praecipit* . Canes insuper , qui ad ostii limina adservabantur , catenis vincti erant ; Unde *Catenarius canis* apud Petronium in *Satyric. cap. LXXII.* Suspicari etiam mihi contigerat , forte in autographo scriptom fuisse *segusium canem* , ut habetur in Lege Salica *Tit. VI.* §. 1. , Siquidem *Segusii* , *Seusi* , *Seugii* , *Seuces* , *Suses* , *Siugii* , *&* *Suegii canes* in legibus antiquis , & in Chartis saepius occurrunt . Tum Xenophoo Jun. , sive Arriaous Atheniensis in *Cynegetico cap.* III. a Francico Populo Canes ἐγουσίας dictos existimat . In *Glossis* veteribus *Suses* sunt *magni Canes* , qua ex voce si *Segusius* manasset , forte heic quoque ita legi posse , non abnuerem , praesertim cum magni Canes ob ferociam formidari saepe soleant . Ast potius cum Eccardio crederem, *Segusium* Canem eomdem esse , ac *investigatorem* , qui si recte sentit , nequaquam *Segusius* Canis inter noxia animantia adnumerandus videtur , ut Interdiu a domino alligari debeat . Stet ergo prior nostra lectio .

(7) In Editis *aut* ; ast in utroque nostro Codice *vel* .

(8) Verbi mooftrum *relegecuerit* conflavit Amanuensis ex verbo *relegaverit* , & *redegerit* , dum Inter scribendum penderet animi , utrum ex iis in album reciperet . Verum *redegerit* admittendum videtur , cum praecedat *in ligamen* , nec beoe sooet *in ligamen relegauerit* , licet tamen in Cod. Vatic. legatur *in ligamine* , & in Editis *in ligamina* . Verborum etiam transpositio ab Editis diversa prostat in utroque Codice nostro , ut ex comparatione patescit .

(9) Codex Ottob. habet : *a domino so-*

liũ animal . habens ſcabedũ ita ãbulare ꝑmiſerit . ut uicinoꝝ gregibus . ꝑmixtus ꝓpriũ . inferat morbũ . quidquid dãnum ꝑ eum datũ fuerit . ſimiliter a dño ſarcietur . Incendit eciã uel naufragii . caſibus . hac rogene ſi . ꝑ eum caſũ . res que cõmodantur . perierint . ſi cui cõmodata res eſt . abſolucione reteneri non poteſt niſi forte ſuã . rem liberaſſe. ꝓba-

ſi quis caballum [10] , *vel* [11] *aliud animal habens ſcabidum* [12], *ita ambulare permiſerit* [13] , *ut vicinorum gregibus permixtus proprium inferat morbum*, *quidquid damni per eum datum fuerit*, *ſimiliter a domino ſarciatur* [14] . *Incendii etiam*, *vel naufragii caſibus* [15] , *aut ruina* [16], *ſi per eum caſum res* , *quae commodatur*, *perierit* [17] , *is* , *cui commodata res eſt*, *ad ſolutionem rei* [18] *teneri non poteſt* , *niſi forte ſuam rem liberaſſe*

ADNOTATIONES

no ſolvatur, cum in Vatic., & in Editis legatur: *id a domino* diſſolvatur.

(10) Vid. adnotationem noſtram (9) ad Tit. III. hujus Reſponſi, ubi de hac voce aliqua attigimus.

(11) In Editis, & in Mſs. Vatic. legitur *quodque*, dum in Ottob. proſtat *vel*.

(12) Uterque Codex noſter, & Editio Nivellina habet *ſcabidum*; Verum Schultingius legit *ſcabioſum*.

(13) In utroque Codice legitur: *ita ambulare permiſerit* , cum Edita habeant : *ita dimiſerit*.

(14) Codex uterque pariter legit : *ſimiliter a domino ſarciatur*, cum in Editis habeatur : *ſimiliter ab eo reſarciatur*.

(15) Codex Ottob. legit *caſibus*; Edita vero habent *caſu*.

(16) Male heic habet Cod. Ottob. *hac rogene*, & Vatic. *hac ruina*; Quare praeſtat legere cum Schultingio *aut ruina* . Editio Nivellina habet *aut ruinae*.

(17) In Cod. Ottob. legitur hoc loco: *ſi per eum caſum res*, *quae commodantur*, *perierint*; At praeſtat legere ſingulari numero, ut in reſtituta lectione ſignavimus; ſic enim ſubſequentia poſtulant. Codex Vatic. leviſſime differt, dum legit; *ſi per eum caſu res commodata perierit*; Editio Nivellina ſic habet: *ſi per caſum commodatum perierit*; Ac tandem Schultingius ita edidit : *ſi res commodata perierit*.

(18) Corrupte legitur in Ottob. Cod: *abſolucione reteneri* ; Quare nos legendum cenſuimus: *ad ſolutionem rei teneri non poteſt* , ut proinde verba tranſponantur paullulum aliter ab Editis, in quibus legitur: *ad rei ſolutionem &c.*

ꝑbatur cũ deodem. caſu. rem cõmodatã eripere potuiſſet ſecunđ. ſentenciam pauli lib̄. ſecunđ ſub titu†. de cõmodato. & depoſito pignore & fiducia.

raſſe probetur, *cum de eodem caſu rem commodatam eripere potuiſſet*, *ſecundum Sententiam Paulli libro ſecundo titulo de Commodato*, *& depoſito pignore* (19), *& fiducia*.

ADNOTATIONES

(19) Conſule heic ad Paulli *Sententiar. lib.* II. *tit.* 4. adnotationes Cuiacii, Giphanii, & Schultingii, qui contendunt ſine interpunctione legendum *& depoſito pignore*, ut legitur etiam in Mſs. Ottob., cum & *Tit.* 5. §. 1. inferius in iiſdem Paulli Sententiis occurrat *pignus depoſitum*, tum etiam recurrat *lib. V. tit.* 26., *& l.* 36. *de cond. ind.* Pignus ſiquidem depoſitum dicitur; quod traditur creditori, quodque a conventa hypotheca dumtaxat diſcrepat. Aliter tamen videtur Gothofredio ad *l. un. Cod. Theod. de commiſſor. reſcindend.* Ceterum poſtrema pars haec Papianei Reſponſi deſumpta eſt a §. 1. *cit. lib.*, *& tit.* Paulli *Sententiarum*.

De

De ablatis pigneribus . & fedeiussorib:, TIT. XIIII.

DEbetur solucionū . deferens potest ad satisfacionem . pignerū usurpacione . conpelli quđ tam̄ sine sentenciā iudicis . fieri n̄ licebit . secundū ermogeniani . constitutionem . sub tituł . de pigneribus diuclesiani & maximiani . ad uienniū erennium . & antegonū uel alia ad septimū dato debeto .

IDEM TITULUS

LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

De ablatis pigneribus, & fidejussoribus. Titulus XIIII. (1)

DEbitor solutionem differens potest ad satisfactionem pignorum usurpatione (2) *compelli, quod tamen sine sententia Judicis fieri* (3) *non licebit, secundum Hermogeniani constitutionem sub titulo de Pignoribus Diocletiani, & Maximiani ad Viventium, Herennium, & Antigonum, vel aliam ad Septimium datam*

ADNOTATIONES

(1) Hic quoque Titulus in Codd. Ottob., & Vatic. est XIV., qui in Editis est XV.

(2) Adeo verum est, posse creditorem pignora sibi vindicare, aut auferre, si debitor sit in mora ad solvendum, ut creditori ipse debitor usurpandorum pignorum faciat potestatem, si ad certum tempus non sit solvendo. Testatur hoc charta oppignorationis fundi pro debito factae cuidam Giselperto a Barundulo anno 777., quam inter Excerpta Archivii Pisani profert Muratorius in *Antiquit. Med. Aev. To. III. col.* 1013., quaeque ita se habet: *Unde promitto ego, qui supra Barundulus, aut meus heredes tivi Gisilperti, aut ad tuos heredes, ut si suprascripti soledi ipso capital, sicut superius legitur, in suprascripto constitutu non dederemus, & non redderemus, & vos parati fuissetis recipere hic in Pisa ad Casa avitationis vestre, nos ivi parati non avveremus, & non redderemus ipso capital in integro, licentia aveatis tu aut tuos heredes supradicta terra avire & dominare in vestra potestate, tanquam si ea vovis da omnem hominem defendere non potueremus &c.*

(3) In Editis *facere*; at in Cod. Ottob. *fieri*.

to . deposito pignora credetore sine dilacione reddendum sub eodem titu to . oblegatis caucionem mancipiis debetor ꝓmisit usurã . prestaturũ . & mancipia . credetur intra statutũ tempus de domo . debitoris abdũx operas eoꝝ in usuras . specialiter impotandas . sub eodem ermogeniani . lib . legitimo ad nonnusã datã filiis familias . seruis uel colonis . nihil

datam (4) . *Oblato debito , depositum pignus a creditore sine dilatione reddendum sub eodem titulo . Obligatis cautione mancipiis , debitor promisit usuram* (5) *praestaturum , ea mancipia creditor intra statutum tempus de domo debitoris abduxit : operas eorum in usuras specialiter imputandas sub eodem Hermogeniani libro lege ad Nonnusam data* (6) . *Filiis familias , servis ,*

ADNOTATIONES

(4) Plura heic accervatim juvat perpendere ; ac primum quidem , licet Codex Ottob. habeat *Viennium* , nihilominus juxta Editorum fidem nos *Viventium* expressisse , cum etiam ita legere contingat in *Cod. Hermogeniano* , tum & Viventius alter occurrat Praefectus Urbi sub Valentiniano Sen. anno 364. , qui tamen in optimis Ammiani Marcellini Mss. *lib. XXVII. cap. 3. Juventius* scribitur ; ac tandem alter insuper habeatur Viventius Praef. Pr. Galliarum sub eod. Aug. anno 365., cum tamen apud antiquos Scriptores nullus Viennius memoretur. Qui etiam tres reliqui fuerint , ad quos Diocletianus , & Maximianus Constitutiones inscribunt , Herennius nempe , Antigonus , & Septimius , me plane latet ; nisi tamen praestet suspicari , Septimium hunc non differre ab eo, quem Cl. Corsinius in *Serie Praefect. Urb.* urbanae praefecturae munus exercuisse innuit ad annum 293. , & 294. Tempora sane haud repugnant . Codices nostri habent *vel aliam* , ubi Edita habent *& aliam* . Sed haec levia . Constitutiones , quae modo memorantur , absunt a *Cod. Hermogeniano* , ubi dumtaxat salutationes Augg. ad suprascriptos habentur , & Summa Papiani ; quemadmodum desideratur & subsequens constitutio , pro qua legitur quoque Summa ipsius Papiani , quam apposuit Schultingius, quamque Genevensis Editor omiserat .

(5) In Editis : *se usuras praestaturum* ; In Mss. Ottob: *usuram praestaturum* .

(6) In Editis : *lege comprehensum est* ; ast in Mss. Ottob. habetur : *lege ad Nonnusam data* ; & in Vatic: *lege ad Nanosam datam* . Deest haec quoque lex in praefato Codice , ubi etiam ipsa Augusti salutatio desideratur , ut proinde lateat , quis ejusdem auctor fuerit . Ceterum ex utroque nostro Codice nunc primum innotuit, cui inscri-

nihil iures in contractib: , esse pmissum . hoc est nec filiũ . familias in dãnũ parentũ & in eadem regione . positis posse . pacisci & si quid pacto adquisierit patris . iure indubetanter . adquiri nec cetra mandatũ patris . matris . ue aliquid . posse pmittere.

vis, vel colonis nihil jure in contractibus esse permissum (7), *hoc est nec filium familias in damnum parentum, & in eadem regione positorum posse pacisci* (8): *& si quid pacto adquisierint, patris juri* (9) *indubitanter adquiri, nec citra mandatum patris* (10) *aliquid posse promittere. Quod si pater apud hostes*

ADNOTATIONES

scripta fuerit. Heic quoque pro ipsa lege Summam Papiani posuit Schultingius, quem consule.

(7) Quae heic infinitivo modo in Codice tum Ottob., tum Vatic. exponuntur, Edita indicativo praeseferunt. Ceterum haec loquendi ratio alias in Papiano occurrit, nec in legibus infrequeos est; subintelligitur enim *sancitum est*, *statutum est*, aut quid simile. Quod heic monemus, etiam de subsequentibus intelligas. Advertas etiam heic, verba aliter disponi, quam sit in Editis, quod parum refert. Papianum heic arguit Schultingius, quod a Romano Jure aliena obloquatur; quandoquidem *l. 39. ff. de obligationib., & actionib.* filii familias obligantur, veluti patres familias, licet tamen filius familias ultra peculium, vel quatenus in rem ejus venit, invitum patrem obligare nequeat. Idem dic fere de servo, ac domino, licet inter eos discrimen aliquod intercedat, ut patet ex *l. 2. §. 9. ff. de Pecul.* Summam hanc Papiani Genevensis Editor in *Cod. Hermogen.* inseruit, cum tamen Papianus haec ex eodem petita haud memoret.

(8) In utroque Cod. haec dumtaxat: *posse pacisci*; In Editis: *nihil possunt pacisci*. Quod de parentibus in eadem regione positis heic additur, Romanum Jus non sapit.

(9) Heic variae lectiones habentur. Codex Ottob: *patris jure* (*e* pro *i*), ut habet etiam Editio Lugd. ann. 1566., & Schulting.; Cod. Vatic: *patri jure*, cui respondet Editio Nivellina; ac tandem Genev: *patri juri*. Sed prior magis arridet.

(10) Heic Cod. Ottob., & Vatic. addunt *matrisve*, quod forte irrepsit inscitia Amanuensium; Ceterum si Papianus ita pronunciasset, quod non inverisimile prorsus esset, quem saepe Juri Romano contraria obtrudentem vidimus, talia profecto dixisset, quae nulla Romanae Nemesis auctoritate fulcirentur, cum matris consensu in contractibus filius minime egeat, cujus non agnoscit potestatem. Verum ex Jure Germanico filius non patris tantum, sed & matris suberat potestati, ut, etiam mortuo patre, materno teneretur imperio, ut patet ex Lege Viso-gothorum *lib. IV. tit. 2. §. 13.*, ex Lege Burgundionum *tit. LIX.*, & ex Lege Bajuvariorum *tit. XIV.*, tum VI., & VII. §. 1., 2., & 3. Con-

re . pater apud hoſtis . eſt . & filius . firmam etatem habuerit . contractus . ejus . legitimus iudicitur . nec ſeruũ uel colonũ . peculium ſuũ poſſe diſtrahere . inſuper . & ementis . furti racionem . tenendus . ſecundũ conſtitucionem . hermogeniani . ſub titut . de eoꝝ contractibus . qui alieno iure . ſubiecti ſt . uel theudoſiani . lege lib. V. ſub titutu . nec colonus inſcio . dño ſuo . peculiũ ſuũ . poſſe diſtrahire . uel litem inferat ei ciuilẽ ad nibrium

hoſtes eſt , & filius firmam aetatem habuerit (11) *, contractus ejus legitimus judicatur . Nec ſervum , nec colonum peculium ſuum poſſe diſtrahere , inſuper & ementes furti actione tenendos* (12)*, ſecundum conſtitutionem Hermogeniani ſub titulo de eorum contractibus , qui alieno jure ſubjecti ſunt* (13) *, & Theodoſiani legem libro quinto ſub titulo ne colonus, inſcio domino ſuo , peculium ſuum poſſit diſtrahere , vel litem inferat ei civilem*

ADNOTATIONES

Couſule Heineccium *Elem. Jur. German. lib. I. tit.* 4. §. 138. , & Benedictum Schmidtium *Princip. Jur. German. lib. I. tit. 9.* §. 2. Hinc fit , ut mater in filiorum tutela ceteris omnibus Tutoribus legitimis praeferatur, ut monuimus etiam inferius Tit. XXXVI. adnotat. (3) .

(11) Lectio Ottob. Codicis Papianum a Schultingii objurgatione nunc eximit , cum pro iis , quae leguntur in Editis : *vel infirmitate laborat* , ipſe legendum proponat : *& filius firmam aetatem habuerit* . Codex Vatic. etiam, licet corruptam , tamen fere eamdem exhibet lectionem : *& filius è firmitate fuerit* , quam forte ita praeſtat corrigere : *& filius in firma aetate fuerit* ; minorem ſcilicet aetatem exceſſerit . Sane ſi vulgata lectio ſuſtineri debuiſſet , omni juris caruiſſet auctoritate ; nam caſus hic abeſt & ab *Inſtit.* §. 5. *lib. I. tit. quib. mod. jus patr. poteſt. ſolvit.* , & a *l.* 1. *ff. de S. C. Macedonian.* , ubi dicitur , omnia geſta filiorum in ſuſpenſo manere , donec pater apud hoſtes degat , tum ex eventu definiri , an filius pro patrefamilias, an pro filiofamilias cenſeri debeat.

(12) In Editis : *inſuper emptor furti actione tenetur* . In Cod. vero Ottob. mendoſe paullulum : *inſuper & ementis furti racionem tenendus* ; quae nos infinitivi modi locutionem ſervantes , quae heic uſurpatur , emendavimus , ut in ſubjecta lectionis reſtitutione exhibuimus . Codex etiam Vatic. non aliter habet : *inſuper emptoris*

brium uicariũ asie gregoriani . constitutionib: , libri XII. sub titulũ sponioribus . fide iussoribus tenetur . insertũ ; Quod si quis adhebere suo fedeiussori desolucionem acceperit in potestatem habeat creditas

vilem ad Nebridium Vicarium Asiae (14) , *& Gregoriani constitutionibus libro duodecimo sub titulo de Sponsoribus , & fidejussoribus tenetur insertum* (15) . *Quod si quis a debitore suo fidejussorem de solutione acceperit , in potestate habeat* (15) *creditor*

ADNOTATIONES

ptoris (*i* pro *e*) *furti actione tenendus* (*u* pro *o*) . Verbum *tenere* heic , ut est apud Breviatorem Alariciani Codicis est *convenire* , vel *judicio persequi* ; Consule scilicet interpretationem verborum Paulli *Sententiar. lib. II. tit.* 17. §. 16. , ubi sic ait : *Si quis contempto fidejussore debitorem suum tenere maluerit* . Vid. Salmasium *de modo usurar. cap. XVI.* Vox haec etiam inferius recurret hoc ipso Titulo .

(13) Haec quoque Constitutio deperiit , ut pro ea Schultingius Papiani Summam exhibeat . In Genev. Editione *Cod. Hermogen.* habentur etiam ex Papiano , quae praecedunt , quae tamen Schultingius abesse voluit , cum ex laudato Codice eadem nequaquam mutuata dicantur , quod & supra monuimus adnotation. (7) .

(14) Lex , quae ex *Cod. Theod.* heic usurpatur , forte deperiit , quandoqnidem *l. un. lib. V. tit.* 11. non ad Nebridium Vicarium Asiae , sed ad Clearchum eadem dignitate insignitum inscribitur . Nebridius vero jam innotuerat Proconsul Asiae sub Arcadio anno 396. *l.* 56. *de appellation.* , ast Vicarius Asiae non nisi ex Papiano eruitur . Vid. *Prosopographiam Cod. Theod.*

(15) Desideratur lex , quae nunc ex *Cod. Gregorian.* citatur *lib. XII. tit. de Sponsoribus* , cui ex utroque nostro Mss. addas *& fidejussoribus* , ut proinde ejus loco Schultingius Summam Papiani reposuerit ; licet addubitet , an numerus hic pro genuino haberi debeat . Editor Genevensis heic in praefatum Codicem transtulit ea omnia , quae Papianus habet *vers. Filiis familias &c.* , quae ipse haud illius Codicis auctoritate confirmat , quam solum usurpat ad postrema haec , quae Schultingius scienter selegit .

(16) Similia habes apud Caium *Instit. lib. II. tit.* 9. §. 2. Ceterum ex Lege Burgundionum conveniri non poterat fidejussor , nisi prius principalis debitor excussus esset . Verum ex Francica Themide optionem habebat creditor aut fidejussorem, aut debitorem principalem, quem mallet, pulsare, licet, semel pulsato debitore , adversus fidejussorem , & ejus heredem actio omnis deficeret , quod quidem pugnat cum *l.* 23. , & 28. *Cod. Just. de fidejussor.* Consule Heineccium *Elem. Jur. German. lib. II. tit.* 16. §. 347. , & 348. , tum Schmidtium *Princip. Jur. German. lib. III. tit.* 59. §. 2. , quibus locis uterque etiam acerbiores Germanicas Leges contra fidejussores affert , quibus nimirum per ipsas etiam ordinis , & excussionis beneficium denegatur .

tas aut fede iuſſorẽ tenendi aut eũ qui debetur prius exteterat. quod tam̃ ei iudicem ꝓfitere debebit. quem eoꝝ ad ſolucionem allit tenere; Si quis fedeiuſſor ꝓ quocũque debetorę aut nec uicio addictus aut ꝑ cyrograffio oblegatus exteterit. & conſtitus dię eã que fede dixit. exſoluerit & poſtmodũ eũ ꝓ quo ſoluit tercio. cũ noticia iudicis admonuerit ut sũmã ſoluti debeti recipiat & ille ſemꝑ diſtulerit poſt trina conuencione dupli re debitione ꝓ inficiante hoc eſt negociante. ius dãnabetur. ſecund

ditor aut fidejuſſorem tenendi, aut eum, qui debitor prior exſtiterit: quod tamen ante Judicem creditor (17) *profiteri debebit* (18), *quem eorum ad ſolutionem malit tenere* (19). *Si quis fidejuſſor pro quocumque debitore aut per judicium, aut per dictum, aut per chirographum obligatus* (20) *exſtiterit, & conſtituta die ea, quae fide dixit, exſolverit, & poſtmodum eum, pro quo ſolvit, tertio cum notitia Judicis admonuerit* (21), *ut ſummam ſoluti debiti recipiat, & ille ſemper diſtulerit* (22), *poſt trinam conventionem dupli redhibitione pro inficiante, hoc eſt pro negante jus* (23) *damnabitur, ſecundum legem Aquiliam, quae*

ADNOTATIONES

(17) Codex Ottob. hoc loco mendoſus admodum eſt, & caret voce *creditor*, quam ex Editis ſupplendam novimus.

(18) In Editis, & in Mſs. Vatic. legitur *debet*; aſt in Ottob. *debebit*.

(19) Item Edita, & Mſs. Vatic. habent *malit eligere*; aſt Ottob. habet *malit tenere*. Verbum *tenere* jam ſupra expendimus adnotat. (12).

(20) In Editis *delegatus*; aſt in Cod. Ottob. *oblegatus*; & in Vatic. non ſatis emendate *obligato*. Vide heic Schulfingium adnotat. (7).

(21) Verba haec *& poſtmodum* uſque ad *admonuerit* in Editis deſiderantur, quae tamen proſtant in utroque Codice noſtro, nec citra eadem ſenſus recte procedit.

(22) In Editis aliter verba jacent: *& ſemper ille diſtulerit*. Codex Vatic. ab Ottob. non differt.

(23) Edita carent his: *hoc eſt pro negante jus*, quae corrupte leguntur in Ottob.

cunđ lege. aquiliam. que neguciantes debetũ dupli satisfaccionem damnat.

quae negantes debitum dupli satisfactione damnat (24).

ADNOTATIONES

Ottob. Cod., ut supra in Textu patet, & in Vatic., ubi legitur: *hoc est negante jure*.

(24) Papianus heic provocat ad legem Aquiliam, quae tamen nihil de negantibos debitum cavit, sed de damno injuria, vel culpa per hominem inlato resarciendo disposuit, quamquam heic injuria non pro contumelia sumatur (injurias enim lex Cornelia ulciscitur) sed tamquam pro non jure, ideſt vel pro culpa, vel casu aliquo. Forte Papianus etiam ad negantes debitum Aquiliam legem extendit, ut per eam ipsi nimirum dupli satisfactione coercerentur, quoniam noverat, per ipsam legem confitentes damnum mulctari in simplum, inficiantes vero in duplum damnari propter mendacii poenam, ut patet ex *l. contra 4. Cod. ad leg. Aquil.*, & *l. 2. §. 1. ff. eod.* De Lege Aquilia consule Paullum Manutium *de Legibus Romanis*, & Janum Vincentium Gravinam in *Origin. Jur. Civil. lib. III. cap. CX.* Verum legis haec provisio, quae a Papiano proponitur, nulla Romani Juris auctoritate fulcitur. Ceterum etiam apud Francos lis inficiando crescebat, ut proinde, qui factum negabat, praeter damni aestimationem etiam XV. solidorum multam solvere cogeretur, ut patet ex Lege Salica *Tit. X. §. 1. 2. 4.*, & *5.* Vid. Heineccium *Elem. Jur. German. lib. II. tit. 21. §. 86.* Quare Papianus forte haec etiam ad Francici Juris indolem cudere potuit.

De Fu-

De Fugitiuorum Furtis. Tit. XV.

SEruus eciã & in fuga positus si furtũ fecerit dã-nũue dederit nisi ꝓ sui qualitatem dñs soluere paratus aut seruũ ꝓ culpa dare p̄sente. ut absente cedere cogendus est secundum regolã pauli sentenciaꝝ.

IDEM TITULUS

LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

De Fugitivorum furtis.
Titulus XV. (1)

S*Ervus etiam in fuga positus si* (2) *furtum fecerit, damnumve dederit, & reversus ad dominum fuerit, nisi pro sui qualitate dominus solvere paratus sit, servum pro culpa dare praesentem* (3), *aut absentem cedere cogendus est, secundum regulam Paulli Sententiarum* (4).

ADNOTATIONES

(1) Titulus hic in Editis est XVI.; ast in utroque nostro Codice XV.

(2) Particula *si* in Editis non hunc locum tenet, ut in Mss. Ottob., sed hujus Tituli primas ducit.

(3) Mss. Ottob. mendum heic habet, sed, quo ablato, accuratiorem lectionem exhibeat, ut conferenti patebit. In Editis diversa verborum positio, sed quae minus concinne procedat, cum in uno periodi membro & *pro sui qualitate*, & *pro culpa* legatur, quod non bene prorsus se habet; tollitur vero, si juxta Mss. Ottob. *pro culpa* in sequens periodi membrum conjiciatur.

(4) Sententia haec Paulli haud reperitur *lib.II. tit.31. de Furtis*, ubi exstare debuisset, ut proinde Schultingius ad calcem hujus Tituli Papiani Summam optime collocari potuisse crediderit. De Servis fugitivis vide, quae diximus ad Tit. VI.

De mu-

De mulieribus. ad ſecundas aut tercias nuptias tranſeuntib:, TIT. XVI.

MUlieres ad ſecundas. aut. tercias nupcias ante anni ſpaciū. tranſire non licet quđ ſi fecerint infames habentur. ita ut ad facultate meriti prioris eciā ſi ei demiſſa fuerit . nihil habeat pari. & de donacione nupciali condicione ſeruata ad ſecundas nupcias poſt deſignatū anni ſpaciū tranſeuntes donacione mariti prioris uſufructuariae poſſede-

IDEM TITULUS
LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

De mulieribus ad ſecundas, aut tertias nuptias tranſeuntibus.
Titulus XVI. (1)

M*Ulieribus ad ſecundas aut tertias* (2) *nuptias ante* (3) *anni ſpatium tranſire non licet; quod ſi fecerint, infames habentur, ita ut de facultate mariti, etiamſi eis dimiſſa fuerit, nihil habeant* (4), *pari & de donatione nuptiali conditione ſervata. Ad ſecundas vero nuptias poſt deſignatum anni* (5) *ſpatium tranſeuntes donationem mariti uſufructuarie* (6) *poſſidere,*

ADNOTATIONES

(1) In Editis Titulus hic gerit *n.* XVII., Verum in utroque noſtro Codice cenſetur *n.* XVI.

(2) Voces *aut tertias*, quas ſane recte habet uterque Codex noſter, abſunt ab Editis.

(3) Edita habent *intra*; aſt Mſs. Ottob. *ante*.

(4) In Editis legitur: *ita ut hereditatem mariti, etiamſi dimiſſa ſit, non habeat*. Codex Vatic. ab Editis non recedit praeter voces *fuerit*, & *habeant*, in quibus Ottoboniano Mſs. cohaeret.

(5) Vox *anni* abeſt ab Editis, quae in utroque Cod. noſtro cernitur; In Cod. vero Ottob. deerat particula *vero*, quae praecedit, quamque nos ex Editis ſubjunximus.

(6) In Editis *uſufructus jure*; at in utroque Codice *uſufructuarie*, quod idem ſonat.

ſedere & a marito dimiſſae poſſe ꝓficere . ſecundum ius legum honorati theudoſi ad iohannẽ prẽſ praẽt data ;

re , & a marito dimiſſa eis (7) *poſſe proficere , ſecundum legem Impp. Honorii , & Theodoſii ad Johannem Praefectum Praetorio datam* (8) .

ADNOTATIONES

(7) Vox *eis* deſideratur in Cod. Ottob. , quam ex Editis ſupplevimus .

(8) Lex , quae heic innuitur , eſt 3. *Cod. Theod. lib. 3. tit. 8. de ſecundis nuptiis* , quae inſcripta eſt Johanoi Praefecto Praetorio , de quo conſule *Proſopographiam Cod. Theod.* Juvat nunc advertere , Johaonem hoc loco ſcribi cum *h* , quod ſane nobis pluries nonnulli vitio vertere non dubitarunt , qui cum nimirum hoc nomen geramus, ita & nos ipſum ſignare didicimus . Ajunt enim , quid Gothicae ſcriptionis ſapere , cum tamen & apud Fabrettium *cap.V. n. 375. pag.* 418. , & *cap. X. n. 486. pag.* 738. , apud Gorium in *Inſcript. Etrur. To. I. n.* 134. *pag.* 168. , & apud Gudium *pag.* 368. *n.* 4., & ibidem inferius , tum etiam alibi plures occurrant Inſcriptiones Conſulatu JOHANNIS ſignatae , ideſt anno Ch. 457. , ſcilicet ante Gothorum in Italiam adveotum , quae id genus ſcriptionis praeſeferunt . His adde , quod *Johannes* , quidquid obloquatur Cellarius , hebraicum nomen eſt , quod ea lingua exprimitur יוחנן , id eſt *Johhanan* a radice חן *hhen gratia* , quod Parentibus in ſenectute conceſſus ex gratia fuerit ; quae ſaoe vox littera , quae duplicis , & aſperrimi ſpiritus vim exerit , inſtructa eſt , ut proinde non peccet , qui latine ſcribens unam aſpirationem adliniat . Vide Librum , qui inſcribitur : *Errores palliati Auctoris Libelli , cui titulus eſt Florum ſparſio* (Johannis Schultzii) Francofurti ad Moenum ann. 1707. *cap. I. pag.* 3. , tum & Joh. Diecmannium in *Specim. Gloſſar. Latino-Theotiſci n.* 1801. *pag.* 138.,ubi hujuſmodi ſcriptionem tuetur. Haec oihil ad Praetorem , ſed quae tamen ad noſtri defenſam opportuna videantur . Aſt e diverticulo in viam . Heic Cod. Ottob. corruptus aliquantulum eſt , nec mendo caret Vatic. , apud quem legitur : *ſecundum ejus legem tit. Imperatoris honorii &c.* In Editis vero : *ſecundum conſtitutionem Impp. Honorii &c.* Nos interim partim Mſs. Ottob. , partim Editis inhaerendum cenſuimus .

De clausis itineribus & aliis seruitutibus. TIT.XVII.

VIam publicã uel inter agros. comuniter. dimissã nec possediri. nec interclaudi nec exarari posse quod si factũ fuerit auctorẽ facti· eius admoni-

IDEM TITULUS

LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

De clausis itineribus, & aliis servitutibus.
Titulus XVII. (1)

V*Iam publicam* (2), *vel inter agros communiter dimissam nec possideri, nec intercludi, nec exarari* (3) *posse. Quod si factum fuerit, auctorem facti ad ejus munitionem*

ADNOTATIONES

(1) Titulus hic in Editis signatur *n.* XVIII.; ast in utroque nostro Codice *n.* XVII.

(2) Quoniam heic praecipue res est de servitutibus viae, itineris, & actus (ceteras vero quid juvat persequi, cum apud omnes Jurisconsultos fuse tractentur?) praemonebimus, viam, iter, & actum inter se differre, quod via scilicet sit hominis, jumenti, & vehiculi, via enim a vehendo, qua ire potest vehiculum; iter vero sit hominis solum, cum iter sit ab *itum*, qua ab homine itur; & actus tandem sit hominis, & jumenti, cum actus sit ab agendo, qua jumentum agitur, ut tradit Isidorus *Origin. lib.* XV. *cap.* 16., & Menagius in Epistola ad Carolum Hannibalem Fabrottium *Amoenit. Jur. Civil. cap. XXXVI.* Tum viae quaedam publicae sunt, quae heic principio innuuntur; quaedam privatae; quaedam vicinales. Publicae sunt, quas Graeci βασιλικὰς, Latini praetorias, alii consulares, vel militares vias appellant; Privatae vero sunt, quae agrariae dicuntur; Vicinales demum, quae in vicinia, vel quae in vias ducunt. Adsunt etiam viae privatae, quae vel sunt in agris, quibus servitus injuncta est, ut ad agrum alterius ducant; vel ipsae ad agros ducunt, per quas omnibus permeare licet. Vid. Ulpian. *l.* 22., & 23. *ff. Ne quid in loc. publ.* Itineris privati, & viae publicae simul mentio habetur in veteri quadam Inscriptione hactenus anecdota, quae adservatur domi Francisci Xaverii Zeladae Amplissimi Praesulis, Congregationis, quae Romae est, Concilii Tridentini a Secretis, & in Sacra Poenitentiaria Decretorum Doctoris, qui Codicum, Librorum, ac veterum Monumentorum collectione Litterariae Reipublicae decus, & praesidium com-

monitionẽ folũ conpelli & amonitionẽ uiaꝝ ꝓ modũ patrimunii nullũ penitus . excuſſari hoc eciã & de

nem [4] *ſolum compelli , & a munitione* [5] *viarum pro modo patrimonii nullum* [6] *penitus excuſari . Hoc etiam de pontium repa-*

ADNOTATIONES

comparat, quique pro ſua in nos humanitate Inſcriptionem hanc ipſam nunc in vulgus emitti libenter annuit. Haec ita ſe habet:

ITER . PRIVATVM . A . VIA . PVBLICA
PER . HORTVM . PERTINENS . AD . MONIMENTVM
SIVE . SEPVLCHRVM . QVOD
AGATHOPVS . AVG. LIB. INVITATOR
VIVVS . ET . IVNIA . EPICTESIS . FECERVNT
AB . IIS . OMNIBVS . DOLVS . MALVS . ABESTO . ET . IVS . CIVILE

Inſcriptio haec mea quidem ſententia reſpondet alteri, quam ex Montfauconio, & Gorio affert Muratorius *pag.* 885. *n.* 7., & quam ponit Florentiae apud Gaddios Patricios. Hanc tamen Florentinam Inſcriptionem, quae conſuli poterit, ſpuriam habet, neſcio, an jure, vel injuria, Marchio Scipio Maffeius in *Arte Critic. Lapidar. lib. III. cap. III. col.* 246., ac, miſſis omnibus, quae ipſe ridet, vocar extremam clauſulam, qua & noſtri Praeſulis Inſcriptio inſignitur, infanda verba, quibus Romanorum temporibus piaculum fuiſſet Jus Civile proſcindere, quod morum norma, ſocietatis vinculum, recti, juſtique ratio habebatur. Pro hujus monumenti explanatione multa ſane dici poſſent, multaque adverſus Maffeium forte reponi, ſed multus nimis eſſem, & facile in devia vagarer. Ceterum de hujuſmodi ſervitutibus erudite, & eloquenter pertractavit Vir Conſultiſſimus Conprovincialis noſter Hercules Franciſcus Dandinius Patritius Caeſenas, & in Patavino Gymnaſio Romani Juris Anteceſſor longe Clariſſimus in ejus Epiſtolis, quas *de Servitutibus Praediorum* conſcripſit.

(3) Editio Nivellina habet *exartari*, quod etiam habetur in Additamento Legis Burgundionum, unde haec hauſiſſe Papianum, Schultingius hoc loco affirmat. Verum uterque Codex noſter habet *exarari*, ut habetur etiam in Paulli *Sententiar. lib. I. tit.* 14. §. 1., unde haec petiiſſe Papianum, eſt veroſimilius, ut proinde a Burgundionum Rege Gundebaldo haec promulgata fuiſſe, neque etiam ex hoc capite probari poſſit.

(4) In eodem Additamento Legis Burgundionum legitur *munitiones*, & apud Paullum loc. cit. *munitionem*, unde haec revera petita clarius confirmantur. *Munire vias* eſt inſtaurare, reſtituere. Hinc ob munitam ab Anguſto viam Flaminiam Arimino tenus, & ob diſtributas aliis reliquas Italiae vias ad ſternendum cuſa ſunt eidem numiſmata cum epigraphe: QUOD. VIAE. MVNITAE. SVNT.

(5) Ibid., & in Edit. Nivellina legitur *ad munitionem*; aſt in Cod. Ottob. legitur *a munitione*, quod cohaeret §. 2. Paulli *Sententiar. lib. V. tit.* 6.

(6) Edita habent *in nullo*, quod adverſatur *cit.* §. 2. Paulli *Sententiar. lib. V. tit.* 6., ubi habetur, non ſolum Auctorem facti, quod heic innuitur, ſed neminem quoque eſſe excipiendum; ubi Schultingius aliqua reponit adnotat. (20). Quare magis reſpondent Paulli

& de pontiũ. reparatione ſeruandũ aquę cursũ adquiri bienniũ conſtat. uia iter actum. hoc eſt ubi carpenta uel carra. conuerſari poſſunt. Similiter bienniũ. & adquiri & amitti bienniũ. agri quoque. cõmunis nullis terminis delimitati exſequatione. inter conſortis nullo tempore deneganda. ſiluaꝝ montiũ & paſcui ius unicuique ꝑ rata poſſeſſiones ſubpetit eſſe cõmune. De ſeruitute luminis uel aeres ſimiliter conſtitutũ ut inter priuatoꝝ fabricas. dece pe-

reparatione ſervandum eſſe (7). *Aquae curſum* (8) *& adquiri biennio, & amitti biennio* (9), *conſtat. Viam, iter, actum, hoc eſt, ubi carpenta, vel carra converſari* (10) *poſſunt, ſimiliter biennio & adquiri, & amitti biennio* (11). *Agri quoque communis nullis terminis limitati exaequationem* (12) *inter conſortes nullo tempore denegandam. Sylvarum, montium, & paſcui jus, ut unicuique pro rata poſſeſſionis ſuppetit, eſſe commune* (13). *De ſervitute luminis, vel aeris ſimiliter conſtitutum eſt, ut inter*

ADNOTATIONES

Paulli verbis Mſs. Ottob., & Vatic., quae habent *nullum*.

(7) Verbum *eſſe* aberat ab utroque noſtro Codice, quod ex Editis repoſuimus.

(8) Aquae curſus idem eſt, ac aquae ductus, jus ſcilicet aquam ducendi per fundum alienum. De aquae ductibus videndus Vitruvius *de Architect. lib. VIII. cap.* 7., qui aquae ducendae modos tres recenſet, & Palladius *lib. IX. cap.* 11., qui quartum genus addit. Ceterum haec fulciuntur auctoritate Paulli *Sententiar. lib. I. tit.* 17. §. 1., *&* 2.

(9) Allatus Textus docet, in Cod. Ottobon. aliqua heic deeſſe Amanuenſis incuria, quae ex Editis ſupplevimus.

(10) In Editis: *vel carra ducuntur*; Verum aliae Editiones habent: *vel carra verſari poſſunt*, ubi Cod. Ottob. legit *converſari*. Vatic. vero parum recte *conſerrari*.

(11) In Editis, & in Cod. Vatic. legitur: *& amitti poſſe*; at in Ottob: *& amitti biennio*.

(12) Exaequatio idem, ac diviſio. Apud Marculfum *Formular. lib. I. cap.* 20: *diviſio, vel exaequatio*.

(13) Schultingius edidit: *Sylvas, montes, & paſcua, ut unicuique pro rata poſſeſſionis ſuppetit, eſſe communia*. Editio Nivellina: *Sylvarum, montium, & pa-*

ce pedes int̄ publicas quimdece dimittantur secund̄ legem theudosiani lib̄. IIII. sub titulū de edificiis. priuatis & publicis.

inter privatorum fabricas decem pedes, inter publicas quindecim dimittantur, secundum legem Theodosiani libri quarti sub titulo de Aedificiis privatis, & publicis (14).

ADNOTATIONES

& pascuorum, ut unicuique pro rata suppetit, esse communia, quae sane mendo non carent. Ast Codex Otrob. concinnius, uti jam expressimus. Codex Vatic. parum recedit; respondet enim Ottob. praeter vocem *jus*, qua ipse caret.

(14) Titulus hic, qui *de Aedificiis privatis, & publicis* in Cod. Ottobon. inscribitur, in Editis, & in *Cod. Theod. lib.* 2. *tit.* 24. (ubi tamen nulla lex adest, sed cujus loco Summa haec ipsa Papiani reponitur) circumfertur *de Aedificiis privatorum*, sed qui tamen male ita inscribi videatur, cum heic constet, Tituli hujus legem non solum de privatis aedificiis, sed & de publicis cavisse, cum X. inter privata, XV. inter publica aedificia pedes relinqui mandaret; ut proinde lex haec, quae intercidit, alia habenda sit ab 11. *Cod. Just. de Aedif. privat.*, quam Gothofredius in *Commentar.* facile eamdem existimat. Vidimus nuper Dissertationem doctissimi Viri Andreae Federicii Neapoli vulgatam anno superiore, in qua Lex XII., seu Zenonis Imp. Constitutio, quae exstat sub *Tit. Cod. de Aedificiis privatis*, e Graeco in Latinum sermonem convertitur, vera ejusdem Legis sententia explicatur, pluresque loci emendantur, notisque illustrantur. Per hanc sane Constitutionem, quam Justinianus *l.* 13. *Cod. de Aedific. privat.* in omnibus Romani Imperii Provinciis servari voluit, explanatur alia lex non absimilis Leonis Imperatoris, quae ambigua videtur, atque in ea quidem de privatorum fabricis jubetur, *δυοκαίδεκα πόδας εἶναι μέσους ἑκατέρας οἰκίας*, *duodecim* scilicet *pedes medios esse inter alterutras domus*, ut brevius sane verti posse nobis visum est. Quare patet, spatium vacuum inter privatorum aedificia, quod Theodosii temporibus erat X. pedum, postea sub Leonis, & Zenonis imperio XII. extitisse. Antiquitus ex Lege XII. Tabularum spatium hujusmodi erat duorum pedum, & semis, cum scilicet Tab. VIII. ita scribatur: *Ambitus parietis sestertius pes esto*. Non aegre ferat interim (veniam precamur) Cl. Federicius, si nunc nos veluti extra chorum vagantes ipsum amice, ut Litteratos decet, monuerimus, falso ipsum erudito Lectori in Praefatione ingerere, latinam interpretationem Graecarum Novellarum Constitutionum CLXVI., CLXVII., & CLXVIII., quam post laudatam Zenonis legem proponit, quamque & in ipsius Operis fronte sibi tamquam primo auctori acceptam omnino referendam esse praedicat, post Dionysium Gothofredium, qui eamdem desiderari testatus est, a nemine tentatam, aut peractam hactenus fuisse. Discere enim poterat Federicius a Brunquellio, Heineccio, Bachio, Selchowio, Martinio, caeterisque, qui *Historiam Juris Civilis* recenter adornarunt, tum a Weselingio *Probab. cap. XIII.*, quos Aucto-

Auctores manu saepe versari a JCto, necessum est, omnium Justinianei Codicis Novellarum *Novam e Graeco Textu versionem* post ipsa Gothofredii tempora Joh. Fridericum Hombergkium Zu Vachium edidisse Marpurgi ann. 1717., cujus deinde filius Aemilius Ludovicus ann. 1741. item Marpurgi edidit Opus *de Novellarum lingua originaria, & vulgatae earum versionis aetate, auctore, atque usu in foro*, ubi & paternae versionis pluries meminit. Quare si Federicio tanti est, adeat recitatam Marpurgensem Editionem *pag.* 991., ubi inter ceteras alias trium etiam suarum Novellarum CLXVI., CLXVII., & CLXVIII. versionem ab ipso Zu Vachio XLVIII. circiter ab heinc annis, antequam se ad eam elucubrandam componeret, peractam offendet, quam sane etiam a Cuiacianis Compendiis, quae vulgo circumferuntur, omnino aliam deprehendet. Quis autem ex hisce II. Viris concinnius hanc Spartam ornaverit, non hujus loci est, neque temporis definire. Ceterum juvabit, Federicium hoc novisse, qui cum maximo Jurisprudentiae bono latinam interpretationem omnium Graecarum Novellarum se meditari praemoneat, poterit proinde Zu Vachianam etiam versionem ad trutinam revocare, praesertim cum Weselingius eamdem non satis exacte perfectam cit. loc. affirmet, ipsique proinde potioris laudis, atque honoris adipiscendi certam spem faciat.

De ſuperuentoribus & effractoribus. TIT. XVIII.

SI quis ſupuento ſiue diurno ſiue nocturno. quemquam fuerit. adgreſſus cũ quolibet genere armoꝝ fuerit depͥhenſis. receptores. etiam adgreſſoꝝ.

IDEM TITULUS

LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

De ſuperventoribus, & effractoribus.
Titulus XVIII. (1)

SI quis ſuperventu ſive diurno, ſive nocturno quemquam (2) *fuerit adgreſſus, & domus alienas expugnaverit, effregerit, aut expoliaverit, capite puniatur* (3), *cum quolibet genere*

ADNOTATIONES

(1) Titulus hic, qui in Editis est XIX., in utroque nostro Codice est XVIII. Tum in Editis inscribitur *de Superventoribus* tantum, cum in utroque nostro Codice signetur *de Superventoribus, & effractoribus*. Ita quoque inscribitur Tit. XXIX. Legis Burgundionum. Vid. Lindenbrogium, & Du Fresneium in *Gloſſar.*

(2) In Editis *quemque*; at in Ottob. Cod. *quemquam*.

(3) Multa in Cod. Ottob. hoc loco de-

ſoꝝ uel latronũ eandem pena plectantur hii uero qui ꝑ incengiũ uoluntarie inmiſsũ quibuſcũque dãnum. intulerint capite puniantur. qui uero inimititiaꝝ cauſa; incengium probatus fuerit inmiſiſſe honeſtiores exilio uiliores metallo deportantur, Si quis autem tali loco focũ fecerit. & exinde ignis ad areas aut tecta arboreſque fructiferas. forte ꝑueniat

nere armorum fuerit deprehenſus. Receptores etiam adgreſſorum, vel latronum eadem poena plectantur. Ii, qui per incendium voluntarie immiſſum quibuſcumque rebus [4] *damnum intulerint, capite puniantur. Qui vero inimicitiarum cauſſa incendium probati fuerint immiſiſſe* [5], *honeſtiores exſilio, viliores metallo deputentur. Si quis autem tali loco focum fecerit* [6], *& exinde ignis ad areas* [7], *aut tecta, arboreſque fructi-*

ADNOTATIONES

co deſiderantur, quae ex Editis repoſuimus, quaeque ex comparatione patebunt. In Sententiis Paulli *lib. V. tit.* 3. §. 3. pro *expoliaverit* legitur *expilaverint* (ſc. plurali numero loquitur) quod magis arridet, cum ita habeant Edd. Cuiacianae, & Rittershuſiana *Sententiar. Paulli*, & ita etiam legatur *l.* 11. *ff. ad leg. Jul. de vi public.* Sane Papianus haec ex Paullo deſumpſit, ſed non adamuſſim Paulli Sententiam expreſſit.

(4) Verbum *rebus* deeſt Ottoboniano Cod., quod ex Editis ſupplevimus. Haec quoque ex Paullo deſumpta ſunt *tit.* 20. §. 1., *&* 2.

(5) In utroque Cod. Ottob., & Vatic., quae praecedunt, ſingulari numero efferuntur, ſed quae tamen ſubſequentibus haud congruant, quae pluralem numerum praeſeferunt. Codex inſuper Ottob. heic habet *immiſiſſe* pro *admiſiſſe*, ut eſt in Editis: Tum etiam diſcrimen occurrit in ſubſequentibus, ubi Codex Ottob. habet *exilio*, *& metallo* pro *in exſilium*, *& metallum*, tum *deportantur* pro *deputentur*. Tertius caſus cum *deputentur* ſuſtineri poteſt, ſed cum *deportentur* mendoſe conjungitur: Quare partim Ottob. Codici, partim Editis inhaerendum cenſuimus.

(6) Schultingius heic advertit, male haec reſpondere Sententiis Paulli *lib. V. tit.* 20. §. 3., qui dolum ibi haud memorat, quemadmodum Edita nobis legendum heic antea exhibuerant, quin potius caſum, & incuriam admittere tantummodo videtur. Quare hoc loco vel Librariorum mendum, vel ipſius Papiani errorem cubare, Schultingius exiſtimat. Nec ſane eum ſuſpicio fefellit, quod ſcilicet ex Librariis vitium manaverit, quandoquidem ubi Edita habent *dolo*, Mſ. Ottob. habet *tali loco*, cui reſpondet Mſ. Vatic., ubi legitur *& a loco*. *Focum*

niat damnum. quod euenerit ab eo. qui focũ fecit estimacione sarciatur quod si fructiferas arbores nocturnis aut diurnis. oris quolibet tempore ingenuos abscidisse ꝑbatur infamis effectus damnũ estimationẽ iudicis sarcire cogatur. Quod si uilior ꝑsona fuerit. ad tempus in exiliũ relegatur. in seruo restituta. re a dño digno supplitio uindicitur.

fructiferas forte perveniat, damnum, quod evenerit, ab eo, qui focum fecit (8)*, aestimatione sarcietur. Quod si* (9) *fructiferas arbores nocturnis, aut diurnis horis quolibet tempore ingenuus abscidisse* (10) *probatur, infamis effectus damnum aestimatione Judicis sarcire cogatur; Quod si vilior persona fuerit, ad tempus in exsilium relegatur* (11)*. In servo, restituta re, a domino* (12) *digno supplicio vindicetur.*

ADNOTATIONES

cum facere idem est, ac ignem excitare; Tunc enim *focus* pro *igne* dicebatur, ut videre est apud Du Fresneium in *Glossario*.

(7) Nonnullae Editiones habent *arcas* pro *areas*.

(8) Verba haec: *ab eo, qui focum fecit* nunc primum exhibentur ex Mss. Ottob.

(9) In Editis *Qui*; ast rectius in Mss. Ottob. *Quod si*. Haec ex cit. Paulli loco §. *ult.*, sed quae non exacte prorsus Papianus expresserit, qui diurnum tempus invexit, quod Paullus non memorat; Ipse enim crimen hoc noctu patratum dumtaxat perpendit.

(10) Edita habent *cecidisse*, quod verbum & Paullus usurpat, sed in Ottob. Mss. legitur *abscidisse*.

(11) Mss. Ottob. habet *relegatur*, ut etiam legitur apud Paullum; Edita vero *redigatur*.

(12) Haec quoque a Paullo petita sunt cit. loc. §. 4.; Verum non satis accurate a Papiano proposita. Heic in Editis legitur *restituta res*, quod Schultingius emendavit *restituta re*, sicut & in Mss. Ottob. legitur, ubi insuper habetur *a domino* pro *etiam*, quod idem quoque legitur in Vatic. Codice.

De cor-

De corruptis mulieribus; Tit. XVIIII.

SI quis mulierem ingenuã ꝑ uĩ ſtrobauerit. hoc eſt corruperit. occidatur, quod ſi ancillã corruperit inlata uiolentia quicũque ingenuus hoc feciſſe ꝓbatur iuxta pena leges aquiliani alterius mancipii reſtitutione teneatur. obnoxius, quod ſi ſeruus hoc fecerit. ꝓ ingenuã. occidatur, ꝓ ancilla uero

IDEM TITULUS

LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

De corruptis mulieribus.
Titulus XVIIII. (1)

SI quis mulierem ingenuam, vel virginem (2) *per vim ſtupraverit, hoc eſt corruperit* (3), *occidatur* (4). *Quod ſi ancillam corruperit inlata violentia* (5), *quicumque ingenuus hoc feciſſe probatur* (6), *juxta poenam legis Aquiliae alterius mancipii reſtitutione teneatur obnoxius. Quod ſi* (7) *ſervus hoc fecerit, pro ingenua occidatur, pro ancilla vero, vindicante* (8) *Judice, fuſtua-*

ADNOTATIONES

(1) Titulus hic in Ottob., & Vatic. Codice eſt XIX., qui in Editis eſt XX.

(2) Verba haec *vel virginem* adſunt in Cod. Vatic., & in Editis, ex quibus Ottob. Codicis defectui proſpeximus.

(3) Abſunt ab Editis verba haec *hoc eſt corruperit*, quae tamen habet uterque Codex noſter.

(4) Poena haec continetur in *l. 3. ff. ad leg. Jul. de vi public.* §. 4.

(5) Mſs. Vatic. heic habet: *per inlatam violentiam*. Ceterum nihil de violentia legitur apud Paullum *Sententiar. lib. I. tit.* 12. §. 2., ex quo haec petita videntur, ſi tamen Sententia illa genuina eſt, cum, teſtante Cuiacio, in pluribus Codicibus deſideretur. Quare Rittershuſius eam Interpreti attribuit, cui adhaeſit Schultingius, licet abfuerit ab ejuſdem audacia, dum hanc ſententiam a fine Tituli XIII., in quem ipſe eam conjecerat, in locum ſuum reſtituit.

(6) Verba haec: *quicumque ingenuus hoc feciſſe probatur* nunc primum exhibet Codex Ottob., quae antea ab Editis abfuerunt.

(7) In Editis adeſt *forte*, quod non habet Cod. Ottob.

uero uindicante iudice fustuario supplitio subiacebit secundum speciem pauli sententiaꝝ coniunctio uero. iudici cū xp̄iana legibus inhibetur ut nec iudeus. xp̄ianā. nec xp̄ianus iudeā quđ si factū fuerit. uicem adulteri uindicetur. iuxta lege. teudosiani lib. VIII. sub titulum.

fustuario supplitio (9) *subjacebit, secundum speciem Paulli Sententiarum* (10) *. Conjunctio vero Judaei cum Christiana legibus* (11) *inhibetur, ut nec Judaeus Christianam, nec Christianus Judaeam accipiat* (12) *. Quod si factum fuerit, vice adulterii vindicetur* (13)*, juxta legem Theodosiani libro nono sub titulo de Adulteriis* (14) *.*

ADNOTATIONES

(8) Cod. Ottob. legit *vindicante* pro *judicante*, ut est in Editis.

(9) Vid. adnotationem nostram (9) ad Tit. XII.

(10) Papianus hoc loco forte respexit ad Paulli *Sententiar. lib.V. tit.4. §. ult.*, quem alias laudavit Tit. V., ut ibi adnotatione (8) animadvertimus.

(11) Edita habent *lege*; ast Mss. Ottob. *legibus*.

(12) Mss. Ottob. caret verbo *accipiat*, quod ex Editis assumpsimus.

(13) In Editis pullulum aliter haec habentur: *quod factum pro adulterio vindicatur*. Nos Ottob. Codici institimus.

(14) Lex, quae heic innuitur, est 5. *Cod. Theod. lib.9. tit. 7. de adulteriis*, quae etiam est 2. ejusdem *Cod. lib. 2. tit. 7. de Nuptiis*. Non alia est item *l. 6. Cod. Just. de Judaeis*.

De his

De his qui homine inlicite aut ſine cauſa legauerit. TIT. XX.

SI quis ingenuũ natũ legauerit. uindederit honeſtiores ꝑcone dãnantur exilio uiliores. metallis. deputantur. exceptis his qui captiuitatem iogo tenentur. obnoxii ſecundũ ſpeciẽ pauli ſententiaꝝ.

IDEM TITULUS

LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

De his, qui hominem inlicite, aut ſine cauſſa ligaverint.
Titulus XX [1].

SI quis ingenuum natum ligaverit, vel vendiderit [2], *honeſtiores perſonae damnantur exſilio* [3], *viliores metallis deputantur, exceptis his, qui captivitatis jugo tenentur obnoxii, ſecundum ſpeciem Paulli Sententiarum libro quinto* [4].

ADNOTATIONES

(1) Titulus hic, qui in Editis *n. XXI.* praefefert, in utroque noſtro Codice ſignatur *n. XX.* Editio Pariſienſis heic in Titulo, & in contextu legit *obligaverit*.

(2) In Editis: *Si qui ingenuum natum vendiderint, vel ligaverint*; ubi vides pluralem numerum, & aliam verborum conſtitutionem, quam in Cod. Ottob. non habes. De ingenuorum venditione, ſive de Plagio, cujus nulla mentio in Tituli Rubrica, actum eſt ſuperius Tit. IV., ubi vidimus, crimen hujuſmodi non exſilii, & metallorum poena dumtaxat vindicari, ut heic cernimus, ſed capite puniri.

(3) In Editis habetur *in exilium*; at in Ottob. Cod. legitur *exilio*.

(4) Deſumptum eſt hoc Reſponſum a Paulli *Sententiar. lib. V. tit.* 30. B. *ad legem Fabiam* juxta Editionem Schultingii.

De diuortiis. TIT. XXI.

COnſinſis parciũ utriſque repudiũ dare matrimuniũ poſſe diſſolui. quod ſi pars uiri. repudiũ dare. uxore contradicente uoluerit. non ali t̃ illi liceuit. niſi adultera eſſe conuincat. aut uenefecã aut conciliatricẽ uno ꝓbato crimine. licebit ei uxore dare repudiũ ad ius; ſuũ. nupciale donatione. reuocata:, Si quod ſimiliter nolente marito repudiũ ei dare uoluerit non ali t̃ fieri hoc licebit quã ſi ma-

IDEM TITULUS
LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

De Divortiis.
Titulus XXI [1].

COnſenſu partis utriuſque repudium dari, & matrimonium poſſe diſſolvi. Quod ſi pars viri repudium dare, uxore contradicente, voluerit, non aliter illi[2] *licebit, niſi aut adulteram eſſe convincat, aut veneficam, aut conciliatricem*[3], *quorum uno probato crimine, licebit ei uxori dare repudium, ad jus ſuum nuptiali donatione revocata*[4]. *Quod ſi mulier, nolente marito, repudium ei dare voluerit, non aliter fieri hoc lice-*

ADNOTATIONES

(1) Titulus hic in Editis eſt XXII., qui in utroqoe noſtro Codice eſt XXI.

(2) In Editis legitur *ei*; at in Cod. Ottob. *illi*.

(3) Vox haec occurrit etiam ad *l.* 1. *Cod. Theod. de repudiis lib.* 3. *tit.* 16., ubi vide Gothofredium, qui conciliatricem pro lena adhibitam fuiſſe, multis exemplis ex Varrone, Lucilio, Cicerone, Plauto, & Vopiſco petitis luculenter oſtendit. De adultera, & venefica quid juvat hic differere? Conſule Gothofredium ad *d. l.* 1. in Commentario.

(4) In Editis: *Quorum unum nuptialem donationem revocare poteſt*. Plenius haec habentur in Cod. Ottobon., ut patet ex Textu, cui conſonum eſt Mſs. Vaticanum.

ſi maritum homicidã ꝓbauerit. aut ſepulchrũ uiolatorẽ aut uenefico. qđ ſi unũ. ex ꝓbauerit. & maritũ demittat & conlata in ſe donatione iurẽ tuebitur & dotem quã ei maritus fecerit uindicauit ſecundũ legẽ theudoſiani de repudiis ꝓmulgata.

licebit, quam ſi maritum homicidam probaverit, aut ſepulcrorum violatorem (5), *aut veneficum. Quod unum ex his probaverit, & maritum dimittet, & conlatam in ſe donationem jure tuebitur, & dotem, quam ei maritus fecit, vindicabit, ſecundum legem Theodoſiani de Repudiis promulgatam* (6).

ADNOTATIONES

(5) Quantae religioni, ac piaculo ſibi duxerint veteres ſepulcrorum violationem, patet ex *Tit.* 17. *lib.* 9. *de ſepulcr. violat.*, ex Paulli *Sententiar. lib. I. tit.* 21. *de ſepulcr.*, & *lugend.*, atque demum ex Novella Valentiniani V. *de ſepulcris*. Ulpianus etiam *l.* 1. *ff. de ſepulcr. viol.* aſſerit, ſepulcri violati actione infamiam irrogari. Conſtantinus M. ſepulcri violationem primus inter juſtas divortii cauſſas adnumeravit. In Lege Burgundionum haec ipſa cauſſa etiam in muliere ponitur, quam cum Papianus (qui externa jura Romanis ſanctionibus injungere conſuevit) adverſus Viros dumtaxat adhibuerit, novum nunc prae ceteris argumentum accedit, quo nihil cum hoc Reſponſo Burgundicae Themidi commune eſſe, firmius aſſeramus.

(6) In Editis aliter haec habentur: *& collatam in eum dotem, & donationem, quam maritus fecerat, jure revocabit, juxta legem Theodoſiani ſub tit. de repudiis promulgatam*. Pleniora, & accuratiora haec habes in Mſs. Ottob., quae conſule in Textu. Mſs. Vatic. mendoſe habet: *& conlatam in ſe donationem, que marito fecerat revocatum*. Quae haec lex fuerit, jam ſupra innuimus adnotat. (3). Exſtat & Novella Theodoſii XVII. *de Repudiis*, qua leges praefati Libri, & Tituli abrogatas quidam exiſtimant, cum hac Novella dicatur: *ideoque conſtitutionibus abrogatis*. Sed non bene rem perpenderunt, ſiquidem cit. Tit. agitur de poenis injuſti repudii, Novella autem Theodoſii emiſſa eſt ob poenas conjugum, qui divortio cauſſam praebuerant, quae cum nimis graves cenſerentur, ad veterum Legum normam ſunt revocatae. Ceterum varias Leges circa divortia tum Oſtrogothorum, tum Viſo-gothorum, Burgionum, Alamannorum, Francorum ſub imperio Carolino, ceterorumque populorum adnotatas videas a Joh. Seldenio *de Vxore Hebraica lib. IIII. cap.* 30. *pag.* 583.

De donationibus TIT. XXII.

DOnationes ab auo uel auia ꝑauo uel ꝑauiã maternis ita ad eos quibus conlate sᵗ ꝑtenere. ut patri nullatinus adquirantur. a linea uero paterna memoratoꝝ donationes uel ſi quis filiis familias. ꝑter expſſas pſonas. quaꝝ cũque largitate. conferetur. patrũ ꝑprietate indubitanter adquiri. Donationis eciã. uel dotes quas ex matrimunio filius uel

IDEM TITULUS

LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

De Donationibus.

Titulus XXII. (1)

DOnationes ab avo, vel avia, proavo, vel proavia maternis ita ad eos, quibus conlatae ſunt, pertinere, ut patri nullatenus adquirantur (2). *A linea vero paterna memoratorum donationes, vel ſi quid filiisfamilias praeter expreſſas perſonas quorumcumque largitate conferetur* (3), *patrum proprietati indubitanter adquiri* (4). *Donationes etiam, vel dotes, quas ex ma-*

ADNOTATIONES

(1) Titulus hic cenſetur in Editis *n. XXIII.*, qui tamen in utroque noſtro Codice proſtat ſub *n. XXII.* In Codice Vaticano poſt hunc Titulum deficit *Lex* haec *Romana*, ut proinde variantes Lectiones ex eo proferre ad ceteros Titulos, qui ſequuntur, prohibeamur. Ex Indice tamen Titulorum, qui ſuperfuit integer, & eorumdem ordinem, qui in eo Codice ſervari debuerat, & varietates lectionum, quae in eorumdem Rubricis occurrere poſſint, perſequemur.

(2) Quae ſingulari numero in Editis exponuntur, plurali expreſſa habentur in Cod. Ottob. Tum infinitivus modus ibidem cernitur pro indicativo, ut in Editis. De hoc more in Legibus conſule adnotationem noſtram (7) ad Tit. XIV.

(3) Edita habent *conſertur*; ſed Cod. Ottob. fortaſſe rectius *conſeretur*.

(4) In Editis: *patri eorum proprietatem indubitanter adquiri*; Corrupte in Mſs. Vatic: *quarum proprietate indubitanter inquiri*; Melius in Ottob., ut cernitur in Textu.

uel filia expositi consecuntur ad eoꝝ ꝓprietate quibus conlate st̄. remota. patr.. adquisitione sine dubium ꝑtene secundū lege theudosiani lib̄ XIII. sub tituł. De maternis. bonis maternis generis discritione sublata & alia subsequenti. sub eodem lib̄ De bonis que filiis familias. matrimoni adquiruntur sciendū. tamen donationis tā auiaticus quā nuptialis gestoꝝ sollenī. alligatione firmandas ꝑter illas. nuptiales donationes. que intra ducentoꝝ soledor. sūmā taxatā. conlacione potuerint inuenire gesta aut secundum locꝝ consuetudine fieri. placuit

ex matrimonio filius, vel filia in familia positi consequuntur, ad eorum proprietatem, quibus conlatae sunt, remota patrum adquisitione, sine dubio pertinere, secundum legem Theodosiani libro octavo sub titulo de Maternis bonis, & materni generis, & de cretione sublata [5]*, & alia subsequenti sub eodem libro de Bonis, quae filiisfamilias ex matrimonio adquiruntur* [6]*. Sciendum tamen, donationes tam aviaticas, quam nuptiales gestorum sollemni allegatione* [7] *firmandas, praeter illas nuptiales donationes, quas intra ducentorum solidorum summam, taxata conlatione, potuerint inveniri* [8]*. Gesta autem secundum locorum*

ADNOTATIONES

(5) Lex, quae heic profertur, est *6. Cod. Theod. lib. 8. tit. 18.*, eademque est *l. 2. eod. tit.*

(6) Haec lex est 2. *cit. Cod.*, *& lib. tit.* 19.

(7) De donationum insinuatione in gesta, sive acta publica nonnulla attigimus superius ad Tit. I. adnotat. (3), ubi videre est, hoc juris in aliis etiam donationibus servatum postea fuisse, ut docet Justinianus Imp., qui *Instit. de Donation.* §. 2. summam hanc ad D. Solidos extendit, cum ex *l. ult. Cod. Theod. de sponsalibus, & ante nuptias donationib.*, ad quam nunc Papianus respicit, quaeque circa nuptiales donationes observabatur, CC. dumtaxat Solidorum donationes indigerent insinuatione.

(8) In Editis: *Quae intra* CC. *solidorum sunt taxatae conlationem*; ast Ottob. Mss. paullo aliter, ut in Textu, cui

cuit nec intereſt. apud quē defenſorem. celebrata ſecunđ lege theudoſiani ſub titulū. De donacionibus. ſciendū eciā uſuſructuarias donationes ſine tradicione conſtare; Quia uſuſructus exceptio ꝓ traditione conpotatur. Quod ſi uſuſructuaria non fuerint & traditio ñ fuerit. ſubſecuta donatio legibus. infirmatur.; Donationes uero nuptiales. has tantū ſine geſtis. admitti. quas ea etate menores id eſt poſete. intra XXV. annis. accipiunt eciā. ſi sūmā ducen-

corum conſuetudinem fieri placuit; Nec intereſt, apud quem defenſorem fuerint celebrata, ſecundum legem Theodoſiani ſub titulo de Donationibus (9). *Sciendum etiam, uſuſructuarias donationes ſine traditione conſtare, quia uſusfructus exceptio pro traditione* (10) *computatur. Quod ſi uſufructuaria* (11) *non fuerit, & traditio non fuerit ſubſecuta* (12), *donatio legibus infirmatur. Donationes vero nuptiales has tantum ſine geſtis admitti, quas aetate minores, ideſt poſiti intra vigintiquinque annos accipiunt, etiam-*

ADNOTATIONES

cui conſouum eſt Vatic., licet aliquo mendo foedatum.

(9) Lex haec eſt 8. *Cod. Theod. de Donation. lib.* 8. *tit.* 12.

(10) In Editis legitur: *quia uſuſfructus pro donatione computatur*, ut propterea Schultingius heic donationem pro traditione acceptam velit. At Codex Ottobon. revera *pro traditione* legit, & vocem *exceptio* nunc primum ſuppeditat, ut cernitur in Textu.

(11) Vox *donatio*, quae heic in Cod. Ottob. praetermiſſa eſt, inferius proſtat, ubi deeſt in Editis.

(12) In quadam donationis Charta erga Ravennatem Eccleſiam peractae a Siſivera honeſta femina de bonis in Agro Ariminenſi conſtitutis, quam ſupra adnotation. (3) ad Tit. I. etiam uſurpavimus, multa habentur, quae ad donationis firmitatem neceſſariam traditionis ſollemnitatem ſuadeant; Sic enim initio: *tranſcribo, cedo*, trado, *& mancipo*. Tum infra: *De quam praeſatam portionem meam in integro fundi ſsti Baloniani cum omnibus ad ſe generaliter pertinentibus reteneo mihi uſufructu dierum decem, quod poſſit ſupradicta ſcae Rav. Eccleſiae, actoribuſque ejus, ut leges cenſeant pro ſollemni & corporali* tradizione...... Ac tandem teſtes inferius: *Et hanc donationem a ſsta Siſevera palam Bo VV Diac, & Vicedomino* traditam *vidi*; quod ita teſtis alter forte Graecus, qui Ιωαννhσ dicitur, ita expreſſit characteribus modo graecis, modo latinis: ετ αnκ dωnaζιonεμ α ϛτα

ducentoꝝ ſoledoꝝ ꝓbetur excedere; De animalibus ueſtibus gemmis uel quocũque metallo uel aliis que pondere numerũ. menſurã conſtat homnẽ donandi ſolẽnitatẽ in ſola traditione poſſe conſtare eaque puellae patrẽ habenti cetra uſufructus m̃tione ſcripta fuerit. & patre exegente. adſignata ñ fuerint inpoſterũ non querantur. & nuptialibus auiaꝝ. donationibus nepotes uel neptes ex filia cũ auunculis

etiamſi ſummam ducentorum ſolidorum probentur excedere [13]. *De animalibus*, *veſtibus*, *gemmis*, *vel quocumque metallo*, *vel aliis*, *quae pondere*, *numero*, *menſura conſtant*, *omnem donandi ſollemnitatem in ſola traditione poſſe conſtare* [14]. *Ea*, *quae puellae patrem habenti citra uſusfructus mentionem ſcripta fuerint*, *& patri exigenti adſignata non fuerint*, *in poſterum non quaerantur* [15]. *In nuptialibus avorum donationibus nepotes*, *vel neptes ex filia cum avunculis*, *vel materteris*, *perdito*

ADNOTATIONES

στα σισιβερα παλαμ Bο ββ dιακονον ετ βικεdωμεnοn τραdε....βιdι. Tandem hoc ipſum, quod heic cavetur a Papiano de traditionis ritu pro validitate donationis, expreſſum videas in Charta Harwichi Viri illuſtris anni 804. pro Monaſterio Prumienſi, qui Villam Ordanam in Pago Andegavenſi eidem concedit, ut ipſe in Congregatione recipiatur, apud Edmundum Martenium, & Urſinum Durandium in *Veterum Scriptorum*, *& Monumentorum &c. ampliſſima Collectione To. I. col. 56.*, ubi haec habentur: *Cum in Libris Theodoſiani*, *& Hermogeniani*, *ſeu Papiani*, *per quem lex continet*, *ſcriptum eſt*, *quod donatione traditio ſubſequatur*; *Igitur ego in Dei nominè Harwich &c.* Verum de hac Charta a nobis etiam in Praefatione actum eſt, quam conſulere poteris.

(13) Papianus hauſit haec fortaſſe ex *l. 3.*, *& ult. Cod. Theod. de Sponſal.*, *& ant. nupt. donationib.*

(14) Petita haec videntur ab Ulpiano *Tit. XIX.* §. 1., qui quadrupedes, veluti boves, mulos, equos, aſinos, & ceteras res mancipi non eſſe affirmat.

(15) Aliter in Editis: *Haec vero*, *quae puellae patrem habenti*, *hac uſuſfructus mentione adſcripta*, *tradita fuerint*, *& patre exigenti adſignata non fuerint*, *quaerantur*. Ita quoque Mſſ. Vatic. Verum, ut in Textu patet, contraria omnino habet Mſſ. Ottob., cujus lectio, quae multis nominibus probabilior nobis videtur, an ſit recipienda, videant JConſulti.

culis uel materteris . ꝑdito triante in bisse debere succede quia dū eius inoffitiosi actionē eadē lex tribuit quā filiis . quā filiis constat . eos liberoꝝ loco . obtenere in auiaticis . bonos sudscripto ordine posse succedere secundū legē teudosiani lib sub titulū . de legitimis hereditatibus ad constantinū pft pr galliaꝝ data ;

dito triente , in bessem debere succedere [16] *, quia dum eis inofficiosi actionem eamdem lex tribuit , quam filiis , constat , eos liberorum locum obtinere , & in aviaticis bonis suprascripto ordine posse succedere* [17] *, secundum legem Theodosiani libro quinto sub titulo de Legitimis hereditatibus ad Constantinum Praefectum Praetorio Galliarum* [18] .

ADNOTATIONES

(16) In Editis aliter : *In nuptialibus vero donationibus nepotes , vel neptes ex filia cum avunculis , vel materteris in trientem , & bessem debere succedere* . Perpende Ottob. Codicis lectionem , quam supra attulimus . Quid vero donationes nuptiales commune habeant cum successione , quae heic simul confunduntur , non equidem video . Mendum forte majus hoc loco prostat , quam quod ex Ottob. Codice emendari satis possit . Verumtamen cum lex , quae ex *Theod. Cod.* inferius innuitor , praecipiat , ut ex avorum bonis , quae defuncti filia percepisset , duas partes , ideft bessem ex eadem filia nepotes consequantur , dum interim ipsi tertiam partem , seu trientem perdunt , quae avunculis , sive materteris eorum accrescit , manifestissime patet , Codicis Ottob. lectionem potiorem saltem habendam esse ea , quam Edita praeseferunt , juxta quam praefati nepotes in trientem , & bessem simul succedere dicuntur , quod sane fieri non potest ; cum , si quis unam hereditatis partem obtineat , alteram assequi nequaquam possit . Non ita tamen sit , si perdito triente , quis in bessem succedere posse dicatur , ut in Ottob. , quin & in Vatic. Cod. legendum venit . Miror , quod haec Schultingio non male oluerint .

(17) Desunt haec in Editis , quae ex Ottob. Cod. nunc primum proferuotur : *& in aviaticis bonis suprascripto ordine posse succedere* .

(18) Lex , quae heic citatur , est 4. *Cod. Theod. de Legitim. heredítat. lib.* 5. *tit.* 1. , quam usurpavit Papianus etiam ad Tit. X. De Coostantino Pr. Po Galliarum , seu de Constantiniano , ut contendit Gothofredius , vide adnotationem nostram (3) ad cit. Tit.

De facramtis. TIT. XXIII.

SI a iudice ftatutũ fuerit aut inter partes conuenerit. aut de rebus dubiis facramta pbeantur eũ folũ debere iurare a quo aliquid repetitur nec a facramta pfonas alias requirendas. quo pfteto facra-

IDEM TITULUS
LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

De Sacramentis.
Titulus XXIII. (1)

SI a Judice ftatutum fuerit, aut inter partes convenerit, ut de rebus dubiis facramenta praebeantur, eum folum debere jurare, a quo aliquid repetitur, nec ad facramenta perfonas alias requirendas (2). *Quo praeftito facramento* (3), *omnis caufsae*

ADNOTATIONES

(1) Titulus hic in Editis eft XXIIII., aft in Ottob. Mfs., & in Indice Titulorum hujus Legis ex Vatic. Mfs. eft XXIII. Sacramentum hoc loco pro juramento accipitur, quemadmodum etiam ita ufurpatur in pluribus *Cod. Theod.* legibus. Hinc etiam in legibus Francorum, & Germanorum habentur *Sacramentales*, qui aliter *juratores*, & *juramentales* audiebant. Quid in foro olim facramentum fuerit, Ciceronis Commentatores, Erneftius in *Clave Ciceron.*, Wyboius *de interrogat. in jur.*, aliique tradiderunt. Sequioribus etiam faeculis hujus vocis ufus obtinuit; Hinc anno 1079., ut innumera alia exempla praeteream, Concilium Burdigalenfe injungit Abbati Sanctae Crucis *in fexta manu*, hoc eft cum quinque conjuratoribus facramento firmare veritatem privilegii cujufdam, ut nimirum legere eft in *Annalib. Benedict.* doctiffimi Mabillonii *To. V. pag.* 148., ubi fic habetur: *Ex decreto Concilii juravit Arnaldus Trencardi Abbas Sanctae Crucis in fexta manu Monachorum fuorum illud idem* Sacramentum, *five juramentum, de veritate fcilicet privilegii, quod Dominus Papa Alexander jamdiu ante decreverant Romae debere ante fe jurari ab ipfo Arnaldo Trencardi tertia tantum manu Monachorum fuorum, Gregorio Abbati Sancti Severi.* Bignonius in Notis ad *Formul. Marculfi pag.* 304. docet, *omne facramentum* apud Francos Chriftianos *in Ecclefia, & fuper reliquias juratum fuiffe.* Vide *Notitiam facramenti*, tum & Chartam *Sacramentalem* in Formulis Andegavenfibus.

(2) In Editis: *Nec ab aliis perfonis facramenta requiruntur.* Mfs. Ottob. non omni caret mendo; verum, ne vis in ipfius fidem fieret, libuit haec emendata ad exactiora ejufdem veftigia exhibere, ut patet ex Textu, & ex

cramto omnes causae ipsius repeticio conquiescat hic tam sacramti. ordo notato infamio denegatur secund constitutiones gregoriani, & ermogeniani.

caussae ipsius repetitio conquiescat. Hic tamen [4] *sacramenti ordo notato* [5] *infamia denegatur, secundum Constitutiones Gregoriani* [6], *& Hermogeniani* [7].

ADNOTATIONES

& ex subjecta lectionis restitutione. Quae sint personae, a quibus peti sacramentum non debeat, docet *l.* 34. §.3. *ff. de Jurejurand.*, per quam procurator excipitur, & *l.* 11. §.2. *ff. de action. rer. amotar.*, quae heredem excludit.

(3) Edita habent: *Praestito autem sacramento*. Aliter in Ottob. Cod., ut videre est in Textu.

(4) Particula haec abest ab Editis, quam ex Ottob. Cod. exhibemus.

(5) Mss. Ottob. habet *notato* pro *notatis*, ut prostat in Editis.

(6) Desideratur Constitutio haec *Gregoriani Codicis*, cujus loco Schultingius ad calcem *lib. III.* Papiani Summam statuit, idque ad tramites Edicti perpetui, cum in Edit. Genevensi habeatur ad finem *lib. IV.*

(7) Periit haec quoque *Hermogeniani Codicis* constitutio, ut proinde nunc ejus locum suppleat Summa Papiani, quam Schultingius ad calcem ejusdem Codicis collocavit.

De La-

De Latronibus convictis TIT. XXIIII.

CRiminosi cũ uicti fuerint ipsi puniantur . nec crim̃ illoꝝ filios aut uxorem qui conscii non ꝓbantur . poterit inplecare . secund̄ iures constitutionẽ .

IDEM TITULUS
LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

De Latronibus convictis.
Titulus XXIIII. (1)

SI *criminosi convicti fuerint*, *ipsi* (2) *puniantur*; *nec crimen illorum filios*, *aut uxorem* (3), *qui conscii non probantur*, *poterit implicare*, *secundum Juris constitutionem* (4).

ADNOTATIONES

(1) Titulus hic in Ottob. Cod., & in praefato Indice Cod. Vatic. habetur *n.* XXIIII., qui in Editis est XXV. Tum in utroque Cod. additur in Rubrica vox *convictis*, quam Edita non habent.

(2) Particula *si* initio caret Codex Ottob., quam ex Editis supplevimus; At heic exuberat pronomen *ipsi*, quo Edita destituuntur.

(3) Edita legunt *uxores*; at Ottob. Codex habet *uxorem*.

(4) Provocat heic Papianus ad *l.* 18. *Cod. Theod. de poenis lib.* 9. *tit.*40., quae est 22. *Cod. Just. tit. eod.*

De adulteriis. TIT. XXV.

MAritũ ſi adulteꝝ cum uxore inuenerit. ita ut inunũ ſint. & ſi ſe conmiſceant. libeꝝ. arbytriũ. habebit utꝝque unu ictu punire ſecund. legẽ

IDEM TITULUS

LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

De Adulteriis.
Titulus XXV. (1)

MAritus, ſi adulterum cum uxore invenerit (2), *ita ut in unum* (3) *ſint, & ſeſe commiſceant, liberum arbitrium habebit utrumque uno ictu punire* (4), *ſecundum legem* (5) *Novellam*

ADNOTATIONES

(1) Habetur hic Titulus in Editis *n. XXVI.*; at in Mſs. Ottob., & in Indice Vatic. *n. XXV.*

(2) In Editis apud Schultingium *invenit*; at melius in Mſs. Ottob. *invenerit*.

(3) Edita habent *unum*; ſed Cod. Ottob. *in unum*.

(4) Codex Ottob. legit *punire*, pro quo Edita habent *ferire*.

(5) Titulus Maioriani *de adulteriis* cernitur inter ipſius Novellas *n. IX.* Licet autem in ea de hoc crimine agatur, tamen de mariti auctoritate, quae heic innuitur, necandi ſcilicet uxorem, & adulterum ſimul ἐν ἔργῳ deprehenſos, nihil omnino ſancitur. Editio Novellarum Rittershuſii ad hanc Novellam Maioriani loco Tituli gerit hoc ipſum Papiani Reſponſum, quod non agnovit Ritterius ad praedictam Novellam adnotat. (*a*), qui Germanicae nationis Librarium illa verba adſcripſiſſe exiſtimavit. Joh. Seldenius *de Uxore Hebraica lib. III. cap.* 12. *pag.* 389. agens *de Adulteriis* integram refert ex ſui ipſius Mſs. Codice hanc Maioriani Novellam Editis ſua aetate accuratiorem, cujus ſane lectionibus nonnullis etiam poſteriores Gothofredii, Marvillii, & Ritterii Editiones reſtitui poſſent, ut mirer proinde, Ritterium, qui ad ſingulas Novellas locupletem meſſem variarum lectionum ex diverſis locis collegit, has ex Seldenio ignoraſſe, ut ipſas proinde poſteris ad ſpicilegium reliquerit. Verumtamen & ipſos doctiores ſemper aliquid latet, & quantacumque ab ipſis diligentia intendatur, multa plerumque effugiunt. Ceterum jus necandi uxorem, & adulterum marito tributum videmus Lege Baiuvariorum *tit. VII.*, Rotharis Langobardorum Regis *l. 2. num.* 213., & Viſo-gothica *lib. III. tit. IV. num.* 4., quibus adde Rogerium Siciliae Regem *Tit. de poen. uxor. in adult. deprehenſ.*

legē nouellaꝝ maiuriani que exindé ad ius. uetus cuncta reuocauit.

vellam Maioriani, qui exinde ad jus vetus (6) *cuncta* (7) *revocavit.*

ADNOTATIONES

(6) Schultingius heic monet, per haec respectum haberi ad Paulli *Sententiar. lib. II. tit. 26.* §. 4., *&* 5., ast ibi non haec facultas omnino, ac indiscriminatim tribuitur, cum id marito in infames, servos, ac libertos, excepta uxore, dumtaxat licere, & si uxorem occiderit, lenius ipsum puniri, Paullus significet; qui etiam ad §. 7. *cit. lib.*, *& tit.*, monet, marito permitti adulterum cum uxore inventum interimere, non tamen usque, aut ubique, sed *domi suae* deprehensum. Ceterum facultatem necandae uxoris marito detulerant antiquae Leges, quod ex Catonis oratione retulit Gellius *Noct. Attic. lib. X. cap.* 28., scilicet: *In adulterio uxorem tuam si deprehendisses, sine judicio impune necares; illa te, si adulterares, digito ne auderet contingere, neque jus esset.* Verum & dies, & humanitas hanc legum asperitatem temperavit, quae ex Viri manibus ultorem gladium eripuit, ut dein lege Cornelia *de Sicariis* ipse teneretur, si uxoris sanguine manus maculasset, aut secundum mitiores sequentium Imperatorum sanctiones in opus perpetuum, si esset humilior, traderetur, aut deportaretur in Insulam, si esset honestior. Vid. Janum Vincentium Gravinam *Origin. Jur. Civil. lib. III. cap. LXXXVI.*

De his

De his qui debetas filiorũ de ma̅tnis bonis ñ tradederint portionis. Tit. XXVI.

PAt̄ debit de ma̅tnis. bonis. medietatẽ filiis dare. cũ annoꝝ XX fuerint. quod si de ꝓprietate rerũ. maternaꝝ. exp̄ssa ñ dederit portionẽ & ꝑ testamtũ res ꝓprias a filiis. alienare uoluerit. ab heredibus repetendũ est. quidquid in expressa portione. a uicensimo anno. fili de fructibus. accepere potuissent. secund̄ legẽ nouellaꝝ. nuptiales tam̄ dona-

IDEM TITULUS
LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

De his, qui debitas filiis de maternis bonis non tradiderint portiones.
Titulus XXVI. (1)

P*Ater debet de maternis bonis medietatem filiis dare, cum annorum viginti fuerint; Quod si de proprietate rerum maternarum expressam non dederit portionem, & per testamentum res proprias a filiis alienare voluerit, ab heredibus repetendum est quidquid in expressa portione a vigesimo anno filii de fructibus accipere potuissent, secundum legem Novellarum* (2). *Nuptia-*

ADNOTATIONES

(1) Titulus hic hactenus anecdotus nunc primum ex Ottob. Cod. a nobis profertur, ubi signatur sub *n. XXVI.* In Indice Titulorum hujus Legis, quem habet praefatus Cod. Vatic., cernitur hujus quoque Tituli Rubrica, ac proinde ex eo etiam hunc Titulum edere nunc licuisset, nisi Lex haec ibidem fuisset abrupta ad Titulum XXII., ut eo loci adnotat. (1) monuimus. Ceterum etiam in Lege Burgundionum *Tit.* 1. ita inscribitur: *De his, qui debitas filiis substantiae suae portiones non tradiderint.* Verum heic non de maternis bonis, ut in hoc Legis Romanae Titulo, sed de paternis agitur.

(2) Dum Novellas fere omnes, quae post Theodosianum Codicem exhibentur, percurreremus, ut varias lectio-

donationes. defuncta eoꝝ matre secuđ uetere con-
suetudinem. in usufructu liceat possedere ꝓprietate
filiis. in nullo inminuta. quod si factū fuerit. fru-
ctus reꝝ ipsaꝝ debentur. quibus tamen & de ipsa
medie-

Nuptiales tamen donationes, defuncta eorum matre, secundum veterem consuetudinem in usufructu liceat possidere, proprietate filiis in nullo imminuta. Quod si factum fuerit, fructus rerum ipsarum debentur, quibus tamen & de ipsa medietate, cum annorum

ADNOTATIONES

ctiones Ottob. Codicis colligere possemus, nullam aliam invenimus, quae huc pertineat, quam Novellam Valentiniani juxta Lipsiensem editionem XII., ast secundum Ottob. Mss. XXXII., quae inscribitur *de Episcopali judicio, & diversis negotiis, & ne quis Clericus invitus ordinetur*; Sic enim ibidem loquitur Imperator: *Muliere in matrimonio intestata deficiente, superstitibus filiis derelictis, pater usufructus totius patrimonii habeat potestatem usque ad vicesimum filiorum aetatis annum: post medietatem restituat filio, filiaeve, sibi in diem vitae suae medietate detenta. Si, expleto filiorum vicesimo anno, medietatem portionis suae unicuique dare noluerit, soboli, quae medietatem ex bonis maternis a patre non fuerit consecuta, post obitum patris a successoribus, aestimatione habita, jubemus exsolvi, ut quod in familia quis constitutus amisit, futura saltem compensetur aetate*. Subjecta Interpretatio id etiam magis confirmat, ubi sic habetur: *Mulier vero, quae filium derelinquet, si, marito superstite, intestata defecerit, maritus ejus, hoc est pater eorum facultates ab uxore dimissas pro usufructu in sua habeat potestate: Ita ut cum unusquisque filiorum ad vicesimum aetatis suae annum pervenerit, medietatem portionis suae sine dilatione percipiat, & medietatem sibi pater in diem vitae suae ad usumfructum retineat. Quod si alicui, transacto vicesimo anno, medietatem portionis suae dare noluerit, fructus ejus medietatis, quam daturus erat, post mortem patris filius de paterna hereditate a successoribus ejus, habita aestimatione, recipiat, quos patri exigere pro sua potestate non valuit*. Non ita tamen se res habebat antiquitus, cum pater tunc maternorum bonorum non usumfructum modo, sed etiam proprietatem patrii imperii jure obtineret. Sane hujusmodi bonorum proprietatem, servato usufructu, patri ademit Constantinus M. *ll.* 1., 2., *& 3. Cod. Theod. de maternis bonis lib.* 8. *tit.* 18., quod etiam confirmatur potissimum Interpretatione *l.* 2. subjecta, quam juvat heic proferre, cum ibidem hujus Valentinianeae Novellae, mea quidem sententia, mentio fiat, quod tamen ignoravit Gothofredius: *Materna bona filiorum ita pater possideat, ut usumfructum de his habeat, sed quantum, & quandiu habeat*, lex Novella *constituit*. Dein Valentinianus quoque idem sanclvit *l.* 9. *Cod. eod.*, ubi praedictorum bonorum usumfructum patri concedit, donec sub ejus potestate filii consistant. Id etiam confirmat ipsa Interpretatio, quae huic legi subjicitur, quae praefatam quoque

 Valen-

medietate cũ annoꝝ XX uiginti fuerint debebt refundere qđ si factũ fuerit uindicatio matne. donationes. iure debentur,

norum viginti fuerint, debebit refundere; quod si factum fuerit, vindicatio maternae donationis jure debetur.

ADNOTATIONES

Valentiniani Novellam videtur innuere, cum dicat: *Pater de maternis filiorum bonis usumfructum habeat usque ad illud tempus, quod* lex Novella *constituit*. Hisce legibus addi potest 4., & 5. Constantii, tum Gratiani, Valentiniani, & Theodosii 6., Honorii 7., Arcadii 8. *hoc tit.*, *&* *l.un. Cod.eod.de bonis, quae fil. famil. &c. lib.* 8. *tit.* 19., habito tamen ad ceteras circumstantias, & exceptiones, quae *cit. ll.* continentur, respectu, quas heic nunc accervare non juvat.

De popillis uel mulieribus disponsatis. TIT.XXVII.

SI quis arras sponsalioꝝ nomine dederit. & pater uel mater acceptis. arris eũ. qui arras dedit refutato alium. fortasse receperunt. arras in quadru-

IDEM TITULUS

LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

De Puellis, vel Mulieribus desponsatis.
Titulus XXVII. (1)

S*I quis arrhas* (2) *sponsaliorum nomine dederit, & pater, vel mater, acceptis arrhis, & eo, qui arrhas dedit* (3), *refutato, alium fortasse receperit, arrhas in quadruplum esse redden-*

ADNOTATIONES

(1) Titulus hic eodem numero recensetur in Editis, ac in Ottob. Cod., & in Indice Vatic. Verum pro *sponsatis*, ut est in Rubrica Editorum, Codex Ottob. habet *desponsatis*.

(2) Arrhae, sponsalibus peractis, intervenire solebant, quas sponsae sponsus in testimonium, ac veluti pignus sponsionis, quam de futuris inter ipsos nuptiis peregerat, largiebatur. Hinc sane

druplum esse redendas ; Si uero puella . aut ꝑ se aut ꝑ quācūque ꝓpinquoꝝ . aut tutoꝝ ꝑsonā . arras accipiat . & nupcias uoluerit recusare uel aliū fortasse recepere . pena suprascriptae . solutiones de ꝓpria facultate . ipsa dissoluat . actione contra illū . qui illa inconsulta arras . susceperit . reseruata hoc eciā constitutū . ut quisque datis arris intra bienniū nuptias . celebrare tardauerit . sine arraꝝ solutione

dendas . Si vero puella aut [4] *per se , aut per quamcumque propinquorum , aut tutorum personam* [5] *arrhas acceperit , & nuptias voluerit recusare* [6]*, vel alium fortasse recipere* [7]*, poenam suprascriptae solutionis* [8] *de propria facultate ipsa* [9] *dissolvat , actione contra illum , qui , illa inconsulta* [10] *, arrhas susceperit , reservata . Hoc etiam constitutum est , ut si quis , datis arrhis* [11]*, intra biennium nuptias celebrare tardaverit ,*

ADNOTATIONES

sane apposite ὁ πάνυ Alexius Symmachus Mazochius *To. I. Spicilegii Biblici ad* ad *Gen. cap. XXXVIII. v.* 18. adnotat, *Arrhabonis* vocabulum , quod ibidem usurpatur , esse totum Hebraicum , cum sit ab Hebraea radice ערב *arau* , quod est *spondere* . Insuper apud Hesichium habetur μνῆστρον , ὁ τοῦ γάμου ἀῤῥαβὼν , scilicet *desponsio* , *nuptiarum arrha* . Apud eumdem alibi κάθορμα , ἔνορμα , & περιθέματα (quae sunt diversa monilium nomina) appellantur ἀῤῥαβωνιακὰ , quod *arrharum* loco in desponsationis pignus dari solerent . Poena , quae heic legitur de restitutione arrharum in quadruplum , habetur *l. 6. Cod. Theod. de sponsal. , & ant. nupt. donation. lib. 3. tit. 5.* , ubi videndus Gothofredius . Verum poena haec commutata est in duplum *l. pen. Cod. de sponsal. , & arrh.*

(3) In Editis *dederat* ; at in Cod. Ottob. *dedit* .

(4) Particula *aut* abest ab Editis , quam exhibet Codex Ottob.

(5) Aliter in Editis : *aut per quemcumque propinquorum , vel tutorum* . Codicis Ottob. lectionem habes in Textu . Cautio haec legis habetur *l. 6. in fin. Cod. Theod. tit. eod.*

(6) Ubi Edita habent *excusare* , Codex Ottob. legit *recusare* .

(7) Pro *suscipere* , ut in Editis , Codex Ottob. habet *recipere* .

(8) In Editis *poenam suprascriptam* habes ; at in Cod. Ottob. *poenam suprascriptae solutionis* .

(9) Vox *ipsa* desideratur in Editis , quam habet Codex Ottob.

(10) Edita legunt *inconsulte* ; at Codex Ottob. *illa inconsulta* .

(11) In Editis : *ut si qui dedit arrhas ,*

tione liceat. parentibus puellā. desponsatā alii matrimunio sociare; Similiter constitū. ut qui datis arras. puella declinat. acceperit id quod nomine datū ꝓbatura mittat. Quod uero a patre puelle muneris gracia puer acciperat. reformetur.

rit, sine arrharum solutione liceat parentibus puellam desponsatam alii matrimonio sociare (12). *Similiter constitutum, ut qui, datis arrhis, puellam declinat accipere, id, quod arrharum* (13) *nomine datum probatur, amittat. Quod vero a patre puellae muneris gratia puer acceperat, reformetur* (14).

ADNOTATIONES

rhas; verum in Cod. Ottob: *ut si quis, datis arrhis*; ubi tamen ob levissimum mendum medicinam adhibuimus.

(12) Alia est lectio Editorum: *tum mulier alii se matrimonio sociare impune possit*. Quam lectionem Codex Ottob. exhibeat, vides in Textu. Temporis hujus taxatio habetur *l.* 4. *Cod. Theod. tit. cit.*, ubi vide Gothofredium. Haec ipsa lex habetur etiam in *Cod. Just. l.* 2. *tit. eod.*

(13) Oscitantia Amanuensis abest a Cod. Ottob. τὸ *arrharum*, quod ex Editis supplevimus.

(14) Editorum heic alia lectio: *& quod vicissim a patre puellae muneris gratia acceperat, reformet*. Lectionem Codicis Ottob. habes in Textu.

De Iu-

De luctuosis hereditatibus. TIT. XXVIII.

DEfuncto filio pater succedit qud si & ille defuerit fratres defuncti. succedant qud si & ipsi defuerint mater succedet qud si fuerit mater defun-

IDEM TITULUS

LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

De luctuosis hereditatibus.
Titulus XXVIII. (1)

D*Efuncto filio pater succedit*; *Quod si patrem non habuerit*, *avus paternus jure succedit* (2); *Quod si & ille defuerit*, *fratres defuncti succedunt*; *Quod si & ipsi defuerint* (3), *mater*

ADNOTATIONES

(1) Titulus hic in Editis signatur *n. XI.*, at in Cod. Ottob., & in Indice Vatic. habetur *n. XXVIII.* In *Instit. de S. C. Tertulliano* §. 2. successiones tristes, cum scilicet, turbato ordine naturae, fatisque male judicantibus, liberi antevertunt obitum patris, vocantur *luctuosae hereditates*. Hinc saepe, ac fere passim in Inscriptionibus queruntur parentes filiis superstites, quod eorumdem Manibus ea officia cogantur persolvere, quae sibi ipsis persolvenda a filiis exspectassent, tum se *miseros* etiam inscribunt, quod filios *superaverint*, ut apud Muratorium *pag.* 1201. *n.* 5., & aliquando *crudeles*, ut in Inscriptione apud Gruterium *pag.* 762. *n.* 2. (quam tamen spuriis accenset Maffeius in *Art. Crit. Lapid. lib. III. cap. IV. col.* 364.). His adde, quod pater se ING*ratum* appellet, dum mortuo filio titulum facit, in Campidnensi Inscriptione, quam refert Vir Cl. Martinus Gerbertius in *Itinere Alemannico pag.* 136., atque, ut alia multa exempla praeteream, in Romana Inscriptione apud Marcum Velserium *Epist. LXXXII.*, quae data est ad Robertum Titium Bononiensem, & ad quam etiam provocat Mabillonius in *Itin. Ital. pag.* 78., tum apud Reinesium *Syntag. Inscript. Class. XII. n.* 122., ac tandem apud Fabrettium *cap. III. n.* 633. *pag.* 237. MATER . SCELERATA dicatur, quoniam parentet FILIIS. SVIS. INFELICISSIMIS. QVI. AETATE . SVA . NON . SVNT. FRVNITI., sive cum Velserio *Matrem sceleratam* dictam putes pro *moesta*, vel pro ea, *quae scelus admiserit*, *quatenus filiis supervenerit*; sive cum Reinesio *sceleratam* dici existimes pro *infelice*, *ideo quod scelere aliquo polluta videretur aliis* (cui quidem aegre adstipulatur Fabrettius, quod aliquando *scelus* pro *infortunio* antiquitus accipi adverterit) sive tandem cum Mabillonio loc. cit. accedas vocis hujus notioni, quam praebet Ugutio apud Du Fresneium in *Glossario*: *Sceleratus* (enim inquit) *in quo fit scelus*: *scelerosus*, *per quem fit*, ut proinde in hoc sepulcrali

functa. frater & soror succedant mater p fratrē. excluditur. & in successione frater cū sorore. ęqua sorte succedunt. quod si frater defuerit. mater & filie. quante fuerint. equalis accipiunt. portiones secund speciem pauli lib. III. de intestatoꝝ successione. ad senatus consultū.

mater succedit; Quod si fuerit mater defuncta, frater, & soror succedunt [4]. *Mater per fratrem excluditur, & in successionem frater cum sorore aequa sorte succedit. Quod si frater defuerit* [5], *mater, & filiae, quantae fuerint* [6], *aequales accipiunt* [7] *portiones, secundum speciem Paulli libro quarto de Intestatorum successionibus ad Senatus Consultum Tertullianum* [8].

ADNOTATIONES

crali filiorum elogio *sceleratam* se Mater inscripserit, quod in ipsam Parcae *contra votum*, & *naturae ordinem* tam immane *scelus* praepostera filiorum internecione ediderint.

(2) Verba haec: *Quod si patrem &c.* ab Ottob. Cod. Amanuensis oscitantia exciderant, quae nos ex Editis restituimus. Licet frater, & soror defuncti matrem excluderent, non tamen avus excludebat, ut patet ex §. 2. *Instit. de S. C. Tertullian.*, & ex *l.* 2. §. 15. *ff. ad S. C. Tertullian.*, *& Orphitian.*, nisi in specie, prout firmatur *l.* 5. §. *ult. ff. eod.* Quare Papiano jure exprobratur a Schultingio, quod absona a Legibus Romanorum proponat.

(3) Aliter in Editis: *Si nec ipsi fuerint*; ast in Ottobon. Cod. plenius, ut cernitur in Textu. Verum, ut mater, deficientibus fratribus, in filii bona succederet, oportebat, ut liberorum jure esset suffulta, ut patet ex *cit. tit. Inst.* Ceterum frater emancipatus matrem non excludebat, ut prodit *l.* 7. *Cod. Theod. de legitim. heredit.*

(4) Deest in Editis verbum *succedunt*, quod habet Codex Ottob.

(5) Paullo aliter in Editis: *Quod si frater non fuerit*. Haec consona sunt iis, quae habentur §. 2. *Instit. de S. C. Tertullian.*

(6) Differunt parumper Edita, quae habent: *mater cum filiabus quantaecumque fuerint*.

(7) Pro *accipiunt*, ut est in Cod. Ottob., Edita habent *capiunt*.

(8) Cernitur hic Titulus *de Intestatorum successione* apud Paullum in Schultingii Editione *lib. IV. tit.* 8., sejunctus a *tit.* 9., qui inscribitur *ad S. C. Tertullian.*, & ex quo Papianus haec hausit, quique a Sichardio subjicitur praecedenti. Editio Aurelianensis habet hanc Papiani Summam, tamquam verba Paulli, quam tamen Schultingius pro interpretatione verborum Paulli ad calcem *cit. tit.* exposuit. Nemo vero ignorat, jure XII. Tabularum hereditates delatas solum fuisse ad agnatos, ut proinde, quod inter liberos, & matrem nulla intercederet agnatio, vicissim alteruter a bonorum

norum fucceffione excluderetur. Verum deinde cautum eft S. C. Tertulliano, & Ophitiano, ut mater, & liberi fibi ipfis mutuo fuccederent. De hujufmodi S. C. vide Janum Vincentium Gravinam *Origin. Jur. Civil. lib.* III. *cap.* LXXXIII., *& feq.*

De caballis quibus os aut fcindola ad cauda legata fuerit. TIT. XXVIIII.

SI quis caballũ legandi ei os aut fcindola uel ꝑ pannũ rubꝝ eũ ∴ ita turbauerit. ut pereant fi factũ fuũ negauerit. fimbla hoc fatisfactione. compo-

IDEM TITULUS

LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

De caballis, quibus os, aut fcindula ad caudam ligata fuerit. Titulus XXVIIII. (1)

SI quis caballum ligando ei os, aut fcindulam, vel per pannum rubrum ita turbaverit (2), *ut pereat, fi factum fuum non negaverit, fimpli hoc fatisfactione componat; Si negaverit,*

ADNOTATIONES

(1) Titulus hic, qui in Editis eft XXVIII., in Cod. Ottob., & in Indice Vatic. eft XXIX. Rubrica hujus Tituli diverfimode in Mfs., & in Editis circumfertur. Jam tenes lectionem Ottob. Codicis; Vaticanus ergo ita legit: *De Caballis, quib. offum, aut fcandolam ligaverit*. Edita vero fic habent: *Si quis caballis offum, aut fcandulam ligaverit*. In legibus Burgundionum *tit.* LXXIII. ita legitur: *De caballis, quibus offa, aut fcandula ad caudam ligata fuerint*. Mfs. Ottoboniani lectio his praecipue differt a ceteris, quod non habeat *offum*, fed *os*, nec *fcandula*, fed *fcindola*. *Offum* pro *os* exfulat a Latio. *Scandula*, & *fcindula*, quin & *fcandala* apud Scriptores invenitur. Ea eft Tabellae ligneae genus, quo pro tegulis domus contegebantur. Plinius *Hift. Natur. lib. XVI. cap.*10: *Scandula contectam fuiffe Romam ad Pyrrhi ufque bellum annis* CCCCLXX., *Cornelius Nepos auctor eft*. Memoratur etiam a Vitruvio in *Architectur. lib.* II. *cap.* 1., ubi videndus Barbarus. Vide & Donatium *de Urbe Roma lib.* I. *cap.* 25., & Voffium *de vit. fermon. lib.* III. *cap.* 47., & alibi, tum Daufqueium in *Orthographia*, & Dukerium in *Opufcul. variis de Latinitat. JConfult. veter. Scandularii* quoque aderant, qui fcilicet fcandulas fabricabant. Horum mentio habetur *l. 6. ff. de jur. immun.* Vid. Pancirolium *de Corpor. artif.* §. 35., & Budaeum in *Pandectas l. ult.* §. 2. *de munerib.*, *& honor.* Stewechius ad Vegetium *lib.* II. *cap.* 24. malebat legere *fcindu-*

ponat . ſi negauerit . & conuictus fuerit . duplā ſecund legem aquiliani qua inefiantes duplū . tenentur .

rit , & convictus fuerit , dupli , ſecundum legem Aquiliam , qua inficiantes duplo tenentur (3) .

ADNOTATIONES

ſcindularii , ſcilicet a *ſcindula* , ut alicubi exſcribi , ſuperius advertimus . Juvat heic advertere , Ritterium in *Gloſſario Nomico Cod. Theod. voc. Strator* tradere, Gisbertum Cuperium *ad Lactantium de mortib. perſecutor. cap. V.* in ea eſſe ſententia , ut ſcandulas , ac ſtapedes , quibus hodie equos conſcendimus , antiquiſſimi uſus non eſſe, contendat . Verum nobis Cuperium ibidem conſulentibus nihil de *Scandula* occurrit , licet ibidem luculenter de *Stratore* , de *Stapeda* , ac de ſcalis quibuſdam ad inſiliendum in equum idoneis diſſeratur . Sane , ſi hoc verum fuiſſet , ac ſcandula cum ſtapede aliquid commune habuiſſet , forte nunc equo alligatam ſcandulam illo ſenſu acceptam veroſimilius conciperemus , quam ligneam tegulam , ut a Plinio , ac Vitruvio uſurpari ſuperius advertimus , praeſertim cum ipſum etymon favere etiam poſſet , quod ſcilicet ab equo ſcandendo ſcandulam appellatam , innueret .

(2) In Editis ita legitur : *Si quis caballo ligando oſſum , vel ſcandulam , vel pannum rubrum ita eum turbaverit &c.* Nos ex Ottob. Codicis lectione , quae non omnino emendata eſt , concinniorem conficere curavimus .

(3) De Lege Aquilia vide ſuperius adnotationem noſtram (24) ad Tit. XIV.

De ap-

De apparatorib. TIT. XXX.

NE quis omnino exequi pceptioñe. psumat nisi p principes apparetoꝝ offitii pbaturiã. ordinatus. & ab his quos conueniunt si ad pceptione. domni regis, de causis singulis. seu diuisis. & in unũ consortis. qui pulsati fuerint teneantur non ãplius ab exsecutoribus quã soledus in sportola requiratur.

IDEM TITULUS

LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

De Apparitoribus.
Titulus XXX. (1)

NE quis omnino exsequi praeceptionem (2) *praesumat, nisi per principes officii apparitorum probatoria* (3) *ordinatus; Et ab his, quos conveniunt, si a praeceptione Domni Regis* (4) *de caussis singulis, seu divisis, & in unum consortes, qui pulsati fuerint, teneantur, non amplius ab exsecutoribus, quam soli-*

ADNOTATIONES

(1) Qui in Ottob. Cod., & in Indice Vatic.signatnr Titulus sub *n.XXX.*, exhibent Edita sub *n. XXIX.* Apparitores erant, ut nemo ignorat, qui in aliquo officio militabant, quique praecepta Judicum, & sententias exsequebantur. Vid.Pancirolium Commentar. in *Notitiam Imper. Orient. cap.*IX., & alibi. Ratherius Episc. Veronen. in suis Operibus saepe vocat Apparitores *Baculares*, quod baculum gererent.

(2) Praeceptio, & praeceptum idem omnino sunt, scilicet decretum, sententia Judicis, cujus rei multa exempla habentur in veterum legibus.

(3) Probatoria est libellus Principis, qui e sacris scriniis emittebatur, quoque probabantur, & eligebantur officiales. In utroque *Cod. Theod.*, *& Just.* habetur *tit. 7. lib. 8. de diversis officiis, & apparitoribus, & probatoriis*. Probatoria e sacris scriniis emissa habetur *l.* 21., 22., *&* 23. *Cod. Theod.*, *l. 6.*, *9.*, *&* 10. *Cod. Just. eod. tit.* In Novella *Justin.* XVI. 1. probatoriae vocantur *δοκιμασίαι*, *σύμβολα*, *ἀποδείξεις*, *συστάσεις*. In Editis paullo aliter: *nisi principis offitii apparitorum probatoria ordinatus*. Nos ex lectione partim Codicis Ottobon., partim Editorum accuratiorem nunc proposuisse arbitramur.

(4) Quis censensus sit Domnus Rex, quem heic Ottob. Mss. proponit, & quem frustra in Editis requiras, vide superius adnotationem nostram (14) ad

ratur. Hii uero qui conueniuntur. ſi quos conſortis. habent. & in principio litis nomena debebunt. ut & ipſi conuenti audientie tempore. deeſſe non poſſint. agrorum uero conſortis ſi diuiſas in uno agro portionis habeant. quod quicũque in agro ipſo poſſedit aſſes. ſingulorum ei receſendus. eſt quia per uncias diuiſa. poſſeſſio in ſingulorum portionibus aſſi. facti ipſi eciã apparatoris. ac cognuſcant quod a ſuſcepto

ſolidus in ſportula [5] *requiratur* [6]. *Ii vero, qui conveniuntur, ſi quos conſortes habent, in principio litis nominare* [7] *debebunt, ut & ipſi audientiae tempore deeſſe non poſſint. Agrorum vero conſortes ſi diviſas in uno agro portiones habeant, quod quicumque in agro ipſo poſſidet, aſſis ſingulorum ei cenſendus eſt, quia per uncias diviſa poſſeſſio in ſingulorum portionibus aſſem facit* [8]. *Ipſi etiam apparitores cognoſcant, quod eis*

ADNOTATIONES

ad Tit. II., cui adde, quae in Praefatione etiam diſſeruimus.

(5) Quid ſit ſportula, diximus ſuperius ad Conſtitution. Valentiniani III. *n.* IV. adnotation. (10).

(6) Haec periodus aliter ſe habet in Editis: *& ab his, quos praeceptione conveniunt, de cauſis ſingulis, ſeu de univerſis, ſeu in unum conſortes pulſati fuerint, non amplius executores, quam ſolidum in ſportulas requirant.*

(7) In Editis pro *nominare* legitur *denuntiare*. Spectat huc *tit. Cod. Theod. de dominio rei, quae poſcitur, vel conſortibus ab eo, cui denunciatum fuerit, poſtulandis*, ubi tamen deſideratur lex, quae huic rei provideat. Dein cautum fuit *l. un. cit. tit.*, ex qua prodiit etiam *l. 1. Cod. Juſt. de conſortib. ejuſd. lit.*, ut unus ex conſortibus agere, & conveniri recte poſſit; atque de uno ex conſortibus conveniendo verba facit Papianus inferius Tit. ſecundum Ottobon. Cod. XLXII.

(8) Aliter in Editis: *Agrorum vero conſortes, ſi diviſae ſunt quaecumque agro portiones, habent quod cuicumque in agro ſua portio in ſingulorum poſſeſſione eſſe fecerit*. Verum, quid haec cum Apparitoribus? Fateor ſane, implicata etiam prima fronte videri, quae habet Codex Ottob., ſed bene perpenſa id videntur protendere, ſcilicet conſortes agrorum, qui diviſas agri portiones poſſident, ſingulos eſſe ab Apparitoribus conveniendos, & ſolidum quoque a ſingulis pro ſportula exigendum, cum quod ſejunctim a quolibet in agro tenetur, aut quaelibet uncia diviſa peculiarem ſingulorum aſſem efficiat.

ſcepto conditio diſcendere non licebit . niſi uacationis benefitio apprincipe officti conſequatur.

eis a' ſuſcepta conditione (9) *diſcedere non licebit , niſi vacationis beneficium a principe officii conſequantur .*

ADNOTATIONES

(9) Edita habent: *a ſuſcepto officio*; at Cod. Ottobon: *a ſuſcepta conditione*, quod eodem recidere videtur. Codex Ottob. caret *eis*, quod nos ex Editis reſtituimus.

De perſcriptione temporum. TIT. XXXI.

DE inſcriptione tempoꝝ conſtat legibus . conſtitutũ . ut tricinalẽ conſtitutione . in hereditariis cauſis in repeticione legatoꝝ in pecuniariis . ideſt

IDEM TITULUS

LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

De Praeſcriptione temporum .
Titulus XXXI. (1)

DE *praeſcriptione temporum* (2) *conſtat legibus* (3) *conſtitutum , ut tricennalem conſtitutionem in hereditariis cauſſis , in repetitione legatorum , in pecuniariis , ideſt chirographariis debi-*

ADNOTATIONES

(1) Titulus hic eſt in Editis XXX., qui in Ottob. Cod., & in Iodice Vatic. proſtat ſub *n. XXXI.*

(2) Priora haec verba deſiderantur in Editis.

(3) Leges, quae heic memorantur, nullae aliae ſunt, quam *l. un. Cod. Theod. de actionib. cert. tempor. finiend.* (ex qua manavit *l. 3. Cod. Juſt. de praeſcript. XXX., vel XL. annor.*), & Novella Valentiniani *tit.* VIII. *de praeſcriptione XXX. annor. omnib. cauſ. opponend.* Sane Novella haec Valentiniani ante Theodoſii, aliorumque Imperatorum Conſtitutiones in Gallia innotuerat, ut ex Sidonio Apollinare diſcimus *lib.* VIII. *Epiſt. 6.* ad Namaſium, qui Nicetium Advocatum Praefecti Praetorio Galliarum, qui Arelate tunc conſiſtebat, legem de praeſcriptione tricen-

ideſt cyrograffis. hoc eſt uiuentum cautionibus. dę reꝑtis fugiuis. aduerſus fiſco de infirmando ꝑ inminutionē uel nuciā teſtiū teſtam̄ti coſtodiant, iudicantes; Relique uero cauſe. in exp̄ſſus metaꝝ ſuaꝝ terminus finiantur ideſt; De inofficioſis teſtamentis. de inmodicis. donationibus. hoc eſt ubi falcidiae.

debitis [4], *hoc eſt viventium cautionibus, de repertis fugitivis, adverſus fiſcum de infirmanda operum munitione, vel pro notitia teſtamentorum cuſtodiant judicantes. Reliquae vero cauſſae intra expreſſos* [5] *metarum ſuarum terminos finiantur, id eſt de inofficioſis teſtamentis, de immodicis donationibus, hoc eſt ubi Falci-*

ADNOTATIONES

tricennii promulgaſſe, actiſque forenſibus ſub Conſulatu Aſturii, quo haec ipſa Novella prodiit, ſcilicet ann. 449., inſinuatam fuiſſe ſcribit: *Per ipſum tempus* (inquit) *ut decemviraliter loquar, lex de praeſcriptione tricennii fuerat perquiritata, cujus peremptoriis abolita rubricis, lis omnis in ſextum tracta quinquennium terminabatur. Hanc intra Gallias ante neſcitam primus, quem loquimur, Orator indidit proſequutionibus, edidit Tribunalibus, prodidit partibus, addidit titulis*. Verum hanc Legem non omnes Valentiniani III. Novellam cenſent, ſed alii Theodoſii Jun., alii Sen. fuiſſe contendunt. M. Antonius Dominicius *de Praerog. Allod. cap.* VI. §. IV. putat, Sidonium dixiſſe *intra Gallias ante neſcitam* (ſive potius *neſciam*, ut legendum contendit Janus a Coſta Commentar. in *Decret. Gregor.* IX. *lib.* II. *tit.* XXVI. *cap.* V., ubi de hac lege nonnulla quoque attingit) quod prius in Oriente a Theodoſio lex lata in Gallias ob Johannis incubationem perferri non potuerit, quae dein per Valentiniani III. Novellam ibidem innotuerit. Verum de hac re etiam in Praefatione nonnulla delibavimus. Vide Decretionem Childeberti Regis datam circa ann. 595. §. V., ubi cauſſas omnes tricennaria legę excludi praecepit, quam tamen Eccardius ibidem exiſtimat legem Theodoſii Jun., quae continetur in *Cod. Theod. lib.* 4. *tit.* 14. Ne autem praeſcriptioni XXX. annorum locus fieret, libellarii contractus praeſertim ita peragebantur, ut annos novem, & viginti non excederent. Hujuſmodi contractus exemplum ex Honorio I. Pontif. ad ann. 625. ediderunt Cl. Fratres Ballerinii in Tractatu *De antiquis Collectionibus, & Collectoribus Canonum part.* III. *cap.* 14. *pag.* 306. *To.* III. *Oper. Sancti Leonis*; quemadmodum aliud iidem noviſſime protulerunt inter *Opera Ratherii Epiſc. Veronenſis part.* II. *col.* 514., Siquidem in ipſius Teſtamento *Caſales* duos Ratherius concedit *clericulis duobus*, ea conditione, ut *poſt* ejus *diſceſſum* (ideſt *mortem*) XXVIIII. *annorum curriculo, ut ceteris moris eſt, poſſiderent*.

(4) Vox haec abeſt a Mſs. Ottob., quam nos ex Editis repoſuimus. Habes heic nonnulla quoque lectionum diſcri-

cidiae. filiis non feruantur intra quinquenniũ. de- beri & ꝓponi & ꝑagi de numera pecunia de fer- uitutibus uero fuꝑriore titulo conprehenfum quid qualiter iudices debeant obferuare fi quis duas cen- tiffimas. fibi ꝓ cautione. ftipulare. fecerit aut fieri ꝑ tulerit. eciã eius. pecunie quem ꝑ ftetit. amiffio- ne multabitur. fecund legem theudofiani. de ufuris intra. annum. criminalem queftionẽ & ꝓponi & debe-

Falcidia filiis non fervatur, intra quinquennium [6] *debere & proponi, & peragi, & de non numerata pecunia* [7]. *De fervitutibus vero fuperiori Titulo* [8] *comprehenfum eft, quid, qualiter Judices debeant obfervare. Si quis duas centefimas* [9] *fibi pro cautione* [10] *ftipulari fecerit, aut fieri pertulerit, etiam ejus pecuniae, quam praeftitit* [11], *amiffione multabitur, fecundum legem Theodofiani de Ufuris* [12]. *Intra annum criminalem quae- ftio-*

ADNOTATIONES

diferimina, fed qnidem leviffima, quae adnotare non praeftat.

(5) In Editis legitur *expanfos*; at Codex Ottobon. habet *expreffos*.

(6) Pertinere huc videtur *l. 16., 34. in fin., & 36. §. 2. Cod. Juft. de inofficiof. teftament.*; ubi tamen cavetur dumtaxat de cauffa proponenda, nec de peragenda quidquam agitur.

(7) Heic Papianus refpexit ad *l. 1. Cod. Hermogen. de cauta, & non numerata pecunia, tit. I.*

(8) Vid. hunc Titulum fuperius, qui ex recenfione Mfs. Ottob. eft XVII., cum juxta vulgatas Editiones fit XVIII.

(9) Ufuras pecuniarias intra Centefimarum modum conclufit Conftantinus *l. 1. tit. de ufuris*, quod & ex aliis legibus eruitur. Centefima ufura dicebatur, qua in nummos centenos finguli nummi fingulis menfibus praeftabantur, ut ipfe Blaftares loquitur: ἑκατοςιαῖος δὲ λέγεται τόκος τὰ διδόμενα δώδεκα νομίσματα ἐπὶ τοῖς ἑκατὸν ὑπὲρ ἑκάςου χρόνου. *Centenaria autem ufura dicitur dati duodecim nummi in centum quolibet menfe*; fiquidem menftruae erant ufurae, ut docet *l. 40. ff. de reb. credit.*

(10) Aliter in Editis, ubi legitur: *fibi quem ftipulari fecerit*. Sed melius Cod. Ottob.

(11) Edita habent: *pecuniae praeftitae amiffione multabitur*.

(12) Provocare videtur Papianus ad *l. 2. Cod. Theod. lib. 2. tit. 33.*, cum ibidem nulla alia lex occurat, quae ufurariis poenam infligat; at ibi poena quadrupli In futurum, & dupli in praeteritum adverfus foenebre malum, feu

deberi finiri. secundum legẽ nouellã. uel diuersoꝝ auctoꝝ titulus;

stionem & proponi, & debere finiri, secundum Legem Novellarum [13], vel diversorum auctorum titulos [14].

ADNOTATIONES

seu immodicas usuras indicitur, nihilque de amissione substantiae sancitur.

(13) Novellae legis nomine heic forte intelligenda est *l.* 1., & 2. *Cod. Theod. ut intr. cert. temp. criminal. act. termin.* Dein ad biennium indulta est extensio *l.* 3. *tit. eod.*

(14) Hoc loco Edita sic habent: *vel diversorum auctorum constitutiones, quae sunt per titulos superius indicatae,* ut proinde Schultingius heic adnotation. (8), quoniam praecedentes Tituli nihil de criminali quaestione intra annum proponenda, & perficienda praeseferunt, arguat, Papiani Responsum haud integrum ad nos allatum fuisse. Verum forte ex aliena manu, ac Marte in hunc locum irrepere postrema verba potuerunt, quibus tamen careat Mss. Ottob., quod Librariorum audacia eidem pepercerit.

De falsariis & falsis testibus. TIT. XXXII.

FAlsarius ꝑ magnitudine criminis. arbitrio iudicis. aut multari aut deportari in exilio constitutũ est. hoc eciã & de illis qui obiecta falsitate. ꝓba-

IDEM TITULUS

LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

De Falsariis, & falsis testibus.
Titulus XXXII. [1]

F*Alsarios pro magnitudine criminis arbitrio Judicis* [2] *aut multari, aut deportari in exsilium, constitutum est* [3]. *Hoc etiam & de illis, qui objectam falsitatem probare non potuerint, obser-*

ADNOTATIONES

(1) Qui habetur in Editis Titulus *n.* XXXI., in Cod. Ottob., & in Indice Vatic. legitur *n. XXXII.*

(2) Verba haec: *pro magnitudine criminis arbitrio Judicis* nunc primum ex Ottob. Mss. profluunt, cum antea in Editis desiderarentur.

(3) Habetur hoc apud Paullum *Sen-*

ꝓbare non potuerint obſeruandũ ſecundũ legem theudoſiani que ~~de~~ falſariis . ad legem corneliã · data eſt .

obſervandum, ſecundum legem Theodoſiani, quae de Falſariis ad legem Corneliam data eſt (4).

ADNOTATIONES

Sententiar. lib. V. tit. 35. §. 1., qui docet, falſarios vindicatos fuiſſe aquae, & ignis interdicto, ſive deportatione; quique humiliores erant aut cruci ſuffixos, aut in metallum damnatos; Servos vero ultimo ſupplicio affectos fuiſſe. Accedit & *l. 2. Cod. Theod. ad leg. Cornel. de falſis*, & *l. 21. Cod. Juſt. tit. eod.*

(4) Provocat Papianus ad *l. 4. Cod. Theod. cit. tit.*, ubi legitur: *Judicis enim poteſtati committi oportet, ut de eo, qui objecta non probaverit, ſumat propoſitum antiquo jure ſupplicium*. Gothofredius hoc loco putat, ſupplicium antiquo jure propoſitum eſſe legem Talionis, vel inſcriptionem, quemadmodum cantum eſt *l. 5.*, & *9. Cod. eod. de accuſationib.*, & *inſcriptionib. lib. 9. tit. 1.*, cujus effectus erat, ut, ſi accuſator cauſſam non teneret, probaretque, aut ſi falleret, Talionis poenam ſubiret *d. l. 9.*, & 11., & in ipſum pari forma ſententiae damnatio referretur *l. ult. de abolition.*, quae dicebatur poena reciproci *l. 3. de exhibend. reis*, ſimilitudo ſupplicii *l. ult. tit. eod.*, vel par poenae conditio *l. 14. de abolition.*

De in

De interpellationibus... TIT. XXXIII.

AUctorem cuiuscũque. negotii. ideſt petitorem iudicem ſuũ interpellare debere nec eum qui pulſandus eſt longius trahere pulſatus in eius audienciã. reſpondeat ad cuius ſentenciã conuenitur; Si tamen in terreturiis poſſeſſor eſſe cognuſcitur. quod ſi in eius territurio nihil poſſedit. tũ demum ad

IDEM TITULUS
LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

De Interpellationibus, & appellatione.
Titulus XXXIII. (1)

AUctorem cujuſcumque negotii, ideſt petitorem adverſarium (2) ſuum interpellare debere, nec eum, qui pulſandus eſt, longius trahere (3). Pulſatus in (4) ejus audientia reſpondeat, ad cujus ſententiam (5) convenitur, ſi tamen in ejus territorio is poſſeſſor eſſe cognoſcitur (6). Quod ſi in ejus territorio

ADNOTATIONES

(1) Titulus, quem habet Codex Ottobon., & Index Vaticani *n.* XXXIII., cernitur in Editis *n.* XXXII. Rubrica in Codice Ottob. non integra, quam ex Editis ſupplevimus.

(2) Corruptus heic eſt Codex Ottbon., quem ex Editis emendavimus.

(3) Multa, quae huic loco, & integro quin etiam Reſponſo plene conveniant, habes in Novella I. Marciani Imp.

(4) Edita ante *pulſatus* habent *&*, tum pro *in* legunt *ſub*. Verum haec levia.

(5) Sententia heic ſumitur pro ſubſcriptione libelli conventionis, ut videre etiam eſt *l.* 25. §. 1., *&* 2. *Cod. Juſt. de Epiſc., & Cleric.,* tum *l.* 3. §. 6. *eod. Cod. de advocat. diverſor. judic.* Hujuſmodi ſententia dicitur etiam *Commonitoria*, ut habetur *l.* 33. *Cod. de Epiſc., & Cleric.,* atque idem eſt, ac juſſus Magiſtratuum, ut loquitur Imperator §. 26. *Inſtit. de Action.*

(6) Recte monet Schultingius, Papianum per haec *poſſeſſor eſſe*, & *poſſidet* deſignare eum, qui domicilium in Judicis loco habet, quandoquidem in perſonali actione domicilium rei ſequendum docet *l.* 3. *Cod. Juſt. ub. in rem act. inſtit. deb.*, *& l.* 2. *Cod. de Juriſdiction.*, licet tamen in actione reali ſatis ſit, rem aliquo loco exſiſtere, ut conſtat ex *dd. ll.* Haec parumper ab Editis differunt, tum ex Editis nonnihil ſupplevimus, ut conferenti patebit.

ad pulsati iudeci audiantur. Quod si audiencię tempore quelibet pars appellans. ad principē ꝓuocare deliberat. iudicare iudicis. non p̄sumant appellationes. sane tempora. hec sī ut pendentem sentencia. quisque appellare uoluerit. intra dies quinque. ꝑ libellus idest ꝑ datā petitionē. appellit contestans. se ad audienciā principis. ꝓuocare ceterum p̄sentibus partibus. secund. leges data. & selicta sentencia

torio nihil [7] *possidet, tum demum pulsati Judicem actor adeat* [8]. *Quod si audientiae tempore quaelibet pars appellans* [9] *ad Principem provocare deliberat, abjudicare Judices non praesumat* [10]. *Appellationis sane tempora haec sunt, ut, prolata* [11] *sententia, quisquis appellare voluerit, intra dies quinque* [12] *per libellos, id est per datam petitionem appellet, contestans, se ad audientiam Principis provocare. Ceterum praesentibus partibus secundum leges data, & relecta sententia, postea*

ADNOTATIONES

(7) Pro *nihil*, ut habet Codex Ottob., Edita legunt *non*.

(8) Mea quidem sententia Codex Ottob. hoc loco mendo tenetur, quod Editorum lectione sanavimus. Actori Rei forum sequendum esse, non solum laudata Marciani Novella praescribit, verum & *l. 4. Cod. Theod. de jurisdiction.*, & *d. l. 2. Cod. eod.*

(9) Vox haec *appellans*, quae ex Ottob. Cod. nunc prodit, antea in Editis desiderabatur.

(10) Ad Editionum Lugd., & Paris. normam Ottobon. Codicem composuimus, quae, ubi praefatus Codex legit *judicare*, rectius *abjudicare* proponunt, licet Editio Genev. habeat *adjudicare*, quod non arridet. Schultingius heic censet, *abjudicare* idem esse, ac *declinare*, ut hic proinde sensus emergat, litigatorem scilicet, lite pendente, Judicem declinare non posse obtentu appellationis ad Principem, sed sententiam ipsius esse exspectandam, uti docet *l. 18.*, & *20. Cod. Theod. quor. appellation. non recipiant.*, & *l. 6. Cod. Just. tit. eod.*

(11) Corruptus hoc loco est Codex Ottob., cum nullo modo *pendente sententia* legi possit, ut vel levissimo cuique Leguleio innotescit. Ceterum particulam *ut* ex eodem non inviti recepimus, quae abest ab Editis.

(12) Hoc etiam quinque dierum spatium pro appellatione interponenda cautum habetur apud Paullum *Sententiar. lib. V. tit. 33.* Ast postea ad decem dies tempus hoc processit, ut habe-

cia poſtea non poterit. ꝑuocare iudici quoque. ſuã neque alienã. ſententiã liceat. refragare quia hec diſcuſſio ſuli principi reſeruatur. quia legũ eſt litigia ſententiis. uel tranſactionibus. t̄minatã ñ poſſe iteꝫ reuocare.

ſtea non poterit revocari [13]*. Judici quoque neque ſuam, neque alienam ſententiam liceat refragare* [14]*, quia haec diſcuſſio ſoli Principi reſervatur, quia legum eſt litigia ſententiis, vel tranſactionibus terminata non poſſe iterum revocari* [15].

ADNOTATIONES

habetur in *Novell. XIII. cap. I.*, quo elapſo, ſententia reſcindi non poteſt. Hoc vero fatale auſpicandum eſt a publicationis momento, vel a tempore, quo abſens ſcire potuit, vel debuit, quid a Judice pronunciatum fuerit, *d. Novell. cap. I.*, *&* *l.* 1. §. *ult. ff. quand. appelland. ſit &c.*

(13) Haec periodus parumper ab Editis differt, ubi *partibus* deeſt, quod ex Cod. Ottob. nunc profertur, & ubi *poteſt* legitur pro *poterit*, quod habet laudatus Codex. Illud *ſelicta* facile ad Editorum lectionem redegimus.

(14) In Editis *refragari*. Schultingio *refragare* hoc loco idem eſt, ac *revocare, infirmare*.

(15) Aliter in Editis, & quidem minus recte: *quia legum litigia ſententiis, ac pactionibus terminata iterum non poſſunt terminari*. Haec ex Edit. Pariſ. retinuit Schultingius, qui ſine Codicis noſtri conſilio pactiones pro tranſactionibus intelligendas monuit. Sententia, poſtquam in rem judicatam tranſiit, revocari minime poteſt, ut habet *l.* 1., *& tot. tit. Cod. Juſt. Sentent. reſcind. non poſs.*, quod & de tranſactionibus dicitur *l.* 20. *Cod. de tranſactionib.*, quae neque per reſcriptum Principis impugnari, reſcindique poſſunt, ut habetur *l.* 16. *Cod. eod.*

De re-

De rebus agnetis. TIT. XXXIIII.

QUi res ꝓprias agnuſcit. & nec eſt. qui ei de mano tollat aut aliquas cauſationes opponat res ſuas p̄ſumendi habeat liberã poteſtatẽ quas ſi poſtmodũ male aut agnouiſſe, aut p̄ſũſiſſe ſi conuincitur res male. p̄ſũptis dublis ſatisfactione reſtituat.

IDEM TITULUS
LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

De rebus agnitis.
Titulus XXXIIII. (1)

SI quis res proprias agnoſcit (2), *& nec eſt, qui ei de manu tollat, aut aliquas cauſſationes opponat* (3), *res ſuas praeſumendi habeat liberam poteſtatem. Quas* (4) *ſi poſtmodum male aut agnoviſſe, aut praeſumpſiſſe, convincitur, res male praeſumptas dupli ſatisfactione reſtituat* (5).

ADNOTATIONES

(1) Titulus hic in Ottob. Cod., & in Indice Vatic. eſt XXXIIII., at in Editis XXXIII.

(2) In Editis *agnoſcat*, at in Cod. Ottob. *agnoſcit*, quod convenit cum verbo *eſt*, quod ſequitur. Codex noſter caret relativo *quis*, quod ex Editis reſtituimus.

(3) Aliter in Editis, & quidem minus recte: *nec ejus manus, aut aliquid cautionis opponatur*.

(4) Pro *quas*, ut habet Codex Ottob., Edita habent *quod*.

(5) Simile cavetur in lege Burgundionum *Tit. XXXIII. n. 2.*

De uinditionibus. TIT. XXXV.

IN emendis & uindendis. contractibus hic ordo seruandus ut si quis rem iuris sui uindederit. repetendi eā postea nūquā habeat potestatem; Vinditione uero ex hoc maxime. ius firmitates accipere. Si traditione celebrata possessio fuerit subsecuta. Si uero post possessionē dierū aut mensium p̄caria fuerit

IDEM TITULUS
LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

De Venditionibus.
Titulus XXXV. (1)

IN emendi, & vendendi contractibus hic ordo servandus est, ut si quis rem juris sui (2) *vendiderit, repetendi eam postea numquam* (3) *habeat potestatem. Venditionem vero ex hoc maxime jus firmitatis accipere, si, traditione celebrata* (4), *possessio fuerit subsequuta. Si vero post possessionem dierum, aut mensium precaria fuerit subsequuta* (5), *ut ille rem videatur*

ADNOTATIONES

(1) Habet hunc Titulum Cod. Ottob., & Index Vatic. sub *n. XXXV.*, ubi *de venditionibus* inscribitur, cum in Editis prostet sub *n. XXXIV.*, & *de venditione* signetur.

(2) Haec in Editis paullulum different: *ut qui rem sui juris &c.*

(3) Edita pro *numquam* habent *non*.

(4) Pro venditionis validitate traditionem requiri, nemo sane est, qui ignoret. Epistola traditionis, quam ann. 540. *Dominis praedicabilibus, & colendis Parentibus Defensori, Magistratibus, cunctoque Ordini Curiae Civ. Faventinae* inscribit quidam *Dominicus v. h.* (*Vir honorabilis*) venditor, ut per eos *Montanus* v. c. (*Vir Clarissimus*) *Notarius Sacri Vestiarii* emptor in possessionem immitatur, habetur apud Maffeium in Historia Diplomatica *pag.* 157., & apud Muratorium in *Antiq. Med. Aevi To. II. col.* 1001., quam consulere poteris, licet apud utrumque Scriptorem parum ad autographi fidem expressa fuerit, quam quidem, si minus prolixa fuisset, & huic loco opportunior, emendatiorem a nobis habere nunc potuisses.

(5) Verba haec *Si vero &c.* desiderantur in Editis, quae nunc primum habes ex Cod. Ottob. Quid sit precarium,

rit subsecuta . ut illi rẽ uideatur possedere qui uindedit documenti ꝓfessio firmitate ꝑcarię possessionis obteneat. Quod si quis male uindedisse fuerit adꝓbatus

tur possidere, qui vendidit, documenti professio firmitatem precariae possessionis obtineat. Quod si quis male (6) *vendidisse, fuerit*

ADNOTATIONES

carium, norunt omnes Jurisperiti; at illius, ut ceterorum contractuum, monumenta non ita passim apud Diplomaticae rei Scriptores comperias, eaque praesertim, quae ad Ecclesias pertineant, quaeque post Saeculum X. prodierint, cum Otto Imperator ann. 967. tres contractuum species Ecclesiis nocuas abstulerit, *libellarias* nempe, *commutationes*, & *precarias*, ut patet ex ejusdem Privilegio concesso Ratherio Episcopo Veronensi, quod nuper Cl. Ballerinii Fratres integrum, & emendatius ediderunt inter *Opera Ratherii Part. II. col.* 457., *& seqq.*, quorum adnotationes tum ibi, tum ad *Qualitatis conjecturam col.* 390. juvabit consulere. Quare praestat modo unum anecdotum afferre ex insigni, atque superius laudato Necrologio Mss. Monasterii Romaricensis *pag.* 52., quod Cl. Georgius noster Angelicae Bibliothecae Praefectus pro sua humanitate exscribendum nobis obtulit:

„ Sacro sancto ac venerabili monasterio quod est constructum in honore beati petri seu almi romarici ubi boso auctor monasterii & berta abbatissa preesse videntur. Et venit quidam vir nobilis nomine elbuncus ad aures nostras postulans ut daremus ei quasdam res sancti petri iure precario sub usu fructuario. Fuit itaque illius peticio, & nostra decrevit voluntas. concessimus ei in pago sogontinse in loco qui dicitur fresiaco cr. mansa duo & dimidium, & quicquid ad ipsa mansa aspicit & habent terminationes ex omni parte. e contra reddidit predictus elbuncus de rebus proprietatis suę in ipso pago ad saroasio villa mansum unum & dimidium. & partem de ęcclesia pratis silius. & quicquid ad ipsa mansa aspicit. Ea vero racione ad ambas res predictus elbuncus & nepotes sui boso & manegadus diebus vita illorum teneant atque possideant. ad festivitatem sancti remigii annis singulis denarios XX in cera & censum persolvant & si de ipsom censum negligentes apparuerint in duplum restituant. & tamen illorum precariam minime perdant; post discessum quoque illum quandoque domino placuerit prefatę res emelioratę ad partem sancti petri revertantur. Si quis vero quod minime credimus si nos ipsi aut ullus de successoribus nostris tum ulla extranea persona quod contra hanc precariam, quam nos sponta .... fieri decrevimus venire temptaverit. aut eam infringere voluerit ei vindicare non liceat quod repetit tam qui calumniator extiterit auri libras II. argenti pondera quinque persolvat, & quod repetit evindicare non valeat sed presens precaria firma & stabilis permeneat omni tempore cum stipulatione subnixa. Signum bosonis auctoris monasterii. Signum „ ber-

batus impturi in duplũ melioratę . rei teneatur obnoxius fructus enim male fidei possessor post conuentionẽ duplus ante simblus legebus p̄stauit secund legẽ theudosiani uel sentencias pauli; Res uero que repetuntur aut de quibus iã actio ꝓcessit aut de quibus litigatur. nec uindi nec donare possunt nisi forte aut

rit approbatus, emptori in duplum melioratae rei teneatur obnoxius (7) *: fructus enim* (8) *malae fidei possessor post conventionem duplos, ante simplos ex legibus praestabit* (9)*, secundum legem Theodosiani* (10)*, vel Sententiam Paulli* (11)*. Res vero, quae repetuntur, aut de quibus jam actio praecessit* (12)*, aut de quibus litigatur, nec vendi, nec donari possunt, nisi forte aut*

ADNOTATIONES

„ berthę abbatisse cum omni congre-
„ gatione qui hanc precariam fieri, &
„ firmare rogavit. „

Nonnulla alia precarii monumenta videre poteris penes Joh. Heumannium *Commentar. de Re Diplomat. To.* I., & III., & apud Muratorium *To.* III. *Antiquit. Med. Aevi col.* 175., & *seqq.*

(6) Edita carent adverbio *male*, quod recte legitur in Cod. Ottobon., subsequentibus ita postulantibus.

(7) Cohaeret hoc Sententiae Paulli *lib.* II. *tit.* 17. §. 3., ubi pro evictione venditorem duplo teneri, asseritur. Qui Maffeianam venditionis Chartam, de qua superius diximus, expenderit, unum praesertim huic loco consonum advertere probe potuerit; traditur enim ibidem res distracta *sub duplariae rei evectionis nomine*, & *rei quoque melioratae*.

(8) Advertit heic Schultingius, *enim* haberi pro *autem*, quod etiam ab Epitomatore Caii usurpatur.

(9) Aliter in Editis: *fructus enim malae fidei possessor ante conventionem simplos ex lege praestabit*. Plenior in Cod. Ottob. hic locus est, & accuratior, ut ex allato Textu innotescit.

(10) Provocatur heic forte ad *l.* 1. *Cod. Theod. de fruct.*, & *lit. exp.*, & ad *l.* 1. *Cod. Theod. de usur. rei judic.*, quibus sancitur, possessorem rei alienae, si condemnetur, ex die litis contestatae ad duplos fructus teneri. Haec tamen vel abrogavit Justinianus, vel jam ipsius tempore in desuetudinem abierant, qui de duplis fructibus actionem a suis Legibus abesse passus est, forte quia cautionis beneficio, quae & reum, & actorem, & heredes, procuratores quin etiam, cognitores, & fidejussores eorum comprehendebat, provisum satis existimavit.

(11) Pertinere huc videntur ea, quae Paullus habet *Sententiar. lib. V. tit.* 19. §. 2. Similia habentur ad Tit. VIII., ubi etiam nonnulla adnotavimus.

(12) Male in Editis sic: *ut si quaedam actio praecessit, ut de quibus &c.*

te aut dn̄s aut ꝓcurator litis quicūque ꝑ mandatū fuerit institutus. sciendū eciam qđ facta qualiter libet. & comutatio uicem obtenit ēptionis secundum legem theudosiani de cognitoribus & ꝓcuratoribus arra. ꝑ quibuscūque rebus. a uindetore accepta ab eo qui emit uinditione ꝓfectum esse ꝑtiū tamen

aut dominus, aut procurator litis [13] *quicumque per mandatum fuerit institutus. Sciendum etiam est, quod facta qualiterlibet commutatio vicem obtinet emptionis* [14]*, secundum legem Theodosiani de Cognitoribus, & procuratoribus* [15]*. Arrham pro quibuscumque rebus a venditore acceptam* [16] *ab eo, qui emit, venditionem perfe-*

ADNOTATIONES

(13) Aliter haec quoque in Editis: *nisi forte ut dominus procurator litis &c.* Rectius in Cod. Ottob., siquidem per mandatum quis fit solummodo procurator litis; at, lite contestata, fit dominus litis, quod firmatur *l.* 1. *Cod. Theod. de cognitor., & procuratorib. lib.* 2. *tit.* 12., *l.* 22., & 23. *Cod. Just. de procuratorib.* Vetita tamen est rei litigiosae alienatio per *tit. Cod. Theod. de litigios.*

(14) Nihil frequentius apud Collectores Monumentorum medii aevi, & praesertim apud Muratorium Chartis permutationum, quod scriptura perpetuo requiri consueverat, cum vel res immobiles, vel Ecclesiasticae permutabantur, ut notat Benedictus Schmidtius in *Princip. Juris Germanic. lib.* II., *tit.* L. §. 9. Iisdem vero nunc parcere satius fuit.

(15) In recitato *tit. Cod. Theod.* nihil de hac re nunc adest. Ceterum videri poterit Novella X. Valentiniani, qua sancitur, inconvulsa ea quoque manere, quae obvenerint *commutatione, quae instar obtinet emptionis*. In Justiniani quoque Institutionibus *tit. de Emption., & Vendition.* dicitur, permutatione rerum emptionem, & venditionem contrahi, & hanc speciem emptionis, & venditionis vetustissimam esse, quo loco afferuntur versus Homeri ex *Iliadis lib.* VII. *cir. fin.*, quibus patet, exercitum Achivorum vinum sibi comparasse, rebus aliis permutatis. Sabinus, & Cassius, qui permutationem rerum emptionem, & venditionem censebant, hos versus antea usurpaverant. Et sane Graecos veteres non alio emptionis genere, quam permutatione usos esse, ex hoc patet, quod emere, & vendere ipsis sit, ἀρνυσθαι, ὠνεῖσθαι, πωλεῖν, ἀπὸ ἄρνου, ὄνου, πώλου, id est *ab agno, asino, pullo*, quae animalia loco pretii cedi consueverant. Verum diversae Scholae Auctores id negarunt, suamque sententiam aliis Homericis versibus fulcire conati sunt. Ceterum laudatus Schmidtius *loc. cit.* §. 2., & Heineccius *Element. Jur. German. lib.* II. *tit.* XIV. §. 391., & obiter *lib.* I. *tit.* IX. §. 178. in *adnotat.*, tum Joh. Henricus Christianus Selcowius *Element. Jur. German. &c. lib. IV. cap.* 1. *sect.* 2. §. 586. testan-

tamen postmodū. imptur uindituri impleturus. si aut int ipsus. conuenerit aut uiroꝝ bonoꝝ estimatione consteterit secund. speciem pauli.

perfectam esse; pretium tamen postmodum emptor venditori impleturus, si aut inter ipsos convenerit (17), *aut virorum bonorum* (18) *aestimatione constiterit, secundum speciem Paulli* (19).

ADNOTATIONES

testantur, permutationem antiquis Germaniae populis etiam primum, & solum ferme contractum fuisse, quod evincitur ex Tacito *de Moribus Germanor. cap. V.*, qui inquit: *Quamquam Galliae proximi ob usum commerciorum aurum, & argentum in pretio habent, formasque quasdam nostrae pecuniae agnoscunt, atque eligunt, interiores simplicius, & antiquius permutatione mercium utuntur.* Tandem permutationem Germani emptioni, & venditioni aequiparabant, quod testantur Leges Viso-gothorum *lib. V. tit.* 5. §. 1., ut proinde poenitentiae locus non esset, simulque acceptior, & frequentior apud eosdem permutatio emptione, & venditione esse coeperit.

(16) Edita sic habent: *Arra pro qualibet re a venditore suscepta ab eo, qui emit &c.*

(17) In Editis sic: *Pretium tamen postmodum ab emptore venditori impletur, de quo inter ipsos convenerit.*

(18) Boni Viri nomine heic venit Judex, qui arbitratur; Hinc *ex boni Viri arbitratu*. Vide Johannem Wunderlichium *de usu Inscript. Roman. veterum maxime sepulcralium in Jure Observat. II. pag.* 67. In *l.* 1. *Cod. Theod. de maternis bonis*: *Aestimatione si res dividi* bonorum virorum arbitrio *permittenda*. In Glossis: ἀγαθοῦ ἀνδρὸς δοκιμασία.

(19) In Editis: *secundum Sententiam Pauli*. Ast periit quidquid Paullus hac de re scripsit, ut nunc ipsius verborum locus a Papiani Summa repleatur. Justinianus *Instit. pr. de Emption. & Vendition.* dicit, arrham argumentum esse emptionis, & venditionis contractae. Quae heic a Papiano referuntur, fere habes in *Capitular. lib. V. cap.* 363., & in Legibus Bajuvariorum *tit. XV. cap.* 10.

De tu-

De tutillis. TIT. XXXVI.

MInoꝝ tutoris. legitimi agnati ſunt idē ꝑ uirilem ſexū. a paterna linea uenientes. quia tutillā poſt quintū decimū etates annū uocantur hoc eſt fratres primū patrui. fratres patruelis patrui magni hoc eſt. aui paterni. fratres uel filii eoꝝ ꝑ uirilē ſexum. ut dictū eſt uenientes quibus hominibus. mat̄ tutilla ſuſcipere uoluerit. liceto & iure ꝑponitur ſciendum tamen quod agnati ſicut ad ſucceſſionē

IDEM TITULUS

LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

De Tutelis.

Titulus XXXVI. (1)

TUtores legitimi agnati ſunt, ideſt per virilem ſexum a paterna linea venientes, qui ad tutelam uſque ad quartum decimum aetatis annum vocantur, hoc eſt fratres primum, patrui, fratres patrueles, patrui magni, hoc eſt avi paterni fratres (2), *vel filii eorum per virilem ſexum, ut dictum eſt, venientes. Quibus omnibus mater, ſi tutelam ſuſcipere voluerit, licite, & jure praeponitur* (3). *Sciendum tamen eſt, quod cogna-*

ADNOTATIONES

(1) Titulus in Editis eſt XXXV., at in Cod. Ottob., & in Indice Vatic. eſt XXXVI. Rubrica vulgo eſt *de Tutelis Minorum*, quae ſane adverſatur recto Jurisprudentiae idiomati, quo Tutela de pupillis, & Cura de minoribus praedicari conſuevit. Quare melius in Cod. Ottob. *de Tutelis* dumtaxat Titulus noſter inſcribitur; Ceterum dein Codex ipſe initio eodem mendo detinetur, qui ſic inchoatur: *Minorum Tutores &c.*, cum tamen prior vox abſit ab Editis.

(2) In Editis aliter: *ut fratres primum, fratres patrueles, patrui, id eſt, patris fratres &c.*

(3) In Editis: *licito jure praeponetur. L. ult. Cod. Theod. de tutor., & curator.creand.*,quae eſt 2. *C.Juſt.quand. mul. tutel. offic. fung. poſs.*, contrarium ſtatuit, ac matrem legitimis tutoribus poſtponi decernit. Schultingius hoc loco pu-

nẽ ſic ad tutillã uocantur . pupilli uero poſt impletũ. quartũ decimũ annũ. curatoris ſibi ipſi petere debebunt . puelle uero impletũ duodecimũ annũ curatores ſibi ipſe petant . quia tutor uſque ad illud tẽpus ratione adminiſtrat & ut ille debit . qua ratione conpleta pupillus ſub curatore poſitus facultatem ſuã gubernare debebit. Si uero mater tutorem

cognati ſicut ad ſucceſſionem, ſic ad tutelam non vocantur [4]. *Pupilli vero poſt impletum quartum decimum annum curatores ſibi ipſi petere debebunt; pupillae vero poſt impletum duodecimum annum curatores ſibi ipſae petant* [5]; *quia tutor uſque ad illud tempus rationem tutelae adminiſtrat, ut ille debet* [6], *qua ratione completa, pupillus ſub curatore poſitus* [7] *facultatem ſuam gubernare debebit. Si vero mater tutorem filio intra annum*

ADNOTATIONES

co putat, Papianum haec firmaſſe ad tramites Legis Burgundionum, in qua *tit.* VIII. *n.* 1. haec habentur: *Si mater tutelam ſuſcipere voluerit, nulla ei parentela praeponatur*; Quae quidem nec ab ipſo avo excluditur, ſi a ſecundis nuptiis ſe temperet, ut *ibid. tit. LIX.* ſancitur. Verum id non ex placito dumtaxat Themidis Burgundicae, ſed etiam ex ſtylo univerſi Germanici Juris progreditur, juxta quod mater pupilli ceteris omnibus tutoribus legitimis praefertur, propterea quod ex Jure Germanico non tantum patri, ſed & matri poteſtas in liberos competat, ſimulque idcirco in ejuſdem ſenſu non patria, ſed parentum poteſtas, ſecus ac in Jure Romano, dicatur, ut etiam ſupra monuimus ad Tit. XIV. adnotat. (10), & ut fuſe oſtendit Benedictus Schmidtius in *Princip. Juris German. lib.* I. *tit.* 9. §. 2., Schilterius *Exercit.* XXXVII. *Theſ.*36., *& ſeqq.*, tum Heineccius *Diſſertat. de Uſufruct. matern. Jur. German.*, & in *Element. Jur. German. lib. I. tit.* 15. §.351. Quare memoratae Legi Burgundionum conſona eſt etiam Lex Viſo-gothorum *Lib. IV. tit.* 3. §. 3., quae conſuli poterit. Juſtinianus vero matrem legitimis a latere venientibus tantummodo praetulit *Novella* CXVIII. *cap.* 5.

(4) Haec in Editis diverſa conſtructione proferuntur ſic: *Sciendum tamen eſt, cognatos ſicut ad ſucceſſionem, ſic ad tutelam non vocari*. Verum inſuper Codex Ottob. mendum habet ad vocem *agnati* pro *cognati*.

(5) In Editis: *pupillae, impleto* XII. *anno, ſibi ipſae petant*. Quod in pupilli, ac pupillae libertate ſit, expletis pubertatis annis, curatorem petere, luculenter oſtendit Schultingius ad Ulpianum *tit.* XII. §. 4. *adnotat.* 11.

(6) Edita parumper differunt: *quia*

torem. filio intra annũ. non petat. & ad ſecundas nuptias tranſiat. aut forte non tranſeat ſucceſſione fili qui intra pubertatẽ moritur ꝑ culpa non petiti. tutoris amittit. que agnatis uel ſi hii. defuerint cognatis. qui ad ſucceſſione. iure ueniunt adquiratur. ſecund uero mariti bona ꝑterita etutille ratiociniis teneatur obnoxius. ſecund legem nouellã. de tutoribus pupillis nominandis. tutilla uero actione ab exordio debeti curatoris. uſq. ad uicen-

num non petat, & ad ſecundas nuptias tranſeat, aut forte non tranſeat, ſucceſſionem filii, qui intra pubertatem moritur [8], *pro culpa non petiti tutoris amittat, quae agnatis, vel, ſi hi defuerint, cognatis, qui ad ſucceſſionem jure veniunt, adquiratur* [9]. *Secundi vero mariti bona praeteritae tutelae ratiociniis teneantur obnoxia, ſecundum legem Novellam de Tutoribus pupillis nominandis* [10]. *Tutelae vero actione ab exordio petiti cura-*

ADNOTATIONES

quia tutor uſque ad illud tempus rationem tutelae adminiſtrare debet.

(7) Diſcrimen lectionis habent Edita, ubi legitur: *pupillus per curatorem.*

(8) Edita rurſus differunt: *ſi intra pubertatem moriatur*. Matrem ſane, nomine *Gundihild*, petentem pro filio tutorem ſpecialem ab Ordine Reatinae Civitatis, donec generalem matura deliberatione perquireret, videre eſt in inſigni quadam Papyro, quae exarata eſt poſt Conſulatum Baſilii V. C. XVI., ſcilicet ann. Ch. 557., & quam omnium primus edidit Cl. Mabillonius in *Diario Italico*, ſed multis inquinatam mendis, dein vero accuratiorem Maffeius in Hiſtoria Diplomatica *n.* VIII. *pag.* 161., & ex eo Terraſſonius inter vetera Monumenta poſt Hiſtoriam Juriſprudentiae *num.* LXXXVIII. *pag.* 73.

(9) In Editis ſic: *& agnatis, vel, ſi hi defuerint, cognatis, qui ad ſucceſſionem juris veniunt, deferantur*. Melius tamen Codex Ottob., ut patet ex Textu. Mendum ſuboluerat etiam Schultingio, qui vel legendum *deferatur*, vel verbum *bona* excidiſſe, conjecerat.

(10) Papianus heic provocat ad *tit. V.* Novellarum Theodoſii Jun., qui eſt *de Tutoribus*, quamquam heic plenius *de Tutoribus pupillis nominandis* inſcribatur. Ritterius heic principio adnotat, Gothos pro lubitu ſolitos fuiſſe variare titulos, quod ſaepe ſe obſervaſſe in Compendio Alariciano, teſtatur; Siquidem ipſe in Monito ad Lecto-

uicensimo pupilli ętates annū ideſt per annus XV. De his quibus tutillā. geſſit. a tutorē eſſe reddendā. tutoris eciā ſi legitimini. inueniuntur taliter excurantur. hoc eſt ſi quattuor maſculus. filius habeat. ſi morbo ꝑpeti & inſanabili teneaт; ac ſi furioſus aut mente inſanus agnuſcitur ętates eciā ſexa-

curatoris usque ad trigesimum pupilli aetatis annum, idest per annos sexdecim, qui tutelam gesserunt, rationem reddere coguntur (11) . *Tutores etiam si legitimi inveniantur, taliter excusantur, hoc est, si quatuor masculos filios habeant* (12) , *si morbo perpeti, & insanabili* (13) *teneantur, ac si furiosi, aut mente insa-*

ADNOTATIONES.

Lectorem verba faciens de Codice Ottob. in ea est sententia, ut existimet, Codicem nostrum non alium esse, quam quem Alarici Regis jussu confecere Viso-gothi, quod sane in Praefatione nostra inficiari studuimus. Ceterum ex hac Theodosii Novella prodiit *l.* 5. *Cod. Just. in quib. caus. pign.*, *vel hypothec. tacit. contrahit.* Verum haec, quae heic, & superius attingit Papianus, statuta etiam sunt *l. ult. Cod. Theod. de tutorib.*, *ac curator. creand.*, sive *l.* 2. *Cod. Just. quand. mul. tutel. offic. fung. poss.*

(11) Tota haec Periodus in Cod. nostro nimis corrupta est, quam ad rramites Editorum sanavimus. Ceterum notum est Jure Civili, actionem tutelae non tolli longo tempore, quod praecipue evincitur *l.* 8. *Cod. Just. arbitr. tutel.*, & *l.* 5. *Cod. quib. non obiicit. long. tempor. praescript.*, ac proinde actio hujusmodi terminatur dumtaxat XXX. annis, qui a tempore peractae tutelae profluxerint, ut praecipit *l. un. Cod. Theod. de actionib. cert. tempor. finiend.*, seu *l.* 3. *Cod. Just. de praescript.* XXX., *vel* XL. *annor.*, cui addas Novellam Valentiniani *tit.* VIII.

(12) In Editis: *Tutores etiamsi legitimi inveniantur, excusantur, si quatuor masculos filios habeant*. Ulricus Huberius in *Praelectionib. ad tit. Instit. de excusation. n.* 20. *excusari* ait dici de delata tutela, *abdicare* autem de tutela suscepta. Fallitur autem Vir ceteroquin Cl., dum tutores legitimos excusare se non nisi ad tempus posse existimat ad *l.* 13. *ff. de excusationib.*, qua in re alios etiam doctissimos Viros sibi assentientes habet, quandoquidem Modestinus *l.* 2. §. 5. *ff. de excusationib.* privilegium, quod tutoribus pro excusatione ob liberos a legibus indultum est, non tantum testamentariis, sed & omnibus aliis favere scribit; Quod nunc sane a Papiano etiam confirmatur. Consule, si lubet, Schultingium ad Ulpianum *tit. XI.* §. 17. Ceterum quoad numerum liberorum statuit Iustinianus *Inst. de excusationib. tutor.*, *vel curator.*, tres a tutela Romae eximere, quatuor in Italia, quinque vero in Provinciis, quod postremum heic nunc locum obtinere debuisset.

ſexaginariae ab honoribus . excuſantur . tres quoque tutillę ſic liberant . ut quartã eciã . ſi euenerit non uocetur . p̄terea lapſis . & circũſcriptis . pupillis integri reſtitutio ſubuenit ut de nominatis rebus. petita in integrae. reſtitutione que male. aut circũſcripturię . inp̄iuditiũ ſuũ . acta ſunt uacuentur . que reſtitutio ita futura eſt . ut inpleto uicinſimo quinto anno; cũ uicinſimo . ſexto aetates annus . ingredi-ture uocatis ante defenſorē ; teſtibus qui etatem eius nouēr. , annus ſuus ꝓfeſſionē aut relationib:, teſtiũ ꝓbit . ibique ꝓfiteatur . aduersũ quas cauſas . uel quas ꝑſonas . in integri reſtitutionis . petat

inſani agnoſcantur : Aetatis etiam ſexagenariae ab oneribus excuſantur [14] *: Tres quoque tutelae ſic liberant , ut ad quartam, etiam ſi evenerit , non vocentur . Praeterea lapſis , & circumſcriptis pupillis integri reſtitutio ſubvenit* [15] *, ut de nominatis rebus petita integri reſtitutione , quae male , aut circumſcriptoric in praejudicium ſuum acta ſunt , vacuentur ; Quare reſtitutio ita futura eſt , ut impleto vigeſimo quinto anno , cum vigeſimum ſextum aetatis annum ingreditur , evocatis ante defenſorem teſtibus , qui aetatem ejus noverint , annos ſuos profeſſione, aut relationibus teſtium probet , ibique profiteatur , adverſum quas cauſſas , vel quas perſonas in integrum reſtitutionis petat auxi-*

ADNOTATIONES

(13) In Editis aliter : *ſi morbo perpetuo , & ſontico teneantur .*

(14) Edita ſic habent : *Aetatis etiam beneficio ſexagenarii ab his oneribus excuſantur .* Quoniam Ottob. Codicis lectio non inconcinna , eidem idcirco adhaeſimus . Verum Juſtinianus in *Inſtit. de excuſationib. &c.* §. 13. excuſatum voluit a tutela majorem ſeptuaginta annis , quod ſancitur etiam *l.unic. Cod. Juſt. qui aetat. ſe excuſ. , l. 3. ff. de jur. immunit. , l. ult. Cod. Juſt. de legit. tutor.* Hi quidem completi requiruntur *l.qui filium , & filiam* §. 1. *ff. ad Trebell.*, aliter enim non eſſet annis ſeptuaginta major *l. 3. §. minorem ff. de minor.*

(15) Paullo aliter in Editis : *integri reſtitutio datur .* Privilegium hoc exten-

tat auxiliũ quod ſi quẽquã p̄ter miſerit. ut eũ. in reſtitutionis ꝓſecutione non nomenit ei contra illũ. quem non nominauerit actio non patuit. que reſtitutio uſque ad finem. anni uicenſimi octaui; conceſſa eſt. poſt quos annus. minoribus. ad agendũ quinquenniũ benefitiũ principale conſtat. adiectum ſedunđ legẽ nouellã;

auxilium (16). *Quod ſi quemquam praetermiſerit, ut eum in reſtitutionis perſecutione non nominet* (17), *ei contra illum, quem non nominaverit, actio non patebit. Quae reſtitutio uſque ad finem anni vigeſimi octavi conceſſa eſt; poſt quos annos minoribus ad agendum quinquennii beneficium principale conſtat adjectum, ſecundum legem Novellam* (18).

ADNOTATIONES

extenditur etiam ad minores *XXV.* annis *l.* 1. §. 1. *ff. de minorib. XXV. ann.*, & *tot. tit. Cod. Juſt. de in integr. reſtitut. minor. XXV. ann.* Vide Heineccium in *Pandectas lib. IV. tit.* 4. §. 492., & *ſeqq.*

(16) In Editis: *ibique profiteatur, adverſus quas cauſas, vel quas perſonas integri reſtitutionem nominet.* Conſule proximam heic adnotationem, ubi verbum *nominet* ad ſubſequentem periodum pertinere deprehendes.

(17) Verba haec: *Quod ſi quemquam &c.* abſunt ab Editis, quae ex Cod. Ottob. nunc primum prodeunt. Exſcriptores antiquiorum Codicum, ex quibus dein Typographicae Editiones confectae ſunt, propter non infrequentem illam oculorum aberrationem, quam ſaepe dolemus, multa intermedia praetermiſerunt; ut proinde Editores dein, ut ſenſus quoquo modo conſtaret, haec ita conjunxerint: *eique contra illum &c.*

(18) Edita paullo aliter haec praeſeferunt: *Quae reſtitutio uſque ad finem annorum* XXVIII. *conceſſa eſt: poſt quos annos minoribus ad agendum quinquennium beneficio principali delatum eſt, ſecundum legem Novellam.* Quod ſpectat ad reſtitutionem in integrum uſque ad XXVIII. annum minoribus indultam, habetur etiam in Interpretatione Aniani ad Paulli *Sententiar. lib.* 1. *tit.* 9. §. 3. Siquidem hoc ſpatium in Provinciis obtinuerat ex conſtitutione Conſtantini, qui tres annos ad reſtitutionem petendam decrevit *l.* 2. *Cod. Theod. de in integr. reſtit.* At nunc ex Juſtiniani conſtitutione quatuor annorum ſpatium ubique conceſſum eſt *l. ult. Cod. Juſt. de tempor. in integr. reſtitution.* Quod autem pertinet ad quinquennium minoribus adjectum poſt memoratum triennium, petitum eſt a Papiano ex Novella Valentiniani XII., ubi Ritterius adnotation. (*m*) ait, bonum illum Virum (provocat nempe ad Papianum) Valentiniani mentem minime aſſequutum fuiſſe. Ego ſane non video, quomodo Papian us tam longe a Valentiniani mente receſſerit, ut acer-

ut acerbiori hac Ritterii criminatione dignus videatur; nisi forte eidem displiceat, praetermisisse Papianum cetera, quae in ipsa Novella antecedunt, & subsequuntur, quibus beneficium hoc quandoque circumscribi videatur. Lector haec consulat, si vacat; siquidem nobis ratio brevitatis habenda est. Justinianus hoc in Codicem suarum Legum nequaquam recepit

De nuptiis legitimis sine naturalibus filiis. TIT. XXXVII.

FIlius nuptiae legitimę. contraguntur. si conuentũ. parentũ aut ingenuoꝝ int curentũ nuptialis donationis legitime celebrentur; quod si pars fue-

IDEM TITULUS
LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

De Nuptiis legitimis, sive naturalibus Filiis.
Titulus XXXVII. (1)

I*Nter filios* (2) *nuptiae legitime contrahuntur, si consensu parentum, aut ingenuorum* (3), *interveniente nuptiali donatione* (4), *legitime celebrentur. Quod si parentes defuerint, honestarum persona-*

ADNOTATIONES

(1) Titulus qui in Editis est XXXVI., quique ibidem hanc gerit Rubricam *de filiis legitimis, sive naturalibus*, in Cod. Ottob., & in Indice Vatic. est XXXVII., & alia Rubrica donatur, quam heic recepimus.

(2) Cod. Ottob. hoc in loco corruptissimus est, ut plerumque ad Editorum fidem (quod nunc juvabit semel monere) confugere satius duxerimus. Ceterum interdum quoque lectiones Codicis nostri servare studuimus, iisque simul, dum claudicare aliqua ex parte videbantur, medicinam aliquam adhibendam curavimus. Id factum vides heic initio, dum τὸ *Filius* (ut est in Codice) *inter filios* placuit componere, quod tamen abest ab Editis.

(3) Heic Codex, & Edita conveniunt, nisi excipias τὸ *Virorum*, quod Edita insuper praeseferunt. Ego tamen (quod citra audaciam factum volo) arbitrarer, legendum esse *propinquorum* loco *ingenuorum*; quandoquidem ex Romano Jure pro nuptiarum validitate parentum consensus exquirebatur, tum & propinquorum *l.* 1. *Cod. Theod. de Nuptiis lib.* 5. *tit.* 7., & *l.* 18. *Cod. Just. hoc tit.*, quod etiam apud veteres Germanos obtinuit, ut narrat Tacitus in Moribus eorumdem *cap.* XVIII., dum ait: *Intersunt Parentes, & propinqui*, ut proinde sine eorum consensu, vel accedente saltem ratihabitione nuptiae celebrari non potuerint. Id posterioribus etiam tempori-

fuerint honestatem ꝑsone consinsus. ꝑ fici nuptias. sic tamen ut nuptialis. donatio solempneter celebretur. aliter filii exinde nati legitimoꝝ locū obtineri non poterint & fiat in hac hereditate successione locus his qui ab intestatu ꝑ agnationē forte succedunt.

sonarum consensus (5) *perficit nuptias; sic tamen, ut nuptialis donatio solemniter celebretur* (6); *aliter filii ex inde nati* (7) *legitimorum locum obtinere non poterunt; & fiet in hereditate successionis locus his, qui ab intestato per agnationem, vel si agnatio*

ADNOTATIONES

poribus cautum est ipsis Legibus Langobardorum, Viso-gothorum, Burgundionum, Salica, & Saxonica, quas vide suis locis, quibosque tamen *parentum* dumtaxat consensus ad nuptias legitime contrahendas exigi videatur; Ast parentes illo aevo omnes cognati, & agnati appellari consueverant, ut patet praesertim ex Lege Langobard. *lib.* II. *tit.* 2.§.2: *Componant parentibus mulieris, idest patri, vel fratri ejus, vel ad quem mundium pertinuerit, pro anagripp.fol. XX.* Haec quidem, si vacat, percurrere Lector poterit apud Heineccium *Element. Jur. German. per tot. tit. 9. de Sponsalib. lib.* I., & apud Schmidtium *Princip. Iur. German. lib.*I. *tit.* 12. *de Sponsal.* §. 4., *& seqq.* Quare *propinquorum* potius, quam *ingenuorum* (quos pro nuptiarnm validitate nec Germanicae, nec Salicae Leges exquirunt) lectionem inducendam, facile existimarem.

(4) Tantum abest, ut quae hoc loco de nuptiali donatione traduntur, Juri Romano cohaereant, ut eidem potius adversentur; Lex enim 3. *Cod. Theod. de Nuptiis*, quae est 22. *Cod. Iust. eod. tit.*, solemnium *νομίμων* nuptialium, & praesertim donationum ante nuptias necessitatem remittit, cui consonae sunt plures aliae leges, quae hoc loco in *Cod. Theod.* a Gothofredio recensentur, ut taceam de legibus Justiniani, 11. scilicet *Cod. de repud.*, *& Novell. XXII. cap.* 18. Quare heic apparet, Papianum adhaesisse potius Juri Germanico, quo aliqua sponsalitia largitas in sponsam conferebatur, quae inter plebeios plerumque veste, vel ornamento, vel aliquot nummis majoribus peragebatur, apud rusticos vero, ut ex Tacito, & ex Francorum monumentis evincitur, in aliquot vaccis, ovibus, porcis, ceterisque similibus consistebat. Haec vero nuptialis largitas, licet minus necessaria, non temere tamen omitti consueverat; atque ea simul quid diversum censebatur ab arrha, seu ab annulo pronubo, qui desponsationis caussa puellae largiebatur, tum a dote, quam sponsus sponsae constituebat, ac tandem a solido, ac denario, qui a virginum parentibus, vel propinquis solvebatur, tamquam quidam emptionis venditionis contractus celebraretur; quod quidem cum aere, & libra veterum Quiritum apprime convenire videtur. Vide haec singillatim pertractata apud Heineccium, & Schmidtium locis citatis.

(5) Honestarum personarum consensus, deficientibus parentibus, pro nuptiarum validitate ignotus quoque est Ro-

dunt. naturalis. sanę. si ex ancilla nati fuerint. & non manu mittuntur a dño. inter hereditaria mancipia. conputantur; Quod si aut de ingenua fuerint naturalis aut de liberta. aut certe liberti ultra excuncia matri cũ naturalibus filiis dari ãplius non licebit hac ratione ut donatio nuptiales in hereditates subpotatione non ueniat. sed de eo quod supra donationẽ nuptialẽ fuerit. inde excuncia depotata naturalibus iure debetur. Quđ si aliquid ultra aut ꝑ donationẽ aut ꝑ testamentũ. aut suppositã quãcũque ꝓsonã illis. fuerit derelictũ. ab herede legitimo legibus. secundũ legem theudosiani. que de naturalibus filiis. & matribus eoꝝ lata est; Inter inge-

tio defuerit, per cognationem forte succedunt (8). *Naturales sane, si ex ancilla nati fuerint, & non manumittantur a domino, inter hereditaria mancipia computantur. Quod si aut ex ingenua fuerint naturales, aut ex liberta, aut certe libertina, ultra tres uncias matri cum naturalibus filiis dari amplius non licebit, hac ratione, ut donatio nuptialis in hereditatis supputationem non veniat; sed de eo, quod supra donationem nuptialem fuerit, inde tres unciae deputatae naturalibus jure debeantur* (9). *Quod si aliquid ultra aut per donationem, aut per testamentum, aut per suppositam quamcumque personam illis fuerit derelictum, ab herede legitimo legibus revocetur, secundum legem Theodosiani, quae de naturalibus filiis, & matribus*

ADNOTATIONES

est Romano Juri. Quare suspicari posset, heic quid simile substituendum, quod supra adnotation. (3) proposuimus.

(6) Paullo aliter in Editis: *si tamen nuptialis donatio solemniter celebretur*. Vide, quae supra monuimus adnotation. (4).

(7) Edita habent: *alioquin filii inde nati*.

(8) Desunt nonnulla in Cod. Ottob., quae ex Editis supplenda duximus.

genuũ uero & ancillã. ſi ſeruũ & ingenuã ſicut conſinſus. contubernia facere poſſunt ita nuptiae non uocantur. & qui ex his nati fuerint deteriorẽ lineã ſecuti dñis adquiruntur. ſciendũ eciã ſecun ꝧ lẽg nouel-

tribus eorum lata eſt (10). *Inter ingenuum vero, & ancillam, ſive ſervum, & ingenuam ſicuti conſenſus contubernia facere poteſt, ita nuptiae non vocantur* (11), *& qui ex his nati fuerint, deteriorem lineam ſequuti dominis adquiruntur. Sciendum etiam eſt, ſecun-*

ADNOTATIONES

mus. Idem Codex habet *fiet*, cujus loco in Editis legitur *erit*.

(9) In Editis: *ſed ea, quae donatione nuptiali fuerint ſupra tres uncias deputata, naturalibus jure debeantur*. Codex Ottob. mendis hoc loco irretitur, ſed quae facile a nobis in reſtituta lectione ſanata animadvertas. Editorum quidem lectio nulla ratione ſuſtineri poteſt, ſi perpendatur, nihil praeter tres uncias naturalibus filiis deberi, quibus ſane & legibus contrarium, & cum Papiani ſententia pugnans additamentum fieret, ſi ea, quae donatione nuptiali ſupra tres uncias deputata fuerint, naturalibus filiis jure deberi, aſſereretur. Quare hujus Papiani Reſponſi ex Ottob. Codicis fide ſenſus erit, uncias tres, quae naturalibus filiis, & eorum matri debentur, ex ea bonorum parte eſſe detrahendas, quae nuptiali donationi ſuperfuerit, ut nihil tamen de eadem donatione ipſi participent; quod Romano Iuri apprime reſpondere, nemo eſt, qui ignoret.

(10) Lex, quae heic innuitur, eſt 1. *Cod. Theod. de natural. filiis, & matrib. eor. lib.* 4. *tit.* 6., in qua tamen dicitur, unciam unam naturalibus filiis, & mulieri deberi, ſi aut alios filios legitimos, & nepotes, aut patrem, vel matrem, qui facultatem ſuam donat, vel relinquit, inſuper habeat; tres uncias vero, ſi eoſdem deeſſe contingat. Verum de donatione nuptiali nihil hac lege, aut altera cavetur. Forte vel aliae leges, quas praeterea Titulus hic contineret antiquitus, periere, vel Papianus haec aliunde derivavit. Cur revocatum fuerit, quod ultra tres uncias naturalibus liberis datum fuiſſet, docet Juſtinianus *Novell. LXXXIX. cap.* 12.

(11) Aliter in Editis: *Si inter collegiatum, ſive ſervum, & ingenuam conſenſu fuerit contubernium initum, nuptiae non vocantur*. At melius in Cod. Ottob., emendatis tamen Amanuenſis erratis. Vid. adnotation. noſtram (5) ad *Tit. XLVI.* Matrimonium ſane inter ſervos conſtare non poterat, ut habetur *l. plerumque* 35. *ff. de aedil. edict.*, & *l. Servi* 25. *Cod. Juſt. ad L. Jul. de adult.*, quod etiam extendebatur ad conjugia inter liberum, & ancillam *l. cum ancillis* 3. *Cod. Juſt. de inceſt., & inutil. nupt.* Quare ſervorum commixtiones inter ſe, vel etiam inter liberum, & ancillam *contubernia* dicebantur, & ancillae ſervis ſe jungentes, aut libero etiam capiti ex grammatica proprietate non *uxores*, ſed potius *conjunctae conſervae, ex quibus habeant filios*, appellabantur, ut notat Varro *de Re Ruſt. lib. I. cap.* 17., quas proinde & Gloſſae reddunt οὐ γαμε-

nouellã. Quiſquis ingenuus colone aut ancille queque. ingenua ſeruũ aut colono ſe iunxerit ſalua ingenuetate. diſcedendi licentiã non habere ſecund legem nouella de aduenis.

ſecundum legem Novellam, quiſquis (12) *ingenuus colonae, ancillaeve, aut ingenua ſervo, colonove ſe junxerit, ſalva ingenuitate, diſcedendi licentiam non habere, ſecundum legem Novellam ſub titulo de Advenis* (13).

ADNOTATIONES

γαμετὰς, & *συνοίκους*. Ceterum ex veterum Inſcriptionibus diſcimus, hoc non ita rigide obſervatum fuiſſe, quin contubernales *Conjugum* nomen ſibi aſſumere nefas duxerint, & quidem non infrequenter; ſicuti & libera capita ſe *contubernales* inſcribere non dubitarunt, ut patet ex Inſcriptione Hortorum Matthaeiorum, quam nos in *Veteribus* eorumdem *Monumentis To. III.*, quae propediem edentur, poſt Fabrettium vulgabimus; licet tamen fortaſſe hoc fieri potuerit, ut utraque perſona libera haud fuerit, ſed Vir dumtaxat ingenuus, Mulier vero ancilla exſtiterit, ut inde conjuges appellari nequiverint ex *d. l. 3. Cod. Juſt. de inceſt.*, *& inutil. nupt.* Vid. Fabrettium *Inſcript. cap. IV. pag. 316.*, & Epiſtolam noſtram ad Cl. Lamium in Ephemeridibus Florentinis ann. 1763. *n.* 48. *col.* 162.

(12) In Editis: *ſi quis*. At Codex noſter hoc loco mendis ſcatet, quae ex Editis expunximus. Heic duo ſimul habes teſtimonia, quibus deterioris parentis conditionem partui communicari animadvertis. Vide & alia exempla inferius Tit. XLVI., & XLVIII. Nec alia deſunt alibi; nam ſimile habet etiam Ulpianus *Tit. V.* §. 8., quin adeſt alterum etiam in Novellis Severi *Tit. II.* Tandem ante Juſtinianum, ipſiuſque Codicem hoc idem uſuveniebat etiam in nato ex adſcriptitio, & libera muliere, quod ipſe nimirum ſuſtulit *l. ult. Cod. de agricol. cenſit.*, *& colon. lib.*, licet tamen Cuiacius *Obſervation. lib. IV. cap.* 38. ex Novella Juſtiniani, quam ſe habere dicit, deprehenderit, Juſtinianum ad jus antiquum rem redegiſſe, ſicut & Juſtinus deinde redeget in Africa per aliam Novellam, quam ibidem Cuiacius profert, quod ipſe etiamnum in Illyrico priorem Juſtiniani Conſtitutionem obtinere, agnoviſſet.

(13) Schultingius hoc loco adnotation. (5) dicit, Titulum hunc legis Novellae *de advenis* non inveniri in Novellis Theodoſiano Codici ſubjectis. Verum Titulus hic commode occurrit inter Novellas Valentiniani ſecundum Marvillii, & Ritterii editionem *num. IX.*, qui ſic inſcribitur: *De colonis vagis, vel agnatione eorum, & de advenis*. Vide eumdem in Indice, quem ſupra protulimus, Valentinianearum Novellarum ex Cod. Ottobon. *p.*101. At errorem Schultingii advertErat ante Ritterius ad hanc Novellam adnotation. (*kk*).

De pactis & cessionibus hec fura ferada. Tit. XXXVIII.

SI quis maior aetate pascifcitur conditionib. pacti maneat obligatus. Si tam̄ aut potestatis sue. est. hoc est filius familias. non est. aut nullo metu aut imperio ad pacta conpelletur sed libera uoluntate. pactum inisse cognuscitur. quod si placitoꝝ ordinē aut tip̄tit excedere. aut nollit implere. ad solutio-

IDEM TITULUS

LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

De pactis, & cessionibus, & forma servanda in pactis.
Titulus XXXVIII(1).

SI *quis major aetate paciscitur, conditionibus pacti maneat obligatus, si tamen potestatis suae est, hoc est filius familias non est* (2), *aut nullo metu, aut imperio ad pacta venire compellitur, sed libera voluntate pactum iniisse cognoscitur* (3). *Quod si placitorum ordinem adtemptet excedere* (4), *aut nolit implere,*

ADNOTATIONES

(1) Qui in Codice Ottob., & in Indice Vatic. signatur Tit. XXXVIII., in Editis est XXXVII. Quae sit Rubrica in Cod. Ottob., jam vides; Quae legitur in Cod. Vatic., est: *De pactis, & transactionibus, & forma servanda est reuulsis*. Nos ergo inquinatam lectionem utriusque Codicis ea ratione composuimus, quae concinnior visa est. Quare hinc fit, ut Titulus hic in Codice Ottob. auspicetur ab his verbis: *Si quis* &c., non autem ab iis, quae habentur in Editis: *De pactis haec forma servanda est*, quaeque nos paullulum immutata in Rubricam recepimus, nec quae sane initio Tituli recte prostabant, ut attendenti patebit. Rubrica vero in Editis haec est: *De pactis, & transactionibus*, quae sane respondet *tit. 9. lib. 2. Cod. Theod.*, qui scilicet inscribitur *de pactis, & transactionibus*. At cum in Titulo hoc Papiani nullibi mentio occurrat transactionis, licet sub pacti nomine veniat, & contra de bonorum cessione verba fiant, potius *cessionibus* quam *transactionibus* favere studuimus.

(2) Jam supra ad Tit. XIV. adnotat. (7) ex Schultingio monuimus, Papianum Romano Juri contraria ingerere, cum filiosfamilias non obligari contendit, ut proinde crambem recoctam heic reponere, necesse non sit.

(3) Ex Editis verbum *venire* supplevi-

lutione pęnę.manente.pactū cū emolumenti amissio-
ne tenendus est. infamie maculā sustenebit. secunđ
le-

re, ad solutionem poenae, manente pacto [5], *cum emolumenti amissione tenendus est, & infamiae maculam sustinebit, secundum*

ADNOTATIONES

plevimus; At ea: *sed libera &c.* nunc primum habes ex Cod. Ottob.

(4) In Editis *ordinationem* habemus; ast in Cod. nostro *ordinem* legimus. Hoc tamen procedere scias, si pactiones juramento fulciantur *l. ult. Cod. Theod. de pact.*, *& transactionib.*

(5) Edita aliter habent: *ad solutionem poenae contentae pacto*. Verum nostri Codicis lectio magis arridet, cum etiam cohaereat iis, quae ex *Instrumento plenariae securitatis* mox afferemus. Notum est tamen, pacta ita fieri consuevisse, ut ex *l. 2.*, *& ult. dict. tit.* poena inesset, seu insereretur pactorum Instrumentis, ad quam deinde praestandam paciscentes se obligabant, si adversus pacta venissent, vel a fide placiti recessissent *l. ult.*, *& 5. tit. eod.* Poenae hujusmodi occurrunt passim in omnibus venditionum, permutationum, donationum, ceterorumque contractuum monumentis. Instar omnium sit *Instrumentum plenariae securitatis* scriptum Ravennae anno Justiniani Imp. XXXVIII., & a Barnaba Brissonio primum *de Formul. lib. VI. cap.* 195., dein a Gabriele Naudaeo Romae anno 1641., licet se illius primum Editorem false venditaverit, nec satis exactum illud exhibuerit, ut patet ex Colomesian. *pag.* 817., tum a Mabillonio in *Supplem.ad Rem Diplomat. cap. XII. num. 6.*, postea ab Antonio Francisco Gorio apud Joh. Bapt. Donium inter *Inscript. Antiq. Class. XIX. num. XVIII. pag.* 512., insuper a Conradio *Parerg. II. 3.*, *& IV.* 1., ac tandem ab Antonio Terrassonio vulgatum inter *Veteris Jurisprudentiae monumenta* §. *III. num. LXXXIX.* ad calcem Historiae Jurisprudentiae, ubi Stephanus Tutor Gratiani Pupilli actum acceptilitationis quorumdam bonorum, sive *quitantiam*, ut ajunt, cum Germana peragit, & eam ab omni molestia immunem imposterum futuram spondet, ut si postea adversus eam, aut ejus heredes ipse inquirat, hanc poenam sibi statuat: *Tunc non solum perjurii reatus incurram secundum leges, verum etiam daturum me promitto, heredesque meos tibi suprascriptae Germanae, heredibusque tuis poenae nomine ante litis ingressum auri solidos triginta, & ex suppositis omnibus rebus meis hypothicae titulo, quas habeo, habiturusve sum, manente nihilominus hanc plenariam securitatem in sua firmitate ubi ubi, & in cujuslibet judicio prolata fuerit*. Eo consilio superius singulos famigeratissimi hujusce Instrumenti Editores recensuimus, ut vel ex eorum numero pateat, quam incaute, & inopportune Josephus A. Pincius in Dissertatione, quam de Ravennatensium conditione sub Romanorum imperio conscripsit, quaeque legitur inter Specimina Societatis Litterariae Ravennatis Caesenae nuper Faberii typis excusa *To. I. num. IV.*, tot, ac tantas admirationes excitet, veluti miraculum proderet, de *Apocha* cujusdam *Callicti*, ut ab Ipso inscribitur, qui proinde & Civis, & Scriptor Ravennatensis (quem Ginannius, si Diis placet, in Patriorum Scriptorum Seriem adscisсat) ab eodem perperam fingitur, ac propterea Virum caritate praeditum obsecratur, qui,

legẽ theudoſiani lib̄ ſecunꝺ ſub titu꞉. de pactis & ceſſionibus. ſciendũ tamen quꝺ ſi quis. ſeui & metu. quoactũ ad pacta ueniſſe cauſatur intra annũ. ꝓbaturus huiuṣ. & moueat & ꝑagat. actionẽ quo tempore p̄terito. nullã ſibi neque de ui neq. de metu. ſuppetere nouerit. actionẽ ſecunꝺ conſtitutionẽ

dum legem Theodoſiani libro ſecundo ſub titulo de Pactis, & tranſactionibus [6]. *Sciendum tamen, quod ſi quis ſe vi, & metu* [7] *coactum ad pacta veniſſe cauſſetur, intra annum probaturus hujuſmodi & moveat, & peragat actionem: quo tempore praeterito, nullam ſibi neque de vi, neque de metu ſuppetere noverit actionem, ſecundum conſtitutionem Gregoriani* [8]. *De ſucceſ-*

ADNOTATIONES

qui, quodnam ſit obſcuri hujuſce Auctoris teſtimonium, ipſum edoceat. Quare nos modo hunc caritatis actum eliciendum duximus, atque idcirco Pincium interea monemus, Scaligerum *de Emendatione temporum lib. IV.*, dum *Callicti Apocham* memorat, nihil aliud deſignare, quam memoratum ſuperius *Inſtrumentum plenariae ſecuritatis*, quod apud recitatos Scriptores conſuli poterit, quodque laudatur etiam a Cuiacio, Lipſio, Rutgerſio, Salmaſio, tum etiam a Franciſco Ginannio nuper vita functo in ejus Diſſertatione de Scirpo Ravennate, quae inter eadem Specimina eſt *n.V.*, ubi *pag.* 146. provocat ad hoc ipſum Inſtrumentum, quod papyro exſcriptum adſervatur Pariſiis in Regia Bibliotheca. Ceterum pro *Callicti* ſcribendum fuerat *Collicti*. Maffejus de hoc Inſtrumento loquens *lib.* II. Hiſtoriae Diplomaticae *p.*212. putat, ex fide Gruteriani lapidis *pag.* 1005. *num.* 5. pro *quod Collicti* legendum *quondam Collicti*, ideſt *quondam Militis veterani*; At ei non aſſentitur Terraſſonius loc. cit., qui *Collictum* nomen proprium hominis, ideſt mariti Germanae, cujus ſupra meminimus, eſſe putat; quod opinatur etiam Joh. Auguſtus Bachius apud Briſſonium loc.cit. Ego quidem diſpeream, ſi quem hominem heic video. Suſpicarer potius, *Collictum*, ſive *Collectum* hoc loco ſummam quamdam collectam protendere, praeſertim cum ſic legatur: *Quod collicti, ſeu mercedis mancipiorum*. Verum non hujus loci haec ſunt, ut argumentis eadem fulciri a nobis, nunc deceat. Tandem pro *Juſtino* Pincius *Juſtiniano* ſcripſiſſet & rectius, & verius; ut alia etiam menda nunc praetercam, quae ex citatis Editoribus corrigi poterunt.

(6) Provocat heic Papianus ad *l.*8. *cit.* ſuperius *tit.*

(7) In Editis: *quod ſi quiſquam ſe metu coactum &c.* Melius Codex Ottobon., qui convenit cum phraſi *l.* 4. *dict. tit.*, ex qua haec derivavit Papianus.

(8) Conſtitutio haec abeſt a *Cod. Gregoriano*, ut proinde in ejus locum ibidem ad *tit. II. lib. I. de pactis, & tranſactionib. num. XVI.* Papiani Summa apposita ſit. Ibi Schultingius adnotat,

nẽ gregoriani. ſucceſſione uiuentũ nec de ſua nec de aliena. quẽquã paciſci poſſet nec huiuſmodi. ſcriptura nomen pacti legibus. uindicari ſecundum legem gregoriani & hermogeniani ceſſionis uero ita firmitatis. ſubſiſtere ſi cuius rei p̄uidente. pfeſſione. uoluntarię. & euidens ceſsio teneatur. hoc eſt ut ceſsionis nomine ſcriptura ꝑ cuius rei cedentis. uolun-

ſucceſſione viventium nec de ſua, nec de aliena quemquam paciſci poſſe [9], *nec hujuſmodi ſcripturam nomen pacti legibus vindicare, ſecundum legem Gregoriani, & Hermogeniani* [10]. *Ceſſionis vero ita firmitatem ſubſiſtere, ſi ejus rei per evidentem profeſſionem voluntaria, & evidens ceſſio teneatur, hoc eſt, ſi ceſſionis nomine ſcriptura cujuslibet rei cedentis voluntaria profeſſione, & ſub-*

ADNOTATIONES

notat, actionem *quod metus cauſſa* anno durare ex *l.* 14. §. 1. 2. *ff. quod met.cauſ.geſt.er.*, *&* *l.*4.*Cod. eod.tit.*; Verum opus non eſt, ut actio intra eumdem annum terminetur, ut innuere Papianus hoc loco videtur. Hodie tamen actio hujuſmodi inſtitui poteſt intra quadriennium a tempore remoti impedimenti ex *l. ult. Cod. de temp. in integ. reſt.*, quam tulit Juſtinianus.

(9) Paullo aliter in Editis: *De ſucceſſione viventium ſua, vel aliena neminem paciſci poſſe.*

(10) Lex haec deeſt nunc in *Cod. Gregoriano*, & pro ea ibidem legitur ad *cit. tit. de pactis &c. num. XVII.* haec ipſa Summa Papiani, quam rurſus relatam etiam videas in *Cod. Hermogeniano tit. IV. de pact. &c.* Simile etiam habetur apud Anianum in Interpretatione *Sententiae Paulli lib. I. tit.*1. §. 4., ubi pactionem non valere dicitur, *ſi de bonis viventis aliquid paciſcatur*, ut legendum ſuadet Cornelius Van Bynkershoekius *Obſerv. lib.* 1. *cap.* 11. in alterius corruptae lectionis emendationem. Cohaerent haec ſiquidem *l.* 29. §. 1. *ff. de donation.*, *l.* 4. *Cod. Juſt. de inutil. ſtipulationib.*, *&* *l.* 19., *& ult. Cod. de pactis*. Pacta ſiquidem ſucceſſoria, ſive de alterius paciſcentis, ſive de tertii hereditate adquirenda inita non modo irrita, ſed & bonis moribus adverſa, quin odioſa, & plena triſtiſſimi, & periculoſi eventus ſemper a Legibus Romanis habita ſunt, utpote quae *votum captandae mortis* induceret, de quo *l.* 11. *Cod. Juſt. de tranſact.*, quale illud apud Ovidium *Metamorph. lib. I. v.* 148., quo *filius ante diem patrios inquirit in annos*, de quo multa Joh. Coraſius *Miſcellan. lib. V. cap.* 13. Verum apud Germanos antiquitus nihil erat hiſce pactis frequentius, quae iiſdem omni periculo triſtioris eventus carere videbantur. Vid. Heineccium *Elem. Jur. Germ. lib. II. tit.* 4. §. 140., *&* 146. Verum

luntarie ꝓfeſsione & ſubſcriptione firmitur. Quod ſi de ui & metu his qui ceſsit queri uoluerit intra annum. ſimiliter inſtitutã ꝑagat actionẽ ſecun teudoſiones leges ſub titulũ qui legis. iuliã. bonis cedere poſſunt.

& ſubſcriptione [11] *firmetur. Quod ſi de vi, & metu is, qui ceſſit, queri voluerit, intra annum ſimiliter inſtitutam peragat actionem, ſecundum Theodoſiani legem ſub titulo Qui lege Julia bonis cedere poſſunt* [12].

ADNOTATIONES

Verum deinde in *Capitularib. lib. VII. cap.* 328. abolita ſunt ad tramites *l.* 2. *Cod. Theod. de famil. erciſc.*

(11) Licet hoc loco corrupta ſit multimode lectio noſtri Codicis, tamen ex eo adſcivimus vocem *ſubſcriptione*, quae abeſt ab Editis. Gothofredius ad *l.* 2. *Cod. Theod. qui bonis ex lege Julia cedere poſſunt lib.* 4. *tit.* 20. putat, Papianum ex praefatae legis ſententia ſcripturam pro ceſſione bonorum exigere; ſed eidem obluctatur Schultingius, qui Papianum hoc aliunde, quam ex Jure Romano attuliſſe existimat, ut ejus mos eſt interdum; cum ſane Jus Romanum ſcripturam non poſtulet, ſed ſatis habeat, ſi voluntas bene declarata ſit, ut patet ex *l. ult. ff. de ceſſion. bonor.*, & ex *l.* 2. *Cod. Theod. cit. tit.*, quod etiam animadvertit JConſultus aetate ſua Clariſs. Matthaeus Brunus Ariminenſis Popularis noſter in *Tractatu de Ceſſione Bonorum Quaeſt. VI. prin. num.* 2., ad quem etiam Gothofredius provocat cit. loc.

(12) Lex, quae hoc conſtituat, intercidit, ut Gothofredius, & Schultingius adnotarunt. Juſtinianus *Novella CXXXV.* beneficium hujuſcemodi conceſſit iis debitoribus, quibus ἀνάγκην ceſſionis creditores βιαίως, & cruciatus metu ingeſſiſſent per Judicis auctoritatem.

De

De terminis transgresis & eulsis TIT. XXXVIIII.

QUicũque terminus aut limites aut arboris. terminalis q. decausas accipiunt scelerata p̄sumptione. euellere.aut abscedere.& signa in p̄ssa.eradere forte

IDEM TITULUS

LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

De Terminis transgressis, & evulsis. Titulus XXXVIIII. (1)

Q*Uicumque terminos* (2), *aut limites, aut arbores terminales, quae decurias* (3) *accipiunt, scelerata* (4) *praesumptione evellere, aut abscindere, & signa impressa eradica-*

ADNOTATIONES

(1) Titulus hic in Editis est XXXVIII., qui in Cod. Ottob., & in Indice Vatic. est XXXVIIII.

(2) Nemo est, qui ignoret, apud veteres Romanos Terminum fuisse Deum, cujus cultum Numa instituit, ut narrat Dionysius Halicarnass. *Antiq. Rom. lib. II. cap. 76.* Fingebaot eum barbara facie, ἄκωλον, manibus, pedibusque truncum, ac solo capite praeditum. Nonnumquam ut solum stlpitem, vel lapidem quadratum efformabant. Ipse finibus regundis maxime praeerat, & ab eodem dicti *termini*, & lapides, arboresque *terminales*. Aotiquitus quidem apparet, terminos hujusmodi fuisse praegrandes lapides, & plusquam molares, ne transferri possent. Constat hoc ex Homero *Iliad.* Φ. *v.* 403., qui sic Minervam irruentem in Martem describit:

Ἡ δ' ἀναχασσαμένη, λίθον εἵλετο χειρὶ παχείῃ
Κείμενον ἐν πεδίῳ, μέλανα τρηχύντε μέγαντε,
Τόν ῥ' ἄνδρες πρότεροι θέσαν ἔμμεναι οὖρον ἀρούρης,
Τῷ βάλε θοῦρον Ἄρηα κατ' αὐχένα, λῦσε δὲ γυῖα.
Abstitit illa, simul vulsum, dextraque molarem
Nigrum asprum ingentem (campo qui forte jacebat,
Limes agro, ut positus litem dispesceret arvis)
Vi jaculans, Marti cervicem, & genua resolvit.

Hinc ex Homero Virgilius *Aeneid. lib. XII. v. 896.* Turnum arrepto termioali saxo, graodiore illo quidem, quam a duodecim viris gestaretur, irrumpentem in hostem inducit. Haec ante nos adnotaverat ὁ πάνυ Alexius Symmachus Mazochius in *Tomo II. Spicilegii Biblici*, qui Neapoli hoc anno prodiit, ad *cap. XIX. Deuteronom. v.* 14. Dein vero lapidum moles imminuta est, cum quod pondere, ac magnitudine obtinebatur antiquitus, mox religio-

 ne,

forte temptauerit . conuinctus in eodem loco ubi termini fuerunt uite terminū sub incendio sociatur; Si nouus quicūque terminus occulte . posuerint. pena

dicare tentaverit, convictus in eodem loco, ubi termini (5) *fuerint, vitae terminum sub incendio sortiatur. Si novos quicumque* (6) *terminos occulte posuerit, poena falsarii teneatur, secundum*

ADNOTATIONES

ne, & poenis, quas in terminorum violatores leges statuerunt (ut adnotation. (7) patebit) facile adipisci consueverit. Hinc postea etiam stipites, arbores, pali, ceteraque hujusmodi pro terminis poni mos invaluit. De Stipite quidem constat ex Ovidio *lib. II. Fast. v. 641*:

Termine, sive lapis, sive es defossus in agris
Stipes, ab antiquis tu quoque numen habes.

De arboribus testis est Paullus *Sententiar. lib. V. tit. 22. §. 2.*, Papianus hoc loco, & Theodericus Rex Gothorum in suo *Edicto* §. CIV., tum Leges Bajuvariorum, & Langobardorum, ubi de Terminis. De palis fidem facit vetus Inscriptio ad radices Soractis inventa, quam post Fabrettium *cap. III. n. 533. pag. 211.* refert in Monumentis antiquae Capenae *pag. 23.* Vir editis Libris Cl. Petrus Aloysius Gallettius Monachus Casinensis, in qua haec habentur: ET. IVGERA. AGRI. CVTVLENIANI. P. M. IIII. ITA. VTI. DEPALATVM. EST. Exstat & apud Fabrettium *cit. cap. num. 671. pag. 245.* Inscriptio, quae hoc idem testatur:

HI. TERMINI. XIX. POSITI. SVNT
AB. SCRIBONIANO. ET. PISONE. FRVGI
EX. DEPALATIONE. T. FLAVI. VESPASIANI
ARBITRI

Quare hisce locis *depalare* idem est, ac *palos* pro terminis ponere, quod Frontinus *delimitare* dixisset. Figuras, & nomina terminorum, sive limitum vide apud Wilelmum Goesium *Script. Rei Agrariae*, & apud Muratorium in *Antiquit. Med. Aevi Dissert. XLIV. col. 983.*, *& seqq.*

(3) Heic Codex noster corruptus est. Cuiacius in Edit. Lugd. CIƆIƆLXVI. scripsit *decoreas*, quemadmodum expressit Schultingius. Editio vero Parisina habet *decusas*. Verum Cuiacius ipse in Epistola Dedicatoria *Cod. Theod.* testatur, se *decurias* debuisse corrigere, quod ita dilucide scriptum reperisset in Legibus Gothorum. Insuper in Legibus Visogothorum *lib.* VIII. *tit.* VI. *l.* 1. habemus *decurias, quae vocantur characteres*, tum rursus *lib. X. tit.* III. *cap.* 3. eadem vox occurrit. Leges Bajuvariorum quin etiam ad *tit.* II. *cap.* 3. §. 1. ita emendandae sunt, expuncta voce *decoreas*. Decuria sane est nota X., qua decas designatur. Vetus siquidem Auctor de limitibus inter Scriptores *Rei Agrariae* ita habet: *X. si in termino invenies, quadrifinium exponit*. Consule Du Fresneium in *Glossario*.

(4) Male in Editis *celebrata* pro *scelerata*, ut est in Cod. Ottobon. Innuitur enim piaculum grande, quo irretiebantur limitum violatores.

(5) Edita habent *testimonia*, quae pro terminis intelligenda monet Schultin-

pena falſari iteneatur. ſecunđ ſentencia pauli. Si uero terminis limitibus arboribus. tranſgreſſis. uicini agri. iura ꝑuadendo timeraſſe cũuincitur. ſi intra XXX annus. quicũque pulſantes exſiſtunt. con-

cundum Sententiam Paulli (7). *Si vero terminis*, *limitibus*, *arboribusque tranſgreſſis*, *vicini agri jura pervadendo temeraſſe convincitur* (8), *ſi intra triginta annos*, *quicumque pulſantes exſiſtunt*,

ADNOTATIONES

tingius. Verum Codex noſter expreſſe habet *termini*.

(6) Vox haec *quicumque* abeſt ab Editis, quam nunc habes ex Cod. Ottobon.

(7) Quod de novis terminis clam poſitis hoc loco cavetur, deſideratur nunc in *Sententiis* Paulli; Ceterum *lib. V. tit.* 22. §. 2. ſtatuitur poena metalli in ſervos, operis publici in humiliores, relegationis cum amiſſione tertiae partis bonorum in honeſtiores, qui terminos effodiſſent, exaraſſent, vel evertiſſent, quae ſane poenae mitiores ſunt ea, quam Papianus heic conſtituit. Leviores etiam ſunt, quae habentur in Collatione Moſaicarum, & Romanarum Legum *tit.* XIII., quaeque proſtant in Digeſtorum *lib.* 47. *tit.* 21. *l.* 1., 2., & 3., quibus criminaliter agi poteſt ad poenam extraordinariam, & arbitrariam, quae in humilioribus eſt caſtigatio, vel damnatio ad opus publicum, in honeſtioribus relegatio; Civiliter vero ex lege agraria Caii Caeſaris quilibet ex populo agit adverſus eos, qui, ſubmotis agrorum terminis, dominia privatorum confundunt, fineſque obſcurant, ad poenam L. aureorum in ſingulos terminos motos *l.* 3. *ff. eod.* Ceterum in ſervos Numa poenam exacerbavit, adjecto ultimo ſupplicio, niſi dominus, multa in ſe ſuſcepta, ſervum ſuum, qui terminum exaraverat, aut ejecerat, liberaſſet. Numa vero antiquitus eos, qui terminum exaraſſent, cum bobus ſacros, ac deteſtabiles eſſe, juſſerat, quod lapides hujuſmodi viderentur ipſius Termini, verendi quidem Numinis, ut ipſe Romanis perſuaſerat, ſimulacra, quae proinde terminalibus coronabant, ut tradit Dionyſius Halicarnaſſ. *Antiq. Roman. lib. II. cap.* 76., & Feſtus *voc. termino*. Nunc ad Leges Barbarorum; Apud Viſo-gothos Ingenuus, *qui ſtudio pervadendi limites complanaverat*, *aut terminos fixos auſus fuerat evellere*, *per ſingula ſigna*, *vel notas XX. ſolidos ei*, *cui fraudem fecerat*, *inferre cogebatur*, *ſervus per ſingula ſigna L. flagella ſuſcipiebat*, ut patet ex *lib. X. tit.* 3. §. 2. Oſtrogothi vero, ut prodit Edictum Theoderici §. 104., ſervos talis criminis reos capitis damnabant, dominoſque, qui eis hoc mandatum dederant, dimidia bonorum parte privabant. Bajuvarii a Viſo-gothis parum recedentes ingenuum *per ſingula ſigna everſa XXVI. ſolidos componere* adigebant, ut patet ex Lege Bajuvar. *tit.* XI. *cap.* I. §. 1., & 2., tum *cap.* II. Langobardi tandem, ut eorum Leges produnt *lib.* I. *tit.* 26. §. 1., & *ſeq.*, Ingenuos in *LXXX.* ſolidos ex uno ſemiſſe Regi, ex altero agri domino ſolvendos, ſervos vero capitis damnabant, niſi pro vita redimenda *XL.* ſolidos iotuliſſent. Vide Heineccium *Element. Juris*

& conuincerint. ſibi fuiſſe ꝑuaſũ a conuictis duplũ terre ſpatiũ quod ꝑuaſerant. cũ fructu ſolutione reſtituant hoc ſecunđ legem nouellã.

ſtunt, convicerint, ſibi fuiſſe pervaſum, convictus duplum terrae ſpatium, quod pervaſerat, cum fructus ſolutione reſtituat (9); *Et hoc ſecundum legem Novellam* (10).

ADNOTATIONES

ris German. lib. II. *tit.* 29. §. 336., *& ſeqq.*, ubi ad hanc rem plura traduntur.

(8) In Editis dumtaxat legitur: *jura pervaſiſſe convincitur*. Pleniora habet Codex Ottob.

(9) Paullo aliter haec proſequuntur in Editis: *ſi intra XXX. annos pulſatus exſiſtat, duplum terrae ſpatium, quam pervaſerat, cum fructus ſolutione reſtituat*. Licet haec in Ottobon. Cod. aliquo mendo teneantur, tamen rectae lectioni reſtituta longe integriora videri poterunt.

(10) Nulla alia nunc lex adeſt, quae hoc caveat, quam *l.* 2. *Cod. Theod. fin. regundor.*, quae eſt Conſtantini M., quamque Juſtinianus in Codicem ſuarum Legum adſcivit *l.* 4. *tit. eod.* Dein vero Valentinianus II. *l.* 3. *Cod. Theod. unde vi* omnes alienarum rerum immobilium invaſores rei amiſſione, & aeſtimationis ſolutione mulctavit. Haec lex quoque eſt 3. *Cod. Juſt. tit. eod.*, & ad eam provocat Valentinianus III. Novella I. *de Invaſoribus tit.* inter Theod. Novellas XVIIII., quam poſtea Novella II. *d. tit.* revocavit.

Si-

Sine censũ uel reliquis conparare nihil posse. TIT.XL.

OMnes agnuscant agrus. se conparare ñ posse si eorũ censũ non statĩ conpossessione ingressi fuerint susceperint dissoluendũ. quod si ꝓbatutura uinditionis tempore solute tributi reliquas impt̄ur exsoluat & tributũ. p̄senti deligatione suscipiat. quod si factũ non fuerit & uinditur & imptur penã

IDEM TITULUS

LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

Sine censu, vel reliquis comparari nihil posse.
Titulus XL [1].

OMnes agnoscant, agros se comparare non posse, si eorum censum non statim, cum possessionem ingressi fuerint, susceperint dissolvendum [2]. *Quod si probatur, a venditionis tempore soluti tributi reliqua* [3] *emptor exsolvat, & tributum praesenti delegatione* [4] *suscipiat. Quod si factum non fuerit, & vendi-*

ADNOTATIONES

(1) Titulus hic in Cod. Ottob., & in Indice Vatic. prostat sub *n. XL.*, qui in Editis gerit *n. XXXIX.*

(2) Paullo aliter in Editis: *Agros comparari non posse, nisi eis censum statutum, qui possessionem ingressi fuerint, susceperint dissolvendum.* Accuratior sane Ottob. Codicis lectio, licet utraque eodem recidat. Respondent haec iis, quae prostant in *Tit. Codd. Theod., & Just. sin. cens., vel reliq. comparar. non poss.*

(3) De Reliquis jam fuse egimus ad Novellam IV. anecdotam adnotation. (1).

(4) Delegatio est descriptio, qua exigendarum annonarum, & tributorum modus continetur. Dicitur & *delegatoria*, cujus mentio occurrit in *Cod. Theod. l. 1. de annon., l. 8. de extraord., l. un. ne conlat. per logograph.*, & alibi. Suidas: Δηλεγατίων κατὰ Ῥωμαίους ἡ ἐκταγὴ τοῦ σιτοπομπείου, καὶ ἡ ἀννωνῶν μετακομιδή. *Delegatio apud Romanos vocatur procuratio rei frumentariae, & annonae transportatio.* Consule Du Fresneium in *Glossario*, & Gothofredium in *Commentar. ad l. 22. de erogat. mil. annon.*

penā leges que de hoc titulū. theudosiani contentur suscipiat.

venditor, & emptor poenam legis, quae sub Titulo in Theodosiano continetur, suscipiat (5).

ADNOTATIONES

(5) Edita non omnino conveniunt cum Cod. Ottob., quae sic habent: *Quod si factum non fuerit, venditor etiam poenam legis, quae de hoc in Theodosiano continetur, excipiat*. Verum accuratior aliqua saltem ex parte est lectio Ottob. Codicis, quandoquidem haec plenius respondere videtur *l. 2. Cod. Theod. de contrahend. emption.*, quae emptorem, & venditorem (quorum unumquemque exprimit Codex Ottob., secus ac Edita, quae solum venditorem memorant) simul comprehendit, ut emptor scilicet, rescissa venditione, pretium amittat, venditor fundum, ac fisci viribus cedat utrumque. Ast in Justin. Codicem haec recepta non sunt; Pactio tamen irrita efficitur *l. 2. & seqq. Cod. Theod. sine cens. &c., & l. 1., 2., & 3. Cod. Just. tit. eod.*

De iure postliminii. TIT. XLI.

SI quis seruus post captiuitatem. redierit ad ius dñi reuertatur & si ingenuus redigerit iura libertatis. integra se nouerit. recepisse nec eo tẽpore

IDEM TITULUS
LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

De Jure postliminii.
Titulus XLI (1).

SI quis servus post captivitatem redierit, ad jus domini revertatur (2), *& si ingenuus redierit, jura libertatis integra se noverit recepisse; nec ea tempora ei ad quamcumque caus-*

ADNOTATIONES

(1) Edita habent hunc Titulum *n. XL.*, quem Codex Ottob., & Index Vatic. sub *num. XLI.* praeseferunt.

(2) Nemo est, qui nesciat, captivos in servitutem redactos omnia jura amisisse, quae dein remedio Legis

re ei ad quācūque. causā obefse. quibus in regione alia. captiuitate detentus eſt.

cauſſam obeſſe, quibus in regione alia captivitate detentus eſt (3).

ADNOTATIONES

gis Corneliae, & Jure poſtliminii reſtituta ſunt, ſoluta captivitate; quandoquidem Lege Cornelia fingebantur in Civitate deceſſiſſe, qui captivi apud hoſtes deceſſerant, ut conſtat ex *l.* 18. *ff. de captiv., & poſtlim.*, & ex *l.* 12. *ff. qui teſtam. fac. poſſ.*, tum Jure poſtliminii ii, qui capti fuerant, poſtquam reverſi fuiſſent, numquam in captivitate, ſed ſemper in Civitate fuiſſe, cenſebantur, ut patet ex *l.* 16. *ff. eod. tit.* Scaevola quidem, ut teſtatur Cicero in *Topicis cap. VIII.*, Juſtinianus *Inſtit. quib. mod. jus patr. poteſtat. ſolvit.*, & ceteri omnes Grammatici cenſuerunt, *poſtliminium* a limitibus imperii vocatum fuiſſe, quod captivi eodem limine reverterentur, quo amiſſi fuerant. At Plutarchus contra in *Quaeſt. Roman. quaeſt. IV.* notat morem Romanorum, quo non per limina, ſed poſt limina, hoc eſt ex ſuperiore parte aedium reduces in domum recipiebantur, ut proinde *poſt limen accedere* aeque dici potuerit, ac poſt principia ſtare, quod ſane ridet Carolus Ferd. Hommelius in feſtiva Oratione *de Jure Arlequinizante* edita *Byruthi* ann. 1761. *p.* 18. Verum ad rem noſtram heic notandum, *l.* 19. §. *ult. ff. de captiv; & poſtlim.* ea contineri, quae hoc loco de ſervis commode caventur.

(3) Quae heic pro ingenuis ſtatuuntur, vide *l.* 5. §. 1., *l.* 22. §. 1. *ff. tit. eod.*, & §. 5. *Inſtit. quid. mod. jus patr. poteſtat. ſolvit.*

Ne in

Ne in ſua cauſa quis iudecit. TIT. XLII.

THeudoſiani lege euidenter exp̄mitur . in ſua cauſa neminē neque teſtimoniū dicere poſſe neque ſentenciā ꝑmulgare.

IDEM TITULUS
LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

Ne in ſua cauſſa quis judicet.
Titulus XLII (1).

T*Heodoſiani lege* (2) *evidenter exprimitur, in ſua cauſſa neminem neque teſtimonium dicere poſſe, neque ſententiam promulgare.*

ADNOTATIONES

(1) Edita habent hunc Titulum *n. XLI.*, quem Codex Ottob., & Index Vatic. exhibent *num. XLII.* Rubrica paullo aliter quoque circumfertur in Editis: *Ne quis in ſua cauſſa judicet*; Uterque tamen Codex noſter eadem lectione donatur, quae Codici Theod. magis cohaeret.

(2) Breviſſimus hic Titulus alia fere lectione in Editis concipitur: *Theodoſii lege evidenter exprimitur, in ſua cauſſa neminem jus dicere, neque ſententiam pronuntiare poſſe*. Provocat heic Papianus ad *l. unic. Cod. Theod. ne in ſua cauſ. quis judic.*, cujus pars derivata eſt in *l. unic. Cod. Juſt. ne quis in ſua cauſ. judic., vel jus ſibi dic.*, quae lex tamen auctores habet Impp. Valentem, Gratianum, & Valentinianum, ut proinde male Edita hoc loco habeant *Theodoſii lege &c.* pro *Theodoſiani* (nempe Codicis) *lege &c.*, ut paſſim in hoc Reſponſo.

Ut

Ut nemo potentiorũ nomina in lite; pretendat. aut titulus ꝑdiis. ſuis adfligat. TIT. XLIII.

LEgali ſanctione conſtat exꝑſſũ nemene ad inludendũ. pulſantẽ & deferendum. iuſticiã. potentũ. quoꝝcũque ꝓſonas. in litẽ poſſe ꝑtendere nec titulus ꝑdiis ſuis. adfigere. ut pulſantẽ aut terreat aut ab actione conpetenti excludat.

IDEM TITULUS

LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

Ut nemo potentiorum nomina in lite praetendat, aut titulos praediis ſuis adſigat.
Titulus XLIII (1).

L*Egali ſanctione* (2) *conſtat expreſſum, neminem ad inludendum pulſantem, & differendam juſtitiam, potentum quorumcumque perſonas in lite poſſe praetendere, nec titulos praediis ſuis adfigere, ut pulſantem aut terreat, aut ab actione competenti excludat.*

ADNOTATIONES

(1) Titulus hic in Editis eſt XLII., qui in Cod. Ottob., & in Indice Vatic. ſignatur *num. XLIII.* Rubrica quoque in Editis parumper differt, ubi pro *in lite* legitur *inlicite*. Ottob. Codici conſonus eſt Vaticanus, cujus lectionem, licet aliquo mendo detentam juvat proferre: *Ut nemo potentiorum nomina in lite pretendat uel titulis prediis adfligat*.

(2) Provocat heic Papianus ad *l.un. Cod. Theod., & Juſt. de his, qui potentior. nomin. &c.*, quod etiam videre eſt in Novella Valentiniani inter Theodoſianas XXIII. Hinc patet, moris fuiſſe antiquitus, privatos, ut ſe praediorum dominos proderent, titulum ex proprio nomine fundis ſuis indere, cujus rei exemplum habes in allata ſuperius Inſcriptione ad Tit. XXXIX. adnotation. (7), ubi mentio habetur AGRI CVTVLENIANI, forte Cutuleni cujuſdam, ut ſexcenta alia nunc miſſa faciamus. Nec hoc vetitum fuit; at illicitum ſane fuit Principum, aut aliorum potentiorum titulos fundis adponere, quibus injuſtam poſſeſſionem quis fraude retineret, aut terrorem adverſario ſua repetenti ingereret.

De liberale cauſa uel de operis. liberto-
rum. TIT. XLIIII.

SI quis intraginta annus. ſub inſecundetates ſpe-
ctē uacantē in ſeruitutē uocare uoluerit. non-
ūquā apud iudicis. ſtatū eſt pulſet ubi ſe uictus fue-
rit

IDEM TITULUS
LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

De Liberali cauſſa, vel de operis Libertorum. Titulus XLIIII [1].

S*I quis intra triginta annos* [2] *ſub ingenuitatis ſpecie vagantem in ſervitutem revocare voluerit, non aliter, quam apud Judicem ſtatum ejus pulſet* [3], *ubi ſi convictus fuerit* [4], *tot*

ADNOTATIONES

(1) Quem Codex Ottob., & Index Vatic. habent *num. XLIV.*, in Editis proſtat Titulus *num. XLIII.* At Rubrica in Vatic. non omnino accurata legitur.

(2) Vidimus etiam ſuperius ad Tit. XXXI., Papianum XXX. annorum praeſcriptionem pro fugitivis ſervis, qui a dominis ante hujus temporis lapſum perſequi poterant, ſtatuiſſe, quod cohaeret etiam Gloſsae ad *l.* 1. *Cod. Juſt. de long. tempor. praeſcript.*, *quae pro libertat.*, *& non adverſ. libertat. opponit.* Cuiacius quidem dubitat, num ad XL. annos praeſcriptio haec ſit producenda ob *l.* 4. *Cod. Juſt. de praeſcription. XXX.*, *vel XL. ann.*, qua in lege tamen nihil de ſervis cavetur.

(3) Quod ſtatus hominis, qui ſervus praeſumebatur, pulſandus fuerit ante Judicem, docet Judicium quoddam *Libertatis* pro Presbytero, ac duabus feminis, quod anno 1159. Arimini *in Eccleſia Sancti Johannis de Foro* celebratum fuit a Bono Zenone Judice, cujus autographum exſtabat in Tabulario Monaſterii Sancti Juliani, nunc vero in inſtructiſſima Gambalonga Bibliotheca ejuſdem Civitatis adſervatur. Edidit hanc Chartam Vir Cl. alias laudatus Joſephus Garampius in ejus Diſſertatione *de Nummo argenteo Benedicti III. cap. II. §. IX. adnotat.* (*b*) *pag.* 49., quae cum in nonnullis diſcrepet ab ejuſdem exemplari, quod ad nos jam miſerat praeſtantiſſimus Praeceptor noſter Janus Plancus, tum etiam ab eo, quod poſtea accepimus a Bernardino Brunellio eidem Bibliothecae Praefecto, Viro inſigni eruditione, & antiquis moribus conſpicuo, qui id ipſum ad autographi fidem naviter expreſſum nobis confirmat, rurſus hoc loco afferendam hanc ipſam Chartam cenſuimus, & quidem eo accuratius, quo per typographicas formas citra ſiglorum uſum licebit.

rit tota mancipia dabit quanta . in ſeruitutem repetebat. illi uero pulſato t̄cio deberi iudicia & ſi uolun-

tot alia mancipia dabit , quanta in ſervitutem repetebat . Illi vero pulſato tertio debentur judicia (5) *, & ſi voluntarius adſertor*

ADNOTATIONES

In die veneris qui fuit quintus intrante menſe iunii . Guarzentus iuravit ad ſancta dei evangelia ſe dicturum totam veritatem , & tacere falſitatem de lite que erat inter bovetum, & ejus fratrem filios quondam marini : nec non inter presbiterum ottonem , & giſlam conſororem & muſiam quando interrogabitur a bono zenone iudice in quo fuit poſita predicta lis de ſtatu libertatis . Qui guarzentus per diſtrictum ſacramenti interrogatus a bono zenone iudice dixit . Ego vidi vendroſam que fuit uxor milonis rape que fuit mater uberti & fuit libera mulier . fuit & de domo del capa liberi homines & ex ea domo exivit . & vidi etiam alſiam que fuit mater presbiteri ottonis & giſle & martine & erat libera mulier . & fuit uxor uberti rape. & exivit de domo presbiteri zenonis de licco liberi homines . & vidi predictas duas mulieres ſtantes pro liberis & recordor eas perſonas ſtantes pro liberis . plus eſt quam quinquaginta annis .

Item zena ſimiliter iurata & interrogata dixit idem quod guarzentus ſcilicet hec dicit quod plus eſt quadraginta annis quod hoc recordatur & dixit quod non vidit iſtum presbiterum ottonem nec giſlam neque martinam . ſervire marino neque ruſticello per famulitatem . ubertum tamen audivi dici quod ſervivit eis .

Item doſo iuratus & interrogatus dixit . Ego vidi matrem uberti , & matrem presbiteri ottonis & giſle , & martinae que fuerunt libere mulieres . vendroſa vero fuit de domo rape & zena fuit de domo presbiteri zenonis de licco liberi homines & mater vendroſe nominabatur alſia & hoc recordor plus eſt quinquaginta annis . has predictas tres perſonas presbiter otto & giſla & martina non vidi ſervire per famulitatem . ubertum autem audivi dici quod ſervivit . Item martinus de vendroſo ſimiliter iuratus & interrogatus dixit idem quod doſo & hoc recordatur plus eſt quadraginta annis . Item predicto die veneris caſotus in preſentia arduini de advocato & goizonis & boni zenonis iudicis predicte litis & aliorum iuravit ad ſancta dei evangelia ſe non pretermiſurum utilia & neceſſaria de predicta lite . & in hoc tantum negotio & curatorio nomine hoc fecit pro filiis quondam marini .

Item ſequenti die ſabbati . in preſentia arduini de advocato & goizonis iudices & giuzardi del paulino . bernardini del capa . Johannis fulconis , benſati calzarerii . turiſendini . zenonis de benſato . conradi calzarerii in eorum preſentia bonus zeno malgraſſus iudex hujus negotii & ordinarius iudex & imperatoris dixit per illas rationes quas auditas habeo ab utraque parte de lite que erat inter bovetum & compagnonem nec non inter presbiterum ottonem & giſlam & martinam ſive muſiam . de ſtatu libertatis ſcilicet . abſolvo has tres perſonas ab hae lite & a petitione famulitatis quam eis faciebat bovetus & eius frater & pronuntio has perſonas liberas eſſe . anno domini mill. C. L. nono in iſſto (lege ſupraſcripto *) die . indic. ſeptima actum in eccleſia Sancti Johannis da foro*

✠ *E. Gobertus not. ſacri palatii interſui & ſcripſi.*

Vide inferius adnotationem (6).

uoluntarius adſertor. aut defenſor ingenoetatis. inuenire non potuerit a iudici pede inteſgra & moribus idoneus. depotetur. hii ſi uero qui de ſeruitutē in libertatem aut ingenuetate reclamare tiptauerint. iſta beneficia denegantur. ſed dicti in foro ſtatuuntur ut qui eos. defendere uoluerit. habeat liberam

tor [6], *aut defenſor ingenuitatis inveniri non potuerit, a Judice fide integra, & moribus idoneus deputetur. Iis vero, qui de ſervitute in libertinitatem, aut ingenuitatem reclamare tentaverint* [7], *iſta beneficia denegantur; ſed vincti in foro ſtatuuntur, ut qui eos defendere voluerit, habeat liberam poteſtatem.*

ADNOTATIONES

(4) *Convictus fuerit* idem eſt, ac cauſſa ceciderit, aut ſuccubuerit. Deſumpſit hoc Papianus ex *l.* 1. *Cod. Theod. de liberali cauſſa*, ad quam inferius provocat.

(5) Edita aliter: *Ille vero pulſatus tertio debet adire judicia*. Ceterum nihil hujuſmodi cavetur memorata *l.* 1., ut advertit Schultingius. Aſt forte heic ſtatuit Papianus, victo aſſertore, iterum, ac tertio liberalem cauſſam agi poſſe, ut patet ex *l.* 1. *Cod. Juſt. de aſſertion. tollend.* Hinc *ſecunda aſſertio* apud Quintilianum *lib. V. cap.* 2. Pertinent huc etiam Martialis carmina *lib.* 1. *epig.* 53:

Aſſertor venias, ſatiſque praeſtes,
Et cum ſe dominum vocabit ille,
Dicas eſſe meos, manuque miſſos.
Hoc ſi terque, quaterque clamitaris,
Impones plagiario pudorem.

Verum Schultingius ad *Sentent.* Paulli *lib. V. tit. I.* §. 5. *adnotat.* (19) obiicit Cuiacio, recitata Martialis carmina tamquam ſupraſcriptae legi conſona temere uſurpaſſe, quod illic, quod ſit, etiam uno, eodemque actu, & tempore, potuerit fieri, & ſaepius clamari. Verum, quo vadimonio id nobis Schultingius aſſerit, quin, quod a Martiale innuitur, diverſo, non uno tantum judiciorum tempore peragi quoque potuerit? Par utrobique aſſerendi, & inficiandi ratio, ut propterea Cuiacius non extra rem eadem carmina protuliſſe videatur. Verum reiteratio cauſſae liberalis dein abrogata fuit *cit. l.* 1. *Cod. de aſſertion. tollend.*

(6) Jam *l.* 1. *Cod. Theod. de liberal. cauſs.* cautum erat, neminem, niſi dato aſſertore, de libertate litigare poſſe, ne ſervus adverſus dominum forte conſiſteret. Cuiacius in *Paratil.* ad *d. tit. de aſſertion. tollend.* diſcrimen ſtatuit inter aſſertorem, & procuratorem. Aſſertor ſiquidem, de quo nos nunc dumtaxat loquimur, erat vindex, & tutor quodammodo alienae libertatis. In Judicio autem ſuperius allato Judicis Ariminenſis pro libertate Presbyteri, & duarum mulierum appa-

beram poteſtatem quđ nec ſic defenſorē inuenire potuerint. in ſeruitutē a dño retragantur hoc. ſecunđ legē theudoſiani. quē de liberali cauſa lata eſt., Egentē patronū libertus paſcere conpellantur hoc ſecunđ lege gregoriani. de operis libertoꝝ latini taliter intellegi non poſſunt, nec aliter faciendi sṫ ſi inter amicus. ꝓnonciante dño. ad conuiuiū euocantur. Ita ut illis amici, qui ibidem conueniunt. Sic dn̄s teſtetur eū cauſa cūlate latinitatis

tem. Quod ſi nec ſic (8) *defenſorem invenire potuerint, in ſervitutem a domino retrahuntur; hoc ſecundum legem Theodoſiani, quae de Liberali cauſſa lata eſt* (9). *Egentem patronum libertus paſcere* (10) *compellitur; hoc ſecundum legem Gregoriani de Operis libertorum* (11). *Latini aliter intelligi non poſſunt, nec aliter faciendi* (12) *ſunt, quam ſi inter amicos, pronuntiante domino, ad convivium evocentur, ita ut illis amicis, qui ibidem* (13) *conveniunt, ſic dominus teſtetur, eum cauſſa conlatae*

ADNOTATIONES

apparent dumtaxat quatuor teſtes, qui eos liberos affirmant, & Judex, qui de ipſorum libertate pronunciat; &, quod mirum eſt, deeſt quoque Procurator, qui pulſatorum rationes exponat, cum contra adſit *Caſotus* quidam, qui jura tuetur adverſariorum; niſi forte & Aſſertor, & Procurator eorum, quibus de ſtatu libertatis mota lis fuerat, cenſeri debeant *Arduinus de Advocato*, & *Goizo*, quorum tantum *praeſentia* ibidem innuitur.

(7) In Editis minus concinne: *revocare tentaverint*. Verum haec ignorat Romana Nemeſis.

(8) In Cod. Ottob. habetur particula *ſic*, nec quidem otioſa, quae deſideratur in Editis.

(9) Lex haec memorata jam eſt ſuperius a nobis adnotat. (4), & (6).

(10) Edita habent *alere*, quod idem eſt.

(11) Lex haec abeſt nunc a *Cod. Gregoriano*, licet Schultingius *lib. VI.* poſt *tit. 19.* hanc ipſam Papiani Summam, ſervato ordine Juſtinianei Codicis, collocaverit, poſthabita interim Genevenſi Editione, quae hanc *de Operis Libertorum*, & ſequentem *de Bonis Libertorum* Summam ex Papiani Reſponſo Titulo *de Patria poteſtate* ſubjecit, & hanc illi praepoſuit. Similia vero caventur etiam *l. 5. §. 18., l. ult. ff. de adgnoſcend., vel alend. liber.*, & *l. 1. Cod. Juſt. de oper. libertor.*

(12) In Editis forte minus recte: *intelligendi ſunt*.

tis ad ſuũ conuiuiũ adhiberi. quđ ſi ut habit paupertas. cũ quocũque ſeruus manducauerit. non aut latinitatis ſed paupertatis. ꝓpter ſolatiũ ꝑiuditiũ dñs. ejuſque heredibus. ex conuiuiũ adferre non poſſit.

latae [14] *latinitatis ad ſuum convivium adhiberi. Quod ſi, ut habet paupertas, cum quocumque ſervus manducaverit, non cauſſa latinitatis, ſed paupertatis propter ſolatium, praejuditium domino, ejuſque heredibus* [15] *ex convivio adſerri non poterit.*

ADNOTATIONES

(13) Item Edita minus plene: *ubi conveniunt*.

(14) Vox haec *conlatae* deſideratur in Editis. Ceterum heic juvat advertere, praeter convivii ritum latinitatem a dominis conferri aliis etiam rationibus conſueviſſe, ſcilicet aut per epiſtolam, aut inter amicos, quod monuit Cajus *Inſtitut. lib. I. tit.* 1. §. 2. Manumiſſionis per convivii ſolemnitatem exemplum habetur apud Theodorum Prodromum *lib. VIII. Amor. Rhodanthes, & Doſiclis*, ubi Stala Rhodanthi libertatem in convivio largitur, ut ibidem advertit etiam Gaulminius *in Notar.*ſuarum *cap. XIX.* Athenaeus quin etiam *lib. XIV. cap.* 10. deſcribit Peloriorum feſtum apud Theſſalos, quo vincti ſolvebantur, ac famuli dominorum menſae maxima cum libertate accumbebant.

(15) Edita habent *heredibuſque*. Quare hinc patet, minime ſat fuiſſe olim, ſervum accubuiſſe ad domini menſam, ac ſimul cum eo commediſſe, ut latinitatem conſequeretur, ſed inſuper neceſſarium fuiſſe, ut dominus, ſe illum expreſſe elargiendae latinitatis gratia ad convivium acciviſſe profiteretur. Id ſane innuit etiam Theophilus *Inſt. lib. I. tit.* 5., dum ait: *Per menſam*, ὅτε συνεςιαθῆναι ἐπὶ ἐλευθερίας δόσει προσέταττον τῷ οἰκέτῃ, *cum libertatis dandae gratia ſervum convivio adhibebant*. Poterant ſiquidem ſervi ſubſelliis prope lectos menſarum ſedere, quae ſervis, ac vilioribus hominibus adſignari conſueverant, ut ex multis Terentii Comoediarum locis patefcit, nec proinde libertatis donationem hujuſmodi confeſſio, aut accubitus ad menſam inferre poterat.

De

De testamentis. TIT. XLV.

TEstamenta si ꝑolo graffa manu fiant ꝓbata manus ueritatis . sine testibus integrã capiunt · firmitatẽ si uero testis adhibentur . ante quos testatur uel suscribat uel suũ testamentũ offerat . subscribendũ cyues romani . testis adi-

IDEM TITULUS
LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

De Testamentis.
Titulus XLV (1).

T*Estamenta si holographa manu fiant* (2), *probata manu, veritatis sine testibus integram capiunt firmitatem. Si vero testes adhibeantur, ante quos testator vel subscribat, vel suum testamentum offerat subscribendum* (3), *Cives Romani testes adhibendi*

ADNOTATIONES

(1) Titulus, qui in Cod. Ottob., & in Indice Vatic. est XLV., in Editis est XLIV.

(2) Testamentum holographum Perpetui Episcopi Turonensis conditum Kal. Maiis post Consulatum Leonis minoris Augusti, idest ann. 475. secundum jus Romanum habetur apud Dacherium in *Spicileg. To. V. pag.* 105., *& seq.*, & in Novo Tractatu Diplomatico duorum Monachorum Sancti Mauri *To. V. Part. V. pag.* 375., quod sic incipit: *In nomine Jesu Christi amen. Ego Perpetuus peccator Turonicae Ecclesiae Sacerdos abire nolui sine testamento*. Tale est etiam Testamentum Sancti Remigii Remorum Episcopi conditum jure Praetorio, quod habetur apud Brissonium *lib. VII. de Formulis*, apud Nicolaum Querculum in *Gallica Flodoardii*, & sincerius apud Joh. Jacobum Chifletium *de Ampull. Rhem. cap. III. pag.* 81. Cernitur etiam apud Georgium Fabricium in *Antiquit. Monument. lib.* 1., & apud Terrassonium in Historia Jurisprudentiae Romanae inter vetera Monumenta §. IV. *n.* CIII. *pag.* 87. Testamentum L. Cuspidii, in quo haec habentur: *Ego idem ille L. Cuspidius testamentum manu mea exaravi, meoque annulo obsignavi, hisque testibus signandum obtuli*. Licet testamenta holographa testium subscriptione non egeant, haec tamen, quae adduximus, iisdem fulciuntur. Ceteris testamentis hujusmodi, quae sane plurima sunt, designandis parcimus. Quod autem testamenta holographa manu confecta plenam obtineant firmitatem, omni etiam testium subscriptione destituta, statuit Valentinianus in Novella II. *Tit.* IV. *de Testamentis* ad Albinum Praefectum Praetorio data. Sed si adhiberi velint testes, tum legitimus semper eorum numerus necessarius censetur. Jure vero recentiori potest testator

adibendi ſunt numero conpetenti uel V uel VII. qui ad teſtamtũ iure adhiberi poſſunt quoꝝ que teſtimonió. merito recipetur. cũ quibus eſt noƀ teſtamti facti. ſecunđ leg theudoſiani & ualentiniani

bendi ſunt numero competenti, vel quinque, vel ſeptem [4], *qui ad teſtamentum jure adhiberi poſſunt, quorumque teſtimonium merito recipitur* [5], *& cum quibus eſt nobis teſtamenti factio, ſecundum legem Theodoſii, & Valentiniani ad Floren-*

ADNOTATIONES

ſtator in teſtamento holographo ſui ſubſcriptionem omittere, ſi id ſe manu ſua exaraſse innuerit; at vero de teſtibus nihil immotatur, & hoc ſecuodum *l.* 28. §. 1. *Cod. Juſt. de teſtament.*

(3) Plenius haec habentur in Mſs. Ottob., Edita enim ſic: *quibus teſtator ſubſcribendum ſuum offerat teſtamentum.*

(4) Siquidem Jure Civili conditum teſtamentum quinque teſtium numero firmandum erat; ſeptem vero, ſi Jure Praetorio. Manſit quidem diſtincta utraque haec teſtandi ratio, Juris Civilis, & Praetorii diutino tempore, ut patet ex *l.* 1. *Cod. Theod. de teſtament., & codicill.*, Aſt dein per Theodoſium Iun. *l.* 21. *Cod. de teſtament.* ſublatum eſt hoc ipſum utriuſque Juris diſcrimen, ut teſtatur Juſtinianus *Inſtit. de teſtam.* §. 3. Haec plenius exponit Gothofredius ad *d. l.* 1., & Schultingius ad Ulpianum *tit. XX.* §. 2. *adnotat.* (9). Exemplar Teſtamenti conditi Jure Praetorio habes in Teſtamento Saocti Remigii, ad quod ſuperius provocavimus, quodque XV. teſtium ſubſcriptione vallatur; neque eoim major numerus nocet, ut docet Paullus *Sententiar. lib.* III. *tit.* 4. §. 10. Praetorio Jure quin etiam conditum videtur ludicrum Teſtamentum M. Grunnii Corocottae Porcelli, ut pote VII. teſtium ſubſcriptione firmatom, quod a quamplurimis Scriptoribus refertur, & nuper a Terraſſonio in Hiſtoria Juriſprudentiae inter vetera Mooumenta §. IV. *n.* CII. *pag.* 87., & ab Adamo Franciſco Kollario in *Analectis Monumentis Vindobonenſibus To.* I. *n.* XXVI. *pag.* 1318., quodque tandem a Divo Hieronymo memoratur in Prooemio XII. Libr. in Eſaiam, quo ſaoe ejuſdem vetuſtas protenditur. Cetera vero Teſtamenta ut plurimum quinque teſtium ſubſcriptione muniuntur; Tale eſt Teſtamentum Aredii Presbyteri, & Pelagiae prid. Kal. Novemb. ann. XI. Regui Domini Sigeberti Regis conditum, quod habetur apud GregoriumTuroneoſem in ejus *Oper. p.* 1308., quodque a Ruinartio integrius, quam a Montfauconio *To.* II. *Analect.* allatum eſt, & memoratur etiam in laudato toties Novo Tractatu Diplomatico *To. V. Part. V. Saec. VI. pag.* 398; Ibi enim ſic legitur: *Teſtamentum noſtrum condidimus, quem ego ipſe Aredius manu propria ſcripſi, & teſtibus numero competenti tradidimus ſubſcribendum.* Quare poſt ſubſcriptiooem Teſtatorum ſubſcriptiooes V. teſtium ſubſequuntur.

(5) In Editis ſic: *Hi ad teſtamentum jure adhiberi poſſunt, quorum teſtimonium merito recipitur.*

niani ad florentiũ. prefc̃. preturii data. militibus. uero; aliter si uellint testamentũ facere ꝑmissũ est quibus licet & sine conpetenti testiũ numero testari. & filius p̄terire nec ꝑ inoffitiosi querillã eoꝝ constat testamentũ, posse disrũpe testamentis uero ciuiũ romanoꝝ si filius p̄teritus fuerit. uel nepus ex filio

rentium Praefectum Praetorio datam (6). *Militibus vero*, *aliter si velint testamentum facere*, *permissum*, *quibus licet & sine competenti testium numero testari* (7), *& filios praeterire*, *nec per inofficiosi querelam eorum constat testamentum posse disrumpi* (8). *Testamentis vero Civium Romanorum si filius praeteritus fuerit*, *vel nepos ex filio* (9), *rumpunt testamentum* (10); *si ve-*

ADNOTATIONES

(6) Novella haec Theodosii Imperatoris habetur sub *Tit.* IX. *de Testamentis*, ex qua prodiit *l.* 21. *Cod. Just. eod. tit.* De Florentio Praefecto Praetorio fuse disseruimus adnot. (2) ad Novellam I. anecdotam. Ceterum postrema haec de testium qualitate non habentur in recitata Novella, licet caveantur apertissime §. 6. *Instit. de testam. ordinand.*

(7) Hoc patet ex *Tit. Instit. de militar. testam.*, & ex *Tit. ff.*, *& Cod. de testam. militar.*

(8) Edita parum aliter: *& filios praeterire, nec inofficiosi querela eorum constat testamenta posse disrumpi*. Filii a Milite in testamento praeteriti pro exheredatis habentur, si modo ipse sciat, se eos habere §. 6. *Instit. de exheredation. liberor.*, *& l.* 6. *ff. de testament. milit.* Quoad inofficiosi querelam cohaerere haec videas *l.* 9., *&* 24. *Cod. Just. de inoffic. testam.*

(9) Editio Parisiensis heic male habet *vel nepos ex filia*, ut proinde haec praeterierit Schultingius; sed facile eidem fuisset emendare *vel nepos ex filio*, ut legitur in Cod. Ottob. Certum quippe est, ex filia nepotem praeteritum nihil aliud habere auxilii, quam inofficiosi querelam, ut constat ex §. *ult. Instit. de exheredation. liber.* Verum ex §. 1. *Instit. eod. tit.* hoc ipsum cautum fuisse, patet antiquitus non de filiabus tantum, sed *de aliis per virilem sexum descendentibus liberis utriusque sexus*, quos inter continetur quoque *nepos ex filio*, ut habet Codex Ottob. Nihilominus cum inofficiosi querelam ad testamenti fractionem extenderit Papianus, cumque alias adverterim, ipsum aliunde, quam ex Jure Romano quaedam derivasse, haec nunc expungere, licet adversari praefato Juri videantur, piaculi instar habui. Ceterum ne suspicari quidem potest, unde haec hauserit Papianus, cum apud Francos, & Germanos ignota antiquitus essent testamenta, propterea exheredationes quoque, ut fuse ostendit Heineccius in *Element. Jur. Germ. lib. II. tit.* 7. *& seqq.*, & post eum Schmidtius in *Princip. Jur. Germ. lib. II. tit.* 37. Quare facile crederem, Papianum potius haec

 suo

filio rūpunt teſtamentū ſi uero filia aut nepoteș ex filia ñ rupto teſtamento extraneis inde mediā partē ſuiſque heredibus inequalem adcriſcunt teſtamenta uero quibus filiis aut nepotibus. falcidia non demittitur nullo iure ſubſiſtunt frater uero de inofficioſo

ſi vero filia, *aut nepotes ex filia* (11), *non rupto teſtamento*, *extraneis in dimidiam partem*, *ſuiſque heredibus in aequalem adcreſcunt* (12). *Teſtamenta vero*, *quibus filiis*, *aut nepotibus Falcidia non dimittitur*, *nullo jure ſubſiſtunt* (13). *Frater vero de*

ADNOTATIONES

ſuo Marte cudiſſe, qui ſequutus Romanas Leges de ſucceſſionibus, quas ſane attingit ad Tit. X., quibuſque avo inteſtato ſuccedere nepotes ex filio, ſi Pater deceſſerit, praecipitur, idem & in teſtamentaria ſucceſſione obtinere exiſtimavit, ut proinde nepotibus in aviatico teſtamento praeteritis idem remedium, ac filiis, ſcilicet teſtamenti diſruptio ſuffragaretur. Quidquid tamen ſit, juvat heic advertere, quae Schultingius ipſe contra Oiſelium monuit ad Caii *Inſtitut. lib. II. tit. 3. Pr. adnotat.* (8): *Multa in hac Epitome Aniani erunt nobis mutanda*, *ſi ad Inſtitutiones Juſtinianeas omnia exigenda erunt*. *Monentur talia recte*, *at non protinus tranſponenda ſunt*. Scilicet de Papiano haec nunc repeti commode poſſunt, ne quiſquam nos criminetur, quod exſulare ab hoc loco nequaquam voluerimus, quae cum Romano Jure colluctari videantur.

(10) Quod heic *teſtamentum rumpi* dicitur, in *Inſtit. de exheredat. liber.* dicitur *eſſe nullum*, aut *non valere*, ut apud Cajum *Inſtit. lib. II. tit. 3. Pr.*, & apud Ulpianum *tit. XXII.* §. 16. At etiam *rumpi* dicitur a Caio *l. 30. ff. de liber. & poſtum.*

(11) Schultingius hoc loco ſubduxit *aut neptis ex filia*, & ejus loco reliquit tantum τὸ *nepos*, quod ſane cohaeret §. 1. *Inſtit. Juſtin. de exheredation. liber.*, ut adnotation. (9) monuimus. Attamen Codex Ottob. habet *aut nepotes ex filia*, quae immutare nobis religio vetuit, ut proinde huc redeant, quae cit. adnotation. animadvertimus.

(12) In Editis ſic: *non rumpuntur:* (ſc. teſtamenta), *ſed extraneis in dimidiam partem*, *ſuis heredibus in aequalem accreſcunt*. Vide, quomodo hoc ſe habeat apud Cajum *Inſtit. lib. II. tit. 2.* §. 1., & apud Ulpianum *Fragm. tit. XXII.* §. 14., tum apud Theophilum *lib. II. tit. 13.*

(13) Contendere heic videtur Papianus, teſtamenta eſſe nulla, cum filiis defertur hereditas legatis exhauſta, vel onerata, vel quam alteri reſtituere debeant, ut eis proinde nec integra Falcidia reliqua ſit. At ſane hoc repugnat Romanae Themidi, quae hoc caſu neque querelam inofficioſi teſtamenti filiis conceſſit, ſed dumtaxat actionem, qua paternorum bonorum quartae partis ſupplementum petere, & conſequi valeant, quod conſtat tum ex *Sententiis* Paulli *lib. IV. tit. 5.* §. 5., tum ex *l. ff. de inoffic. teſtament.*, quibus

ſo fratris teſtamento . agere non poteſt hoc eſt filius uel filias . ſine filiis morientes matrẽ . ſine falcidia ꝑterire non poſſunt . ut ualeat teſtamentũ . .

de inofficioſo fratris teſtamento agere non poteſt [14] . *Item filius, vel filia ſine filiis* [15] *morientes matrem ſine Falcidia praeterire non poſſunt, ut valeat teſtamentum* [16] .

ADNOTATIONES

bus adde *Inſtit. Juſt. tit. eod.* Num haec ergo quis etiam eliminabit, quod a Romano Jure diſſentiant ? Scilicet vetuſtas mendis ipſis ut plurimum reverentiam quamdam conciliare conſuevit; nec quidem immerito.

(14) Fratribus, & ſororibus, germanis, & conſanguineis querela haec competit dumtaxat, quibus turpis perſona antelata fuerit, modo ipſi integra polleant exiſtimatione, ut ſtatuit *l.* 27. *Cod. Juſt. de inoffic. teſtamen.*, quam tamen Tribonianus ex *l.* 3. *Cod. Theod. tit. eod.* deſumptam ſuo arbitrio immutavit.

(15) Verba haec *ſine filiis morientes*, quae recte apponuntur in Cod. Ottob., abſunt ab Editis.

(16) Querela inofficioſi teſtamenti competit parentibus utriuſque ſexus contra teſtamenta liberorum, cum parentibus non minus pie filiorum bona, quam ipſa parentum bona liberis debeantur, in aliquod ſuae orbitatis ſolatium, ut patet ex *l.* 1., & 30. *ff. de inofficioſ. teſtament.*, & ex *l.* 28. *Cod. Juſt. tit. eod.*, quod etiam advertitur ab Antonio Peretio *Prael. in lib.* III. *Cod. tit.* 28. Quare licet matri haec Falcidia competat ex bonis filii, vel filiae ſine filiis decedentium, eique detur inofficioſi querela, tamen teſtamentum per hanc querelam non fit irritum. Juvat heic obiter advertere, quartae Falcidiae mentionem haberi apud Goldaſtium in *Chart. Alamann. num. XIII.*, licet ſuperius apud Germanos, & Francos antiquitus teſtamenta vix cognita ex Heineccio, & Schmidtio monere contigerit, ut etiam quae teſtamentorum nomine circumferuntur, Sancti Remigii nempe, Bertchramni, & Hadoindi Epiſcoporum Cenomanenſium, Perpetui Epiſcopi Turonenſis, ceterorumque, vix teſtamentorum nomen mereri contendant.

De conditione uero uel cognitioñ. corporum publicorũ. TIT. LXLVI.

ID obſeruandũ ſecundum conſtitutionẽ nouellã leonis & ſeueri ut ſi ex marcianitano. & anderoneco. uel quocũque alio corpore publico & colono aut

IDEM TITULUS

LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

De conditione veri, vel cognitione corporum publicorum. Titulus XLVI (1).

I*D obſervandum ſecundum conſtitutionem Novellam Leonis, & Severi* (2)*, ut ſi ex Marcianitano, & Anderoneco* (3)*, vel quocumque alio corpore publico, & colono, aut ſervo poſſeſſoris,*

ADNOTATIONES

(1) Titulus hic in Editis eſt XLV., & inſcribitur *de Corporatis*; Aſt in Cod. Ottob. eſt XLVI., & inſcribitur *de conditione veri, vel cognitione corporum publicorum*. In Indice Mſs. Vatic. numerus Tituli non alius, ac in Ottob., licet ibi Rubrica non integra, nec emendata prorſus habeatur, ſcilicet *de conditioni veru vel cognitione*. Corporati ſunt Urbis incolae, vel etiam Provinciarum in corpora diviſi varia, neceſſitatibuſque publicis, praeſertim in annonae ſpecie conſulentes, ut docet *Tit. Codd. Theod.*, *& Juſt. de privileg. corporat. urb. Rom.* Inter Corporatos recenſebantur *Piſtores*, *Catabolenſes*, *Suarii*, *Pecuarii*, *vini ſuſceptores*, *thermarum mancipes*, ceterique, quorum munia proſequitur Symmachus *lib. X. Epiſt. 27.*, quibus adde *Coriarios*, *Magnarios*, *Solalarios*, *Confecturarios*, *Linifarios*, *Saccarios*, *Lupinarios*, *Caligarios*, aliosque hujuſcemodi. De Corporatis Urbis Romae agit Novella Valentiniani inter Theodoſianas XXVI., & de Corporatis tum Urbis, tum Provinciarum loquitur altera Valentiniani Novella inter ipſius Novellas XII. ex Ritterianae Editionis recenſione, de quibus etiam eſt Novella II. Severi, quae heic a Papiano item innuitur. In Lapide Hortorum Matthaeiorum, quem nos in *To.* III. *Veterum Monumentorum*, quae in iiſdem proſtant, propediem poſt Gruterium (*pag. 361. n. 1.*) vulgabimus, cernitur CORPVS. SVARIORVM. ET. CONFECTVRARIORVM., quod *Aradio Proculo* Patrono ſuo Statuam collocat. Jacobus Gothofredius ad *l. 1. Cod. Theod. de decur. Urb. Rom.* exponit diſcrimen *Corporatorum*, *Collegiatorum*, *& Decuriarum*. Bondinius *de Republica lib. III. cap. 7.*, & Panvinius *Antiquit. Veronen. lib. I. cap. 25.* diſtinctionem quoque ſtatuunt inter Corpora, & Collegia, quam Joh. Lud. Hag. Baro de Waſſenaerius

aut seruum possessoris. colonā etiā & ancillā filii nati inueniuntur. fuerit ꝓcreati ei adquirantur cuius colo-

ris, colona etiam, & ancilla filii nati inveniantur (4), *aut fuerint procreati, ei adquirantur, cujus colonum, aut colonam, ser-*

ADNOTATIONES

naerius rejicit in Dissertatione Juridico-Philologica Inaugurali ad *Tit. ff. de Colleg., & Corpor.*, quam legere est in *To.* I. *Jurisprud. Antiq. curante Dan. Fellenbergio* Bernae vulgato ann. 1760. *num.* VII., licet tamen non inficietur, Corporis vocem adhiberi aliquando, ubi Collegii vocabulum minus conveniret, veluti apud Tacitum *Annal.* 13., 27. §. 1. ubi *late fusum* dicitur *corpus libertinorum*, pro quo non ita concinne substitueretur *collegium*, Heineccius quin etiam Exercit. VII. *De orig., & Jur. Colleg., & Corpor. Opificum* indiscriminatim loquitur, ut Collegia, & Corpora synonyma eidem esse videantur. Ceterum (si simplicibus observationibus fidendum est) Collegium usurpari videtur in veterum Inscriptionibus de Universitatibus Sacerdotum, nempe *Augurum*, *Pontificum*, tum honestiorum Artificum, idest *Fabrorum*, *Dendrophororum*, *Centonariorum*, *Aurificum*, & similium, Corpus vero viliorum opificum, sive ergasiotanorum, nempe *Pistorum*, *Linifariorum*, *Vinariorum*, *Saccariorum*, & ceterorum, quos supra retulimus, quique hujusmodi obsequiis publicis deputati necessitatibus Urbis, & praesertim annonae consulebant. Gothofredius tamen loc. cit. in Collegia cooptatos ait ferme eos, qui sacris deserviebant. At ex tot veterum Inscriptionum strue quomodo non illi occurit Collegium *Capulatorum*, *Aurigatorum*, *Balistariorum*, *Naupegiariorum*, ceterorumque, qui cum Deorum Sacris nil commune habuerunt?

(2) Paullo aliter in Editis: *Corporibus publicis id conservandum est secundum constitutionem novellam Leonis, & Severi*. Hujus Novellae Constitutionis meminimus superius, quae quidem non integra omnino in Editis circumfertur.

(3) In Editis sic: *ex Marcialitano lito, Andorinico &c.* Sed quoniam neque de *Marcialitano*, aut *Marcianitato*, neque de *Andorinico*, aut *Anderoneco* quidquam constat, libentius Codicis nostri lectionem servavimus. Forte nomina haec propria erant alicujus publici Corporis Francici, & ex Theotiscae, sive rusticae Romanae linguae genio, quae apud Germanos, & Gallos obtinuerat, profecta, quae idcirco rimanda hujusmodi idiomatis peritis Viris relinquimus. Ceterum, si lubeat τὸ *lito* superaddere, ut in Editis legitur, dicimus *Litos*, vel *Lidos*, aut *Liddos* fuisse homines mediae conditionis inter libertos, & servos, sive mancipia, qui vel adscripti erant glebae, vel dedititiae erant conditionis, libertatemque pecunia vendiderant. Consule de his *Glossaria* Lindenbrogii, & Du Fresneii, Vossium *de Vit. Sermon. lib.* II. *cap.* 11., Joh. Georgium Eccardium in *Pact. Leg. Salic. ad Tit.* XI. *leg.* 4., ad XIV. *leg.* 6., & ad XV. *leg.* 4., ac tandem Paullum Hachenbergium *Germ. Med. Dissert.* II. §. XV. *pag.* 24.

(4) Non integra prorsus haec habes in Editis: *vel quocumque alio corporis publici, & colono, aut ancilla filii nati inveniantur &c.*

colonum aut colonã ſeruũ aut ancillã. eſſe conſtiterit. nec in ullã ſeruiliã. aut colonaria conditione. corpus publico genus fatiat. quod corporatus a fiſco. poſtea requiratur ſed omnes cognatio. poſſeſſoris commodis adquiratur quoḋ ea legem euidenter exp̄mitur que ad baſiliũ. prẽſp. prẽt. data eſt.

ſervum, aut ancillam eſſe conſtiterit (5), *nec in ulla ſervili, aut colonaria conditione corpus publicum genus faciat, quod corporatus a fiſco poſtea requiratur* (6), *ſed omnis cognatio* (7) *poſſeſſoris commodis adquiratur, quod ea* (8) *lege evidenter exprimitur, quae ad Baſilium Praefectum Praetorio data eſt* (9).

ADNOTATIONES

(5) Schultingius Tit. apud ipſum XXXVI., apud nos XXXVII. *adnot.* (4), tum heic *adnotat.* pariter (4) advertit, cit. Tit. haberi ea ipſa, quae hoc loco proponuntur; Ibi enim antea legebatur ad fidem Editorum: *Si inter collegiatum &c.*, ut proinde *Collegiatorum* nomine *Corporatos* venire, Schultingius cenſuerit; Verum aliter legitur in Codice noſtro, ut ibidem monuimus adnotat. (10), quamvis dici etiam poſſet, Corporatos a Collegiatis differre, ut adnotat. (1) oſtendimus. Ceterum ſi ea ſpectes, quae pertinent ad deterioris parentis conditionem, quam filii ſequi debebant, habes eo in Titulo, quae & cum hoc ipſo conveniant. De ea re nonnulla attigimus ibidem adnotat. (12), Vide & aliud ſimile exemplum Tit. ult. anecdoto adnotat. (11).

(6) Corrupta hoc loco ſunt Edita, ut fere, quid ſibi velint, non deprehendas, aut ſaltem quae ibidem leguntur, ab accuratiore ſenſu, quem ex Cod. Ottob. eruimus, longiſſime abſint; Sic enim Edita: *nec a ſervili, aut colonaria conditione illo modo corpus publicum eorum genus quaſi corporatos a fiſco faciat poſtea requiri.* Quare ſi nunc perpendas lectionem noſtri Codicis, videbis Novellae II. Severi propius eam accedere, qua vetatur, ne Corporatorum filii ex colona, vel famula ſuſcepti jugo ſervitutis eximantur, nec genus conſtituant, quin potius praecipitur, ut ipſi dominorum, ad quos colona, aut famula pertinebat, juri adquirantur. Ceterum quae de Fiſco caventur, in Novella non adſunt.

(7) In Editis legitur *agnatio*, quae eodem redit. Conſule etiam adnotat. (7) ad Tit. ult. hujus Legis.

(8) Vocula *ea* abeſt ab Editis, quam heic ex Cod. Ottob. placuit inſerere.

(9) Provocat heic nunc Papianus rurſus ad Novellam II. Severi, de quas nos diximus adnotat. (1), (2), & (6), quaeque Baſilio Praefecto Praetorio inſcribitur, de quo nos nonnulla ſcitu forte non indigna adnotavimus in Indice Novellarum Maioriani *Tit.* II. *n.* I. *pag.* 105.

De

De conſortibus Tit. XLVII.

ECiā hoc ſcriptur legem ꝑ rationē ſubiunctū eſt. ut petetur. quem uoluerit. de conſortibus pulſit quē uult ꝑ ſua uoluntate p̄tereat ea tamen conditione. ut qui pulſati non fuerint nullū de his que iudicatū. fuerint. p̄iuditiū paciantur. ſed cū uoluerint ſuas inſtituant actiones. ſecund legē de conſortibus.

IDEM TITULUS

LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

De Conſortibus.
Titulus XLVII (1).

ETiam hoc, ſcripta Lege (2), *pro ratione ſubjunctum eſt, ut petitor, quem voluerit, de conſortibus pulſet, & quem voluerit, pro ſua voluntate praetereat; ea tamen conditione, ut qui pulſati non fuerint, nullum* (3) *praejudicium patiantur: ſed cum voluerint, ſuas inſtituant actiones, ſecundum legem de Conſortibus* (4).

ADNOTATIONES

(1) In Editis Titulus hic eſt XLVI., & poſtremus Papianei Reſponſi, qui tamen in Cod. Ottob. eſt XLVII., & penultimus.

(2) Edita paullo aliter: *de conſortibus etiam hoc ſequentibus &c.* Verum concinnior eſt lectio Codicis Ottob., licet ob Amanuenſis inſcitiam non omnino defaecata. Ceterum nos non inepte eamdem reſtituiſſe videmur, qui *ſcripta Lege* repoſuimus, ſiquidem *τὸ ſubjunctum*, quod ſequitur, inditium, & animum nobis ad id facile praebuit. Quare patet, Titulum hunc, veluti *παρέργον* Papianum adpoſuiſſe, poſtquam hanc Legem, ſeu Reſponſum confecerat, ut proinde merito hujuſce Legis finem claudere videatur, nec eumdem idcirco appoſite prorſus ſubſequatur proximus anecdotus Titulus *XLVIII.* Codicis noſtri, qui alio forte fuerat aſportandus.

(3) *Τὸ nullum* Librarius omiſit, quod ex Editis ſupplevimus.

(4) Papianus hoc loco provocat ad *l. un. Cod. Theod. de domin. rei, quae poſcit. &c.* Eamdem rem quoque ſuperius attigerat Tit. *XXX.*, ubi adnotat. (7) nos etiam aliqua ſubjecimus, quibus nunc parcimus.

De

De colonis migrantibus uel in fugitiua lapsis. Tit. XLVIII.

Si quis colonu. alienũ in re ſua uel in fuga lapſu. uel ſua uoluntate migrante. XXX. annis habuerit. ac ſi ſuũ uindicet. qui ſi intra XXX annus.

IDEM TITULUS
LECTIONI SUAE RESTITUTUS.

De Colonis migrantibus, vel in fugitiva lapſis.
Titulus XLVIII. (1)

Si quis colonum alienum (2) in re ſua, vel in fuga lapſum vel ſua voluntate migrantem triginta annis (3) habuerit, ac ſi ſuum vindicet (4). Qui ſi intra triginta annos inventus fue-

ADNOTATIONES

(1) Titulus hic poſtremus eſt Codicis Ottob., qui tamen in omnibus Papianei Reſponſi Editionibus deſideratur, & cujus neque in Vaticani Indice Rubrica recenſetur, etſi ille alterius anecdoti, quem *num. XXVI.* ſuperius edidimus, Rubricam exhibeat, ut ibidem quoque monuimus adnotation. (1). Verum vix anecdotus Titulus hic inſcribendus videtur, licet ita ſaepius eumdem appellare libuerit, ut ſcilicet ipſum abeſſe ab Editis, conſtaret; Siquidem Interpretatio vetus Breviatoris Theodoſiani Codicis in Volumine Alariciano, quae nunc legitur ad *l. un. Cod. Theod. de Inquilin., &* *Colon. lib. 5. tit.* 10. cum hoc ipſo Titulo prorſus convenit, ſi paucas excipias voculas, quae paullulum differant, aut exuberent. Quare quae jam ex Editionibus hujuſce Interpretationis innotuerant, rotundo charactere exprimi curavimus, adſcito italico, quem *curſivum* vocant, ubi quid differre, vel exuberare deprehendimus, ut ita hujuſmodi diſcrimina ſtatim Lectorum oculos percellerent, ac variis inſuper Alariciani Interpretamenti lectionibus in margine adlinitis, ea ratione prorſus, quam ſervavimus ad Novellam III. anecdotam, quae jam magna ex parte ex *l. ult. Cod. Juſt. de petition. bonor. ſublat.* patuerat. De ſingulis lectionum varietatibus quid juvat diſſerere? Verumtamen exſtantiores ſuis locis attingemus. Qui autem fiat, ut Alaricianum Interpretamentum cum Papianeo Reſponſo ſingulis fere verbis omnino conveniat, neque hariolando aſſequi audeam. Si Gothofredium, & Schultingium audiamus, Papianus haec exſcribere ex Alariciano Breviario, & in rem ſuam convertere facile potuit, utpote qui ante oculos idem Breviarium habuerit, dum ſuum Reſponſum cuderet. Verum quo fidejuſſore haec mercantur laudati Viri in tanta rerum incertitudine? Cur non potius hic

nus. inuentus fuerit. a dño cũ filiis. secund̄ lēg. sibi

rit, a domino cum filiis secundum legem sibi debitis, & omni

ADNOTATIONES

hic Titulus ex Papiano mutuatus in Alaricianum Corpus irrepserit, sicut irrepere fortasse potuit etiam Tit. II. *de Homicidiis*, quem Sichardina Editio Interpretamenti loco ad Novellam III. Valentiniani appinxit, ut etiam ibid. adnotat. (1) superius monuimus? Neque negotium facessat, quod, cum Alaricus Gothorum Rex Legum suarum Compendium ediderit ann. DVI., idcirco Papiani Responsum antecedat, quod ad ann. circiter DXII. conditum sub Theoderico I. Francorum Rege in Praefatione censuimus; Quandoquidem cum anno DVII. Clodovaeus Francorum Rex Alaricum vicerit, accidere facile potuit, ut Papiani Responsa mox pro accessione Juris Alariciani irrepserint, quemadmodum putavit etiam Hoffmannius in *Historia Juris Romano-Justinianei Vol.* 1. *lib.* 1. *cap.* II. *Sect.* III. §. 8. *adnotat.* (*h*) *pag.* 475., sicque ex Papiano nonnulla in Alaricianum Compendium derivari potuerint. Quare sicut imprudenter nimis, & audacter ageret, qui Titulum illum II., eo quod Alariciano Corpori cit. loc. adnectatur, Aniano, seu Goiarico, vel cuilibet alio ejusdem Compilatori accenseret, ut ipsum Papiano eriperet, licet non solum Papianei Responsi Editiones omnes impressae, sed etiam Mss. Codices eodem illo instructi Titulo passim habeantur, ita quis non videt, non minus confidenter acturum illum, qui & hunc Titulum Alaricianae Nemesis Conditori tribueret, quod illum in eadem insertum adverteret, dum tamen ipse simul inter Papiani Titulos eumdem recensitum ex Ottoboniani Codicis fide conspiceret? Scilicet ex priori illius Tituli exemplo par & huic nostro ratio, & auctoritas derivatur, dum pari gaudet conditione.

De Colonis fugitivis jam nonnulla attigerat ante Papianus ad Tit. VI., ubi adnotation. (7) aliqua delibavimus. Coloni vero non unius generis sunt, ut notavit luculenter Gothofredius in Paratitlo ad *Tit. Cod. Theod. de Fugitiv. colon., inquilin., & servis*. Titulus hic noster est de eorum genere tantum, qui conditionem debebant genitali solo propter agricolturam sub dominio possessorum, quomodo eos definit Magnus Ecclesiae Doctor Augustinus *lib. X. de Civit. Dei cap.* 1. Plures habentur Leges, quae eorum libertati favere videntur, sed contra exstant aliae, quae servitutem eorum videntur adstruere, quas ut conciliet Gothofredius, ait, ipsos, etsi conditione viderentur ingenui, servos tamen terrae ipsius, cui nati erant, fuisse. Quare Colonorum domini dicebantur fundorum, seu terrae possessores, ut loquitur *l.* 2. *Cod. Theod. de pignor.*, *l.* 5. *de tironib.*, *l.* 12. *de haeretic.*, aliaeque, ut proinde hoc nomine dumtaxat possessores, & coloni opponerentur, nec aliter etiam intelligenda sit, quae unos aliis opponit, *l. ult. Cod. Theod. de pascuis*, quin & Inscriptio, quae est in Delicio Alexandri Albanii S. R. E. Cardinalis longe Eminentissimi, quaeque a Dominico Josepho Scutillio edita est post *Commentarium de Collegio Gladiatorum* Romae cusum ann. 1756. *pag.* 29., ubi haec habentur:

DOMNAEDIVS. POSSESSOR
COLONVS. SEQVENS
ET. TV. VIATOR. PRECOR
PARCE. TVMVLVM
NARCISSI

Multa differit Scutillius, quae ad accuratiorem amussin erant exigenda, sed quae tamen expendere, nunc nostrum non est. Ceterum, quod heic

ſibi debetis & omni peculioꝝ. uocitur. Quđ ſin. forte mortuus fuerit. filii ei:, cũ mercedibus ſuis. uel patris mortui a dño. reuocentur. Colonã. uero

mni peculio (s) revocetur. Quod ſi forte mortuus fuerit, filii ejus cum mercedibus ſuis, vel patris mortui a domino revocen-

ADNOTATIONES

COLONUS dicatur SEQUENS, id eſt poſterior, facile reſpicit ad *l.* 13. *Cod. Juſt. de Agricol.*, & ad Novellam Valentiniani XII. *in fin.*, quibus cavetur, dominum diverſorum agrorum colonos ab uno fundo ad alium poſſe transferre, etſi *l.* 26. *Cod. Theod. de annon.*, & *trib.*; *l.* 3. *de cenſ.*, & *l.* 2. *fine cenſ.* coloni non poſſent ab eo praedio auferri, cui ſemel deputati erant, neque in vendendo fundo retineri, quemadmodum *d. l.* 3. obſtabat, quin ad alium fundum transferri poſſent. Poſſeſſorem Colono oppoſitum etiam videas in Inſcriptione, quam refert Muratorius *pag.* 539. *n.* 1.

TE. PIE. POSSESSOR. SIVE. COLONE. PRECOR
NE. PATIARE. MEIS. TVMVLIS. INCRESCERE. SILVAS
SIC. TIBI. DONA. CERES. LARGA. DET. ET. BROMIUS.

Ceterum quamvis Gothofredius mixti ſtatus inter ingenuitatem, & ſervitutem Colonos eſſe voluerit, ut proinde Coloni (quoniam eorum ſervitus ad terram potius, cui addicebantur, quam ad dominos referrebatur) Poſſeſſoribus hoc tantum nomine citra omne alterius ſervitutis jugum opponerentur, tamen Vir Cl. Ludovicus Antonius Muratorius *To. I. Antiquit. Med. Aevi Diſſert. XV. col.* 868. in ea eſt opinione, ut exiſtimet, triplici olim Colonorum genere divites potitos fuiſſe, *Liberis* ſcilicet, *Servis*, & *Aldiis*. Cenſet quapropter, *Liberos* agrorum cultores a ruſticis Italis noſtrae aetatis non diſcrepaſſe, qui ſcilicet in fundo manere tamdiu cogebantur, quamdiu pactis invicem percuſſis ſe obſtrinxiſſent, ut inde, invito domino, ab agro diſcedere eiſdem nefas eſſet. Neque alterius generis, quam ex Liberorum Colonorum Claſſe, fuiſſe etiam putat, quos *Accolas* apud veteres ſalutatos novimus, qui ſcilicet alieno fundo excolendo vacabant, nec cum Servis quidquam commune habebant. Alterum Colonorum genus *Servorum* fuiſſe diximus, quorum conditionem, & onera in terra excolenda fuſe proſequitur laudatus Muratorius ibidem *Diſſert.* XIV. *de Servis.* Tandem inter utramque & Liberorum, & Servorum conditionem, ſcilicet infra Liberos, & ſupra Servos medii conſiſtebant *Aldii*, qui & *Partiarii* forte dicebantur, ut mox dicemus, quoſque nec vilis mancipiorum ſors teneret, nec qui plena tamen ſui poteſtate fruerentur, ut etiam nolentes domino ſervire cogerentur, & in quos adhuc ita jus ſuum retineret dominus, ut ſi quis ex eis fugam arriperet, aut in alterius dominium migraret, continuo ad ſervitium retraheret, & qui in fugitiva lapſum occultaſſet, multa plecteretur, juxta *leg. XV.* Luitprandi Regis *Lib. VI.*, licet tamen interim iidem in rem ſuam converterent, quae ſibi vel opere, vel induſtria parare contigiſſet. Triplicem hanc hominum Claſſem diſtinctam invenit Muratorius in Diplomate Caroli Craſſi Auguſti, quod autographum vidit in Archivo Collegii Canonicorum Arre-

ro si uiginti annus. in alieno dominiũ & iure ꝑmanserit

centur [6]. Colona *vero si* * viginti annos in alieno dominio, * etiamsi

ADNOTATIONES

Arretii, & vulgavit loco supra citato *col.* 869., quodque Inscribitur: *Decretum immunitatis concessum a Carolo Crasso Imp. omnibus Ecclesiis, & nominatim Ecclesiae Arretinae anni* 882., *seu* 883. Siquidem ibi vetantur *districtiones in Liberos Massarios, & Servos, & Aldiones super Ecclesiasticas res residentes*; Tum infra Reipublicae Ministri prohibentur *distringere Massarios, & Colonos Liberos, Aldiones, vel* (idest *&*, ut supra) *Servos quosque residentes super res* Arretinae Ecclesiae. Distinctio etiam triplicis hujus generis Colonorum protendi insuper videtur in Bulla Paschalis I. Papae pro Archiepiscopo Ravennate, quae legitur apud eumdem Muratorium *Part.* I. *Tom.* II. *pag.* 220. *Rerum Italic.*, & in qua *cuicumque interdicitur Colonos, aut Partiarios, & Servos subjacentes parti sanctae vestrae Ecclesiae ad militandum subtrahere*. Heic siquidem Coloni non alii, nisi Liberi, & Ingenui exprimi videntur, cum infra Servi memorentur, cumque medii inter utrosque Partiarii consistant, quorum nomine verosimiliter Aldii designantur, qui scilicet ita dicebantur, quod partem redituum agri domino cederent, reliquam vero suam facerent, ut nimirum de Aldiis traditum accepimus. Tandem in Mss. etiam Cod. veterum Canonum Saeculi IX., collectore, uti conjicitur, Regemberto Episcopo Vercellensi, qui exstat in Ecclesiae Mutinensis Tabulario, de quo agit Vir longe famigeratissimus Franciscus Antonius Zaccherius ad calcem *To.* II. Bibliothecae Historiae Litterariae, quae Pisauri cuditur typis Amatinis, *pag.* 410., & in quo praeter alia multa recensentur Acta Concilii, quod habitum fuit Romae anno 861., Nicolao I. Pontifice, contra Johannem Archiepiscopum Ravennatensem, atque ea quidem longe pleniora iis, quae publici juris fecit in sua Appendice ad Agnellium *pag.* 80. Vir Cl. Benedictus Bacchinius, memorantur Coloni ingenui, cum scilicet in laudatis Actis *cap. V.*, quod una cum antecedente desideratur in Bacchiniana Editione, haec habeantur: *Homines liberos tam de Ravenna, quam & de Civitatibus Pentapoleos, & Aemiliae, tam nobiles, quam ignobiles nullo modo a publica districtione excusare, aut vindicare pertenptes. Similiter autem et colonos, qui ingenui sunt, nullatenus a publica districtione excusare, aut vindicare praesumas*. Verum Du Fresneius quin etiam in *Glossario* (ne & ejus sententiam intactam relinquamus) Colonos fuisse existimat *mediae conditionis inter ingenuos, seu liberos, et servos*. Fallitur tamen Vir Cl., siquidem ex recitatis superius monumentis abunde satis evincitur, Colonos ex hominibus tum ingenuis, tum servis, tum ex mediae fortunae inter utrosque, Aldiis nempe, seu Partiariis, ac proinde non ex unius, atque hujus mediae dumtaxat, sed immo etiam triplicis conditionis hominibus constitisse. In Glossis Graecis Colonus dicitur δουλοπάροικος, id est servus commorans, vel domesticus; at in Tabulis Heracleensibus aeneis, quibus aureum illum Commentarium adtexuit Vir immensae eruditionis Alexius Symmachus Mazochius, servi ex familia rustica, qui agros colere debuerunt, *Tab. I. vers.* 88. γεῶναι appellantur, a γαῖα scilicet *terra*, & ὦνος *venalis*, ut iidem idcirco γεῶναι *venales homines*, tamquam terrae excolendae mancipati, affixi,

ſerit a priore dño non queratur ſi tamen intra XX annus inuenta fuerit & de alieno colono filius. ſuſceperit cũ agnatione parte terciã reuocetur quia colono due partes. agnationis. ſecuntur & tertiã colonã ſane ne ſeparatio coniugii fiat. illũ cui colonus.

nio, & jure permanſerit, a priore domino non *quaeratur* *; Si tamen intra viginti annos inventa fuerit, & de alieno colono filios ſuſceperit, cum agnationis (7) parte tertia revocetur, quia colonum duae partes agnationis ſequuntur, *& tertia colonam*. Sane ne ſeparatio conjugii fiat,

* requiratur

ADNOTATIONES

affixi, aſſignati, aut adſtricti, fuerint nuncupati, quod adnotavit etiam Daniel Chriſtianus Pflugradtius in *Inſcriptionum Heracleoticarum Deſcriptione*, quam Societati Latinae Jenenſi obtulit, *pag. XXVIII.* De Colonis nonnulla quoque recenſuit Pignorius *Commentar. de Servis cap. ult.* Quae vero ad Colonos profugos, quaeque ad eorum liberos pertinent, ſubſequentibus adnotationibus breviter perſequemur, cum haec nunc primum tamquam praeliminaria adnotaſſe ſufficiat.

(2) Coloni dicuntur *alieni* etiam *l. un. Cod. Theod. de inquil., & colon.*, ideſt *juris alieni*, ut eſt in *l. 1., &* 2. *Cod. eod. de fugitiv. colon. inquil., & ſervis*.

(3) Praeſcriptionem *XXX.*, vel *XX.* annorum pro qualitate ſexus colonos a ceſpitis ſervitute liberaſſe, patet ex *l. 2. Cod. Theod. de his, qui condit. propr.*, & ex *l. un. Cod. eod. de inquil., & colonis*, quae ab Honorio lata eſt, tum ex Novella Valentiniani *IX.*, quod tamen antea lege non obtinuerat. Primum quidem Honorius hanc annorum praeſcriptionem numerari juſſit a terdeno annorum lapſu, qui recitatam ipſius *l. un.* praeceſſerat, hoc eſt ab anno Ch. 389., quo tempore Maximus Tyrannus a Theodoſio, & Valentiniano apud Aquileiam devictus eſt, ac deinde eumdem annorum numerum futuris quoque temporibus obſervari mandavit.

(4) In Mſs. optimae notae *Tit. 10. lib. 5. Cod. Theod.*, qui, ut toties recitavimus, nunc inſcribitur *de inquilin., & colon.*, antea inſcribebatur: *Si quis colonum alienum in re ſua triginta annos habuerit, ac ſi ſuum vindicet*; quod ſane hujuſce noſtri Tituli exordio, paucis exceptis, adamuſſim fere reſpondet.

(5) Peculium quoddam erat Colonis, cujus meminit *l. un. Cod. Theod. ne colon. inſc. domin. ſuo pecul. ſuum &c.*, & plures aliae utriuſque Codicis leges, quas laudat Gothofredius in cit. Paratitlo ad *tit. 9. lib. 5.*, quibus adde Novellam Valentiniani VIII., & IX. Verum eo ſenſu Colonorum peculium dominis competebat, ut, illis ignaris, ipſum vendere, & alienare nequirent, ut conſtat ex *l. 18. Cod. Juſt. de Agricol.*

(6) Soboles cum peculio ejus omni, & cum mercedibus, ſi pater deceſſiſſet, revocabatur, & quidem celeri exſecutione, ſeu celeri reformatione, ut in hoc eodem argomento firmat *l. un. Cod. Theod. utrum vi lib. 4. tit. 23.*, & cui reſpondet *l. un. Cod. eod.*

lonus. eſt uicariã mulierem & ꝓ terciã. agnatione mulieres. dño conpinſare p̄cipimus ſi uero mulier iures alieni ingenuũ maritũ duxerit omnis mulieris agnatio ad eius dominio cuius eſt. mulier ꝑ tenebit. in

fiat, illum, cui colonus eſt, vicariam (8) mulierem, & (9) pro tertia *cognatione* *(10) mulieris domino compenſare praecipimus. Si vero mulier juris alieni ingenuum maritum duxerit, omnis mulieris agnatio ad ejus dominium, *cujus eſt mu-* * agnatione

ADNOTATIONES

eod. de inquilin., & *colon.*, aliaeque.

(7) Agnatio heic idem eſt, ac ſoboles, origo, ſeu progenies, ſcilicet filii progeniti ex originaria. Dicitur etiam *Agnitio*, ut patet ex Lege Viſo-Gothorum *lib. X. tit.* 1. §. 17., cujus titulus eſt: *De Mancipiorum agnitionibus dividendis*: *Hac rationabiliter naturae lege compellimur. Agnitionem ancillae, quae ſervo alieno juncta pepererit, inter utroſque dominos aequaliter dividendam.* At *lib.* III. *tit.* 2. §. 4. habetur *Agnatio*: *Agnatio autem ſervi domino computetur*. Ita etiam in Edicto Theoderici Regis §. 65: *Quoties ſe ancillae ingenuus, aut originarius, aut ſervus forte miſcuerit, neceſſe eſt, ut omnis matrem ſequatur agnatio, ideſt filii omnes ad dominum ancillae pertineant*. Inſuper in Teſtamento S. Aredii: *Nec non et mancipiola haec, et agnatio eorum inferiuſ comprehenſa*. In his sane locis jam probe vides, agnationem, ſive mavis agnitionem natos, ſeu liberos deſignare. Exempla alia plurima tibi ſuppeditabunt, ſi lubeat, Capitularia ann. 829., & Mabillonius in *Analectis To.* II. Hinc *agnationis Charta* dicitur, qua dominus ſervi, cui ſe ingenua junxit, illis indulget, ut qui ex iis naſcentur, liberi permaneant. Scilicet apud Marculſum *lib.* II. *cap.* 29., & Caſſiodorum *Variar. lib.* VII. *Epiſt.* 40. hujuſmodi Chartae formula conſuli poterit. Ad Titulum XLV. ſuperius pro *agnatione*, ut eſt in Editis, in Cod. Ottob. legitur *cognatio*, quae idem ſonat. Eadem lectio inferius occurrit, ut adnotat. (10) advertimus. Ad finem hujus periodi additur, partem tertiam agnationis ſequi colonam, quod in Alariciano Interpretamento deſideratur. Quod ſpectat ad diviſionem ſobolis, ſancitum id etiam fuit a Valentiniano Novella IX., & XII.; Verum pro parte, quae priori domino competit, a quo mulier ante *XX.* annum reperta auſugerat, commutatio, ſeu compenſatio vicariae ſobolis permittitur, ne per impietatem quamdam *filii a parentibus dividantur*, ut loquitur Valentinianus Novella IX. Idem heic cavetur inferius, dum dicitur: *& pro tertia cognatione mulieris domino compenſare praecipimus*.

(8) Vicaria mulier ea erat, quae loco alterius dabatur, quam prior dominus amiſerat; quae ſcilicet illius vice fungi poſſet, ne aliter per ipſiuſmet profugae revocationem matrimonii ſeparatio fieret. Sic Vicaria ſoboles, ut ſuperius diximus, ſeu Vicarii filii, qui & *contrarii* dicti ſunt *d. l. un. de*

in quinto libro theudosiani lex ista requirenda titul nono ; expl. lex roma.

mulier, pertinebit [11]. *In quinto libro Theodosiani lex ista requirenda titulo nono* * [12].

* Quod hic minus est de colonae agnatione, in Novellis legibus invenitur.

Explicit Lex Romana [13].

ADNOTATIONES

de inquilin., *&* *colon.*, scilicet, qui contra, & aliorum vice praestabantur. Sic Vicarius etiam dicebatur ille, qui a servo dabatur, hoc est, qui substituebatur in locum ejus, qui manumittebatur, ut patet ex *l.* 1. *Cod. Just. de Servis Reipubl.* Hinc in veteri Glossario Latino Vicarius servus dicitur tam ille, *qui suo ordinario subministrat*, quam ille, *qui*, *ut cujuscumque vicem gerat*, *constituitur*. Ceterum Vicarius dicebatur antiquitus in servili conditione Servus inferioris notae, & ipsius ordinarii servi servus, qui Graece audiebat *οἰκέτης οἰκέτου*, aut, ut in *Glossario* Graeco legitur, *ὁ τοῦ δούλου δοῦλος*; quemadmodum in altero etiam *Glossario* Graeco dicitur *ὁ δοῦλος*, *καὶ ὁ τοποτηρητής*, *καὶ ὁ ἐκ προσώπου*: Ac sane in Novella VIII. *Justin.* occurrit eadem vox *τοποτηρήτης*, qua Vicarius designatur. Hinc apud Gruterium *Inscr. pag.* 580. 10. memoratur *Tib. Claudii Aug. Servi Arcarii Vicarius*. Aderat & Vicario quin etiam Vicarius alter, qui memoratur *l. 6. §. 3.*, *et l. 23. ff. de pecul. legat.*

(9) In Editione Sichardina *Cod. Theod.* abest particula *&*.

(10) Jam supra monuimus adnotation. (7) heic pro *cognatione*, ut est in Cod. Ottobon., haberi in Alariciano Interpretamento *agnatione*, quod eodem redit, ut ibidem advertimus. Verum Cuiacius *agnationem* ediderat.

(11) Heic vides, filios sequi conditionem deterioris parentis, cujus rei multa exempla coacervavimus ad Tit. XXXVII. adnotat. (12); inter quae locum etiam tenet hoc ipsum, quod in hoc Titulo continetur. Iterum hoc perpendimus ad Tit. XLVI. adnotat. (5). Id vero non procedit erga natos ex adscriptitio, & libera; nam hi, praeterquamquod deterioris parentis conditione detinerentur, liberi omnino erant ex *Novella* CLXII. *cap.* 2., uno tantum excepto, quod a terra recedere non poterant. Heic habes nova verba: *cujus est mulier*, quibus Alaricianum Interpretamentum deficit.


(12) Jam in margine signanda curavimus, quae loco postremorum hujus Tituli verborum Alaricianum Interpretamentum claudunt. De nostra primum lectione aliqua attingemus, de altera dein acturi. Lex ergo, quae heic innuitur, nulla alia est, quam *l. un. Cod. Theod. de inquilin.*, *&* *colon. lib.* 5. *tit.* 10., quam toties superioribus adnotationibus usurpavimus. Quare heic non recte legitur *titulo nono*. An ergo Amanuensis in hoc peccaverit, qui *nono* pro *decimo* exaraverit, an vero antiquitus citata lex Titulo nono adhaeserit, ut post ex ea ab ipso sejuncta per Amanuensium licentiam Titulus alius, isque decimus prodierit, quaestio nisi divinando resolvi nequit. Alterutra id tamen ratione factum credas, per me licet. Quod autem spectat ad Alariciani Interpretamenti lectionem, advertendum est, ibid. provocari ad Leges Novellas Valentiniani VIII., IX., & XII., in quibus de colonis, eorumque agnatione multa sanciuntur, & ad


ad quas multa adnotavit Ritterius noster.

(13) *Explicit* solemnis est clausula, quae posteriori praesertim aevo Librorum calcibus ab Amanuensibus adliniebatur, quaeque ab Auctoribus ipsis etiam autographis appingi consueverat, ut opus ad finem perduxisse, innuerent. Consule Balutium *ad Salvian pag. 335.*, Du Fresneium in *Glossar.*, Schwartium *Differt.* II. *de Ornament. Libror. apud vet. usit.* §. 25., & Joh. Diecmannium in *Specimin. Glossar. Mss. Latin. Theotisc.*, *quod Rabano Mauro inscribitur*; Bremae 1721. *pag.* 168. Hujusmodi clausula usurpabatur etiam Divi Hieronymi temporibus, qui *Oper. To.* III. *Epist. 96.* testatur, se, ceterosque aetatis suae scriptores *solere, completis opusculis, ad distinctionem rei alterius sequentis interponere medium* Explicit. Rederius ad *Mart. pag. 786.*, an vox haec latini sit, vel sequioris aevi, parum constare, scribit. Vetus Interpres, quod Irenaeus *lib.* I. *cap.* 14. *num. 6.* Graece *ἀπετέλεσε* dixerat, Latine vertit *explicuit*. Ceterum LXX. Viri, quod Hebraice כלו *Challu* legitur ad calcem Libri II. Psalmorum (eos siquidem Rabbini in quatuor libros dispescunt) Graece expresserunt *ἐξέλιπον*, idest *expliciunt*. Tandem & nos absolvimus, explicimusque in Romanam hanc Legem adnotatiunculas nostras, sicque totum Opus nostrum jam ad umbilicum perduximus, quo quidem nunc Themidi veluti pie litantes id ipsum quin etiam aequissimo ejusdem Numini libenti animo sacrum volumus.

LEGIS ROMANAE, SEU RESPONSI PAPIANI

FINIS.





ΝΟΜΩ. ΓΑΡ. ΤΟΥΣ. ΘΕΟΥΣ. ΗΓΟΥΜΕΘΑ
ΚΑΙ. ΖΩΜΕΝ. ΑΔΙΚΑ. ΚΑΙ. ΔΙΚΑΙ'. ΩΡΙΣΜΕΝΟΙ
Eurip. in Hecuba.

INDEX

AUCTORUM, ET VIRORUM ILLUSTRIUM

QUI IN HOC VOLUMINE LAUDANTUR, ET NOTANTUR

Numerus Romanus indicat Praefationem, & Commentarium Ruggerianum; Arabicus Novellas, & cetera, quae sequuntur, Litterae a, & b *Columnam dexteram, & sinistram.*

A

ACcursius Franciscus notatus. 32. *b*
D'Acherius Lucas. LVII. 279. *a*
Acta Academiae Instituti Bononiensis. LXXVII. *in adnot.*
Acta S. Barbarae. LXXXV.
Acta Concilii Chalcedonensis. 4. *b* 11. *b* 61. *a*
Acta S. Mercurii Martyris. 255. *a*
Acta SS. Perpetuae, & Felicitatis. 255. *a*
Acta S. Philippi Episc. Heracleae. 12. *b*
Acta Sanctorum. LIV. *in adnot.*
Acta SS. Tarachi, & Probi &c. 255. *b*
Adamia Josephs M. Victoria laudata. XXIV.
Adamius Andreas laudatus. XXIV. & *seqq.*
Adamius Josephus M. *ibid.*
Adamius Leonardus. XXI., & *seqq.* XLIII. 92., notatus 93. *b* 94. *a b*
Agathias. LXI.
Agnellus, 48. *b* 117. *a* 291. *b*
Agrippinus S. Episc. Neap. LXXXIX.
Aguirreius Dominicus notatus. 139. *a*
Albanius Alexander Card. laudatus. XXIV. XLV. 289. *b*
Albanius Hannibal Card. LXXX.
Albergatius Nicolaus (Beatus) Card. LXXX. & LXXXI.
Albertius Leander. XVI.
Aleiatus Andreas. 18. *b.* 170. *a*
Aleander Hieronymus. 115. 149. *a* 181. *b*
Alethophilus Niceta. Vid. Ruggerius.
Alexander VIII. Pont. Max. XVIII. XXXVIII. LXXX.
Almeloveenius Theodorus Jansonius laudatus XXV. *in adnot.* 39. *b* 61. *b*, suppletus XLIII. 207. *b* 227. *a*
Altempsius Joh. Angelus Dux laudatus. LXXX.
Alterius Aemilius. XC.
Amadesius Josephus Aloysius laudatus. LIV. *in adnot.* & XCI.
Amatius Paschalis laudatus. 224. *b*
S. Ambrosius. 29. *a* 283. *b*
Ammianus. Vid. Marcellinus.
Anastasius Bibliothecarius. 139. *b*
De Angelis Ludovicus. XV.
Anianus. LI. 174. *b* 196. *a* 254. *b* 263. *a* 282. *a* 289. *a*
Anonymus Valesianus. 44. *b*
Anteplius Georgius laudatus. LXXXIII.
S. Athanasius. LXXXIII. LXXXIX.
Anthemius Imp. Vid. Novellae.
Antonellius Nicolaus Card. laudatus. LXXXII. LXXXIII. & XC.
Apollinaris Sidonius. XII. LXIII. LXIV. 19. *a b* 46. *b* 50. *a* 235. *b* 236. *a*
Apuleius Lucius. 170. *b*
Archintius Albericus Card. XC.
Arrianus Atheniensis. 189. *a*
Asconius. Vid. Pedianus.
Assemanius Josephus Simonius Praesul laudatus. XLV.
Atheneus. 278. *a*
Auctor Collationis Legum Mosaicarum, & Romanarum. 254. *a* 267. *a*
Auctor Editionis Lipsiensis Corporis Jur. Civ. XXIV.
Auctor Historiae Miscellae. Vid. Historia Miscella.
Auctor Libri ad Herennium. 146. *b*
Auctor de Limitibus. 266. *b*
Auctor Praedestinati. XIV.
Averanius Josephus laudatus. 155. *b*
Augustinus S. Aurelius. XIV. 148. *a* 182. *a* 289. *b*
Auseus laudatus. Vid. de Barcos.
Ab Auria Joh. Andreas. XC.
Ausonius Decius. 5. *b* 19. *b* 24. *a*
Authenticae Justiniani. 27. *a*

B

BAcchinius Benedictus. XLVII. 227. *a* 227. *a* 291. *b*
Bachius Joh. Augustus. XIII. LII. LIII. 205. *b* 262. *b*
Badettius Vincentius M. XCI.
Balduinus Franciscus. 150. *b*
Ballacbius Federicus. LXXVII.
Ballachius Lauteotius. *ibid.*
Ballachius Simon (Beatus). *ibid.*
Ballerinii Petrus, & Hieronymus laudati. XXXIX. XLI. XLII. *in adnot.* 236. *b* 245. *a*
Ballerinius Simo. XCI.
Balutius Stephanus. LI. *in adnot.* LX. LXI. LXII. 223. *a* 248. *b* 295. *a*
Bandurius Anselmus. 41. *a b* 50. *b*
Barbarus Hermolaus. 331. *b*

Barberinius Franciscus Jun. Card. LXXXV.
De Barcos Mertinus . XIV.
Baronius Caesar Cerd. notatus . LXII., *& seq.* 61. *b*, laudatus . 41. *a* 43. *b* 44. *a* 45. *a* 51. *b* 62. *b* 63. *b* 440. *b*
De Barosso Petrus Gomesii. LXXIX.
Barthius Caspar. 25. *a*
Basilici. 2. *a* 16. *b* 27. *b* 32. *a*
Battaglinius Andreas laudetus . LXXXVIII.
De la Beuneius Jacobus . XIII.
Bellorius Joh. Petrus . XXVII., & XCII.
Begerius Laurentius . 54. *b* 55. *a*
Benedictus XIV. P. M. laudatus . LXXIX. LXXX. LXXXI. LXXXII. LXXXVI. LXXXVIII.
Bergerius Nicolaus . 145. *a*
Beyerius Georgius . XI. *in adnot.*
Bignonius Hieronymus . LX. 219. *b*
Blanchinius Josephus laudatus . LXXXIV., & XCI.
Blanchius Isidorus laudatus . 26. *b*
Blancius Horatius notatus . LVII.
Blastares . 237. *b*
Bochartus Samuel . 264. *b*
Bonamicius Philippus laudatus . LXXXVII. LXXXIX., & XCI
Bondinius . 284. *b*
Bonefidius Enimundus . 283. *b*
Boniourius Guillelmus laudatus . LXXXIII.
Bonius Hyacinthus . LXXXV.
Borgia Stephanus Praesul laudatus . XVIII.
Borremansius Antonius . 19. *b*
Bortolettius Anselmus laudatus . XC., & XCIII.
Bortolettius Josephus M. laudatus . XCIII.
Bouchardius Almaricus . 213. *b*
Boschius Joh. Carolus Card. laudatus. XXVIII. *in adnot.*
Botterius Johannes Praesul laudatus . XC.
Bracciolinius Poggius Florentinus . XXII.
Brenchmannius Henricus laudatus . XXV. LI. *in adnot.*, 3. *a* 8. *b* 10. *b* 36. *b* 41. *b* 42. *a* 72. *a* 227. *b*, notatus . XVIII. XXVI. *in adnot.* XLIV. XLIX. LIII. 21. *a* 20. *b* 23. *a b* 38. *b*, *& seq.* 47. *a* 48. *b* 50. *a b* 57. *a* 60. *b* 69. 70. *b* 72. *b* 74. *a* 86. 91. *b* 96. *b* 100. *b* 102. *b* 105. *b* 107. *b* 108. *b*
Brissonius Barnabas laudatus . 14. *b* 29. *b* 33. *b* 43. *a* 63. *b* 73. *b* 147. *a* 182. *b* 183. *b* 184. *a b* 261. *a* 262. *b* 279. *a*
Brunetius Johannes laudatus . XIV.
Brunellius Bernardinus laudatus . 274. *b*
Brunerius Nicolaus . LXI.
Brunquellius Joh. Salom. laudatus . XXIII. 205. *b*
Brunus Matthaeus laudatus . 264. *b*
Budaeus Guillelmus . 47. *a* 143. *b* 231. *b*
Bulengerius Andreas . 19. *b* 44. *a*
Bulla Baschalis I. 48. *a*, altera ejusdem. 291. *a*
Burghesius Paullus . LXXXV., & XC.
Buschius Nicolaus laudatus . LXXV.
Bussius Felicianus . 261. *b*
Bynkershoekius Cornelius . 263. *b*

C

CAcciarius Petrus Thomas . XLII. *in adnot.*
Caelestinus Papa . 223. *b*
Cajus I. C. XXI. XLIV. LXXIV. 212. , *& seqq.* 149. *a* 152. *a* 156. *a b* 174. *b* 279. *b* 182. *a* 187. *a* 196. *b* 246. *a* 278. *a* 282. *a b*
Cagnaccius Guidus Pictor . LXXVII.
Callistratus . 287. *a*
Callistus . Vid. Nicephorus .
Calogerà Angelus laudatus. LXXVII. LXXX. XC. 207. *b*
Calvinius Johannes . 38. *a*
Campanus Thomas . LXXXIX.
Campellius Franciscus M. XXII.
Campianius M. Augustinus . 25. *b*
Centipratenus . 272. *b*
Capitolinus Julius , 26. *b* 35. *b*
Capitularia Caroli Magni , & aliorum Regum Francorum . 143. *a b* 144. *a* 148. *a b* 258. *b* 273. *a* 213. *b* 248. *b* 264. *a* 293. *a*
De Carboneano Philippus . XCI.
Carolus Crassus . Vid. Diploma .
Carolus M. Vid. Capitularia .
Carvaialis Johannes Card. LXXXIX.
Cassiodorus M. Aurelius . LIX LXV. 14. *a* 27. *b* 32. *a* 52. *a* 118. *b* 126. *a* 138. *a b* 141. *a* 243. *a* 293. *b*
Castellius Josephus M. Card. XC.
Catalanius Josephus . XCI.
Cedrenus Georgius . 43. *b*
Cellarius Christophorus notatus . 202. *a*
La Cerda Emmanuel . 24. *a* 129. *b*
Cervinius Marcellus . Vid. Marcellus II.
Charta agnationis . 293.
Charta Clotildis . 48. *a*
Charta Eudochiae Sanctimonialis . 135. *a*
Charta Monasterii Prumiensis . LI. alia ejusdem LI. LII, LXX. & 217. *a*
Charta oppignorationis . 192. *a b*
Charta precarii . 245. *a b*, *& seq.*
Charta sacramenti . 219. *a b*
Charta Sisiverae . 135. *a b* 210. *a b*
Charta venditionis 244. *a b*, & 246. *a*
Chartae Alamannicae . 283. *b*
Chartae libertatis . 274. *a b*, *& seq.* 276. *b*, *& seq.*
Chartae Manumissionis . 247. *b* 249. *a* 50. *b*
Chartae Monasterii S. Justinae Patavii . XIV.
Chartae permutationum . 247. *a*
Chifletius Joh. Jacobus . 279. *a*
Childebertus Vid. Decreta Childeberti .
Christina Svecorum Regina . XVIII. XXXVIII.
Christianopolus Hieronymus Dom. XCI.
Chronicon Alexandrinum . 51. *b*
Chronicon Marcellini . 44. *b* 51. *a b* 70. *b* 75. *b*
Chronicon Paschale . 44. *b* 75. *b*

Chrono-

Chronologia Cod. Theod. 44. b
Chrysostomus S. Johannes 13. b 64. a 183. b
Cicero M. Tullius. LXIII. XCV. 5. a 16. a 33. a 46. a 54. a b 55. a 107. b. 146. b 166. b 170. b. 212. a 219. a 271. a
Clappinius Alexander Josephus. LXXXVI. & XCI.
B. Clara Ariminensis. LXXXI. 259. b 272. b
Claudianus Cl. 27. a
Clemens XIII. Pont. Max. laudatus. LXXXIV.
Codex Gregorianus. X. XXXVIII. LXXIV. 151. b 196. a 220. b 262. b 293. a 277. b
Codex Hermogenianus. X. LII. LXXIV. 193. a b 194. a 196. a 220. b 237. a 263. a
Codex Justinianeus. XXX. 3. b 4. a b 5. a 6. a 8. a 11. b 16. a 18. b. 20. b 21. a 25. a 28. b 30. a 32. a b 33. b 35. b 36. b 43. a 46. b 61. a b 74. a 75. a b 76. a b. 77. a b 78. a b 80. a b 81. a b 83. a b 84. a b 85. a 93. a 136. a 147. b 154. b 167. b 168. b 196. b 205. a 210. b. 220. b 228. b 233. b 234. a 235. a 237. a 239. a 240. a b 242. b 249. b 252. a 253. b. 254. a b 255. b 258. b 259. a b. 263. a b. 268. b 269. a 270. b 272. b 273. a 274. a 276. b 277. b 280. a 281. a 283. a b 284. a 288. b 290. a 292. b 294. b
Codex Theodosianus. XI. XIII. LXXII. LXXIV. 2. a 3. b 13. b 14. a b 15. a 17. a b 18. a b 19. a b 20. a 22. a 24. a 26. a b 27. a b 28. a 29. b 33. b 34. b 37. b 38. a 39. a b 40. a 42. a 43. a 45. a b 46. b 47. a 49. a b 50. a 58. a 63. a b 83. a 120. a 122. a 126 a 129. a 130. a 135. a 136. b 137. a b 140. a b 142. b 143. a b 144. a 147. b 149. a 152. b 157. b 159. a 161. a 163. b 166. a b 167. a b 168. a 170. a 171. a 173. a b 176. a 182. b 183. a b 184. a b 185. b 187. b 191 b 196. a 201. a 205. a 210. b 212. a b 213. a 215. a b 216. a 217. b 218. a b 219. a 220. b 225. b 226. b 227. a b 228. a 230. a 233. a 234. a 235. a 236. b 237. a b 239. a b 241. a b 246. b 248. b 249. b 252. a 254. b 255. b 258. a 264. a b 268. b 269. a b 270. a b 272. b 273. a 276. a b 280. a 281. a 284. a b 287. b 288. a 289. b 290. a b 292. a b 293. b 294. b
Ejus Appendix spuria. XII., Ejus Chronologia, Glossarium Nomicum, Notitia Dignitatum, Prosopographia, Topographia. Vid. suis locis.
Cointeius Carolus. LXII.
Collatio Legum Mosaicarum, & Romanarum. Vid. Auctor Collationis.
Collectio Pisaurensis omnium Poematum. 124. b, & 142. b
Colomesius Paullus. 261. a
Columella Jun. Moderatus. 144. a
Columna Ascanius Card.. LXXX.
Commonitorium Valentiniani III. Imp. XLVI., & 117., & seqq.
Compagnonius Pompejus Praesul laudatus. LXXXV. LXXXVIII. in adnot. XC., & XCI.
Compendium Alaricianum. 251. b 288. a b 289. a 293. b 294. a b
Concelmanius Seraphinus. LXXXV.
Concina Daniel. XCI.
Conradius Erimannus. LII. 261. a
Conringius Hermannus notatus. LIII. LXII. 141. b, laudatus. LXI. 138. b
Constantius Joh. Baptista laudatus. XCI., & XCIII.
Contelmanoius Henricus. 149. a
Contelorius Felix suppletus. XLIII. 207. b laudatus. 39. b
Contius Antonius. 78. a 249. a
Contius Johannes laudatus. XVIII., & XCI.
Corasius Johannes. 263. b
Corippus Fl. Cresc. LXIII.
Corsinius Eduardus suppletus. XLIII. 107. b laudatus. 39. b 137. a 167. b 193. a notatus. 60. b.
A Costa Janus. XII. 236. b
Costius Joh. Baptista laudatus. LXXVII.
Costadonius Anselmus laudatus. LXXXV. LXXXVI. LXXXVIII. XC. XCI.
Cregelius Ernestus. 14. b.
Crescimbenius Joh. M. XXII. XXV. in adnot.
Cuiacius Jacobus vindicatus. XI., laudatus. XI. XXXI. XLIX. LIX. LXV. 7. b. 15. b 25. b 29. a 32. a b 33. b 36. b 57. b 124. b 147. a 180. b 191. a 206. b 207. a 209. b 259. b 262. a 266. a 274. a 276. a b 294., & passim in Indicibus Novellarum a pag. 66. ad pag. 211., notatus. LII. 8. b 22. a 24. b 58. b 141. b
Cuperus Gisbertus. 232. a
Cusanus Nicolaus Card. LXXXII.
Constantius Petrus. 48. a
Cyclus Paschalis marmoreus Ravennas. 48. a
S. Cyprianus Caec. 25. a 150. a
Cyrillus I. C. Graecus. 2. a

D

S. DAmasus I. Pont. LXXXVIII. 71. b
Damianus S. Petrus. LXXXVI.
Dandinius Hercules Franciscus laudatus. X. in adnot.
Danielius Gabriel. LVII.
Dausqueius Claudius. 231. b
Decreta Childeberti. 138. b. 236. b
Decretales, & earum Glossae. 44. a
De Deucio Bertrandus. LXXIX.
Deuteronomius. 145. a 265. b
Diarium Sacrum Dominicanum. LXXVII. in adnot.
Diecmannius Johannes. 23. b 201. b 295. a
Didymus Caecus. 164. b
Digesta. 2. a 5. b 6. a 13. b 25. a. b 27. a 32. a

32. *a* 36. *b* 37. *b* 38. *a* 43. *a* 46. *b* 63. *a* 135. *a* 136. *a* 146. *b* 147. *a* 154. *a b* 156. *a* 166. *b* 181. *a* 182. *a b* 183. *a* 187. *a* 188. *b* 194. *a* 195. *b* 202. *b* 207. *a* 209. *a* 213. *a* 220. *a* 230. *a* 231. *b* 237. *b* 252. *b* 253. *b* 263. *a b* 264. *b* 267. *a* 271. *a b* 277. *b* 280. *a* 282. *a b* 283. *b* 294. *a*
Dinellius Vincentiua M. XCI.
Dio Caffius. 27. *a* 31. *b* 32. *a* 55 *b*
Diodorus Sicnlus. 54. *b*
Dionyfius Halicarnafs. 265. *a* 267. *b*
Diploma Caroli Craffi Aug. 290. *b*
Diploma Theodofii pro Bononienfi Gymnafio apoceyphum. XV., & LXXXII.
Dominiciua M. Antonius notatua. LXII. laudatua. LXIV. 236. *a*
Donatiua Alexander. 231. *b*
Donatius Sebaftianus. 55. *b*
Donatus Aelius. 142. *a*
Donelliua Hugo. 7. *b* notatus. 8. *b*
Donius Joh. Baptifta. LXXXVII. 158. *a* 261. *a*
Doringius David. 170. *b*
Duaceniua Francifcua. 18. *b*
Duglaffiua Jacobus. LXXVII. *in adnot.*
Ducandiua Urfinua. LI. LXX. 217. *a*
Dukeriua Carolus Andreas. 170. *b* 231. *b*

E

ECcardina Chriftiaous Henricua. 34. *a*
Eccardius Joh. Georgius. LVII. LX. LXI. LXIV. 165. *a* 187. *b* 189. *b* 236. *b* 285. *b*
Edictum Glycerii. XXXIX.
Edictum Theoderici Regia Gotborum. 266. *a* 267. *b*
Edictum Theoderici Regia Italiae. 238 *a* 154. *a*
Elephantutiua Cajetanus Card. XC.
Ephemerides Gallicae. XXIII. XXVII. *in adnot.*
Geemanicae. XXIII.
Florentinae Ch. Joh. Lamii. 87. *a* 259. *b* 259. *a*
Romanae Paleacinioeum. LVII.
S. Epiphanius. 29. *a*
Epiphanius Metropolita. 44. *b*
Epiftola Glycerii. XXXIX., *& feq.*
Epiftola Marciani. 61. *b*
Epiftolae Valentioiani III. Imp. XLVI. 123. & 125.
Epithaphium Pantagathi Epifc. Viennn. 14. *a*
Erneftiua. 219. *a*
Eftoriua Joh. Georgius. 144. *a*
Eufebiua. 43. *b* 54. *b*
Evagrius Scholafticua. 11. *b* 44. *a* 52. *b*

F

FAbee Franeifcoa. XI.
Faber Petrua. 154. *b* 187. *a*
Fabrettina Raphael laudatua. 34. *a* 43. *a* 47. *b* 60. *a b* 158. *b* 201. *a* 229. *b* 259. *a* 266. *a b*, notatua. 60. *b*
Fabrius Caeolua laudatus. LXXVIII.
Fabriciua Georgius. 147. *a* 279. *b*
Fabricius Joh. Albertua. XI. *in adnot.*, & 12. *b*
Fabeottius Carolua Hannibal. 202. *a*
Faccinlatius Jacobus. XXVIII. *in adnot.*
Farnabiua Thomaa. 35. *a*
Farfettiua Philippua. XC.
Fafti Graeci. 44. *a*
De Faogeriia Arnaldus. LXXIX.
Fedeeicios Andreas notatus. 205. *a b*, *& feq.*
Fellenbergius Daniel. 285. *a*
Felliua Johannea. 25. *a*
Ferrius Hieronymua laudatua. XXVIII., & XCV. *in adnot.*
Ferroniua Jofephua M. Card. XC.
Feftus Pompejus. 47. *a* 267. *b*
Fiemicua. 17. *b*
Flacchiua Mariangelus. XC.
Flavius Jofephus. 35. *b*
Flodoardua Remenfis Preab. 119. *b*
Fogginina Peteus Feancifcus laudatua. XCI.
Footanininua Juftua Praeful laudatua. LXXVIII. LXXXIX., & XC.
Formaliacius Alexaoder notatua. XVII., & LXXXII.
Formulae Andegavenfes. 219. *b*
Franciariniua Mareellus. LXXXVII.
Du Frefneiua Andreaa. LVI.
Du Frefneius Carolus. LI. *in adnot.* 85. *a* 19. *a* 23. *b* 33. *b* 40. *a* 61. *a* 119. *b* 135. *b* 141. *a* 142. *a* 144. *b* 145. *b* 150. *b* 153. *b* 164. *b* 170. *a* 171. *b* 173. *a* 206. *b* 208. *a* 229. *b* 266. *b* 266. *b* 269. *b* 285. *b* 295. *a*, notatus. 57. *a* 291. *b*
Du Frefneius Raphael Teichetna. 55. *a*
Frigeridua. 63. *b*
Frontinua. 266. *a*
Fueiettiua Jofephua Alexandee Card.. XC.

G

GAlaniua Clemens. LXXXIV.
Gallettius Petrua Aloyfiua laudatua, LVII. LXXXIV. LXXXVIII. LXXXIX. 266. *b*
Galliua Stephanua laudatus. LXXXVII., & XCII.
Ganganelliua Laurentiua Cardinalis laudatus. LXXXVIII., & XC.
Garnerins Johannea. 148. *b*
Garampiua Jofephus Pracful laudatua. XVIII. LIV. *in adnot.* LV. LXXIII. LXXXI. LXXXVIII. 159. *b* 151. *a* 172. *b* 247. *b*
Gaeatoniua Joh. Felix landatus. LXXXVI.
Garatonius Jof. Aeneaa landatua. LXXVII.
Garuffiua Jofephus Malatefta. 159. *b*
Gaulminina. 274. *a*
Celliua Aulus. 127. *a* 182. *a* 223. *a b*
Le

Le Gendrcius Johannes. XIII.
Georgifchius Petrus. LX.
Georgius Auguftinus Ant. laudatus. LV. LXXXIII. LXXXVIII. XCI. XCII. XCIII. 149. b 245. a
Georgius Dominicus Praeful laudatus. XXII. XC.
Gerbertius Martinus. XLV. in adnot. & 229. a
Ginannius Francifcus laudatus. 262. a
GinanniusPetrusPaullus laudatus. LXXXVIII. 261. b
Giphanius Obertus 198. a
Gloffae Juris. 274. a
Gloffae Graecae. 164. a 248. b 258. b 291. b 294. a
Gloffae vetcres. 189. a
Gloffarium Nomicum Cod. Theod. 30. b 33. b 40. a 170. a 232. a
Gloffarium vetus. 130. b
Glyca Michael. 141. a
Glycerius Imp. Vid. Novellae, Edictum, Epiftola.
Goefius Wilelmus. 143. a 266. a
Goetzius Joh. Chriftoph. laudatus. XXVI. XLIII., notatus 69.
Goldaftius Melchior. LX. 149. a 150. b 283. b
Golzius Hubertus. 13. b. 55. b.
Gorius Antonius Francifcus. LXXXIX. 142. b 158. a 164. a 201. a 203. a 261. a
Gothofredius Dionyfius laudatus. 33. b 205. b 206. a
Gothofredius Jacobus laudatus. XII. XIII. LI. in adnot. 1. a 2. a 26. b 29. b 32. b 33. b 45. b 50. a 51. a 57. a 58. a 60. b 63. b 122. a 137. b 143. a 147. b 149. a 150. b 152. a 161. a b 167. b 173. b 176. a 183. a 187. b 191. b 212. b 218. b 222. b 227. a 239. a 256. b 264. b 269. b 280. a 284. b 289. b 290. a 292. b, & paffim in Indicibus Novellarum a pag. 66. ad 211., notatus. LIII. LXIV. 4. a 44. a b 141. b 225. b 264. a 285. a 288. b
Gouietius Abbas notatus. XXII. in adnot., laudatus XXIII., & feqq.
Graevius Joh. Georgius. 17. b. 145. a
Gravina J. Vincentius laudatus. 2. a. 25. b 152. a 198. b 223. b 230. b.
Gregorius, feu Gregorianus. X.
S. Gregorius Magnus. LXXXVI. 119. a b 148. a
Gregorius X. Pont. Max. LXXIX.
Gregorius Turonenfis. LVII. 63. b 280. b
Gronovius Jacobus. 143. a
Gruterius Janus. 38. b 39. a b 50. b 51. a 55. b 60. a 63. a 142. a 229. a 262. a 284. b 294. a
Guadagnius Leopoldus. 7. a
Gudius Marquardus. 201. a
Gundlingius Nicolaus Hieronymus. 15. a 28. a 165. b
Gutherius Jacobus. 3. b 5. b 7. b 15. b 19. a 20. a 28. a 29. a b 30. b 32. a b 33. b 36. b 63. a 93. a b 129. a 130. a 142. a, notatus 6. a b
Guyonius Crochanfius Jofephus Praeful laudatus. LXXX.

H

HAcchnbergius Paullus. 284. b
Harduinius Johannes. 4. b 13. b 54. a b 55. b 56. a
Heberius Ulricus notatus. 252. b
Heineccius Joh. Gottlieb. laudatus. XXIV. LI. in adnot. LXI. LXIII., & feq. LXIX. in adnot. 15. a 27. b 146. a 150. b 152. a 185. a b 187. b 195. a 196. b 198. b 205. b 247. b 250. b 256 a b 263. b 267. b 281. b 285. a, notatus XXIV. in adnot. LIII. LXII LXIV. 141. b
Hellfeldius Joh. Auguftus notatus. LIII., laudatus LXI.
Henninius Henricus Chriftianus. 145. a
Henriquezius Henricus Card. laud. LXXXVI.
Heraldus Defiderius. 25. a
Hermogenianus. X.
Heroldius Bafilius Joh. LX.
Hefychius. 15. a 227. a
Heumannius Johannes laudatus. LI. in adnot. LXI. LXII. LXXIV. 138. a 144. a 149. a 150. b 246 a
S. Hieronymus. 7. a 280. b.
Hieronymus Frater Romanus. XIV.
S. Hippolytus Epifc. Portuen. LXXX.
Hiftoria Bizantina. 12. b
Hiftoria Juris Chronologica auctoris anonymi. XXIV.
Hiftoria Mifcella. 51. b 52. a b
Hiftoria Tripartita, & ejus Interpres. 148. a
Hiftoria Univerfalis Anglici Scriptoris. 52. b
Hoffmannius Chrift. Godofr. laudatus. XXIII. XLIII. 92. 289. a, notatus LIII. 93. b 94. a b. 141. b
Hombergkius. Vid. Zu Vachius.
Homerus. 247. b 265. a b
Hommelius Carolus Ferd. laudatus. 271. b
Honorius I. Pontif. 236. b
Hoftius Matthaeus. 143. b

I

S. JAcobus Nifibenus. LXXXIII.
Jacutius Matthaeus. LXXXVI. 141. a
Ickftattius Joh. Adamus laudatus. XXXIX.
Idatius. 51. b
Imperialis Jof. Renatus Card. XXI. LXXXI.
IngoliusFrancifcusPraeful laudatus. LXXXIII.
Innocentius. I. Pont. LXXIX. 47. b
Inftitutiones Juftiniani. 151. b 156. a 179. b 181. b 188. b 195. b 215. a 229. a 230. a b 240. b 247. a 248. b 252. b 253. a 271. a b 280. a b 282. a b
Infcriptio antiqua anecdota. LXXXV.
Altera inventa Tibure. 30. Confiftam tamen nixiftimo ex altera perfimili, quae habe-

habetur apud Gruter. 692. 10., & apud Gutberlum de Jur. Manium. Lib. 11. Cap. 32.
Altera Hortorum Nigroniorum. 39. *b*
Altera apud Fr. Xaverium Zeladam Romanum Praesulem. 203.
Inscriptio infimi aevi sepulcralis Jacobi Rastellii Ariminen. LXXVIII. *in adnot.*
Inscriptio medii aevi Ariminensis. 160.
Altera Viterbiensis. 161.
Inscriptio recens metrica. XXII. *in adnot.*
Inscriptiones Christianae. 47. *b* 75.
veteres profanae. XXII. *in adnot.* LXXXVII. 12. *b* 17. *a* 19. *b* 38. *b* 39. *b* 42. *b* 43. *a b* 50. *b* 51. *a* 55. *b* 107. *a b* 142. *b* 145. *a* 151. *a* 164. *a* 201. *a* 229. *a b* 259. *a* 266. 273. *b* 284. *b* 289. *b* 290. 294. *a*
S. Johannis Ap., & Evang. Epistola. 7. *a*
Johannes I. Episc. Neapol. LXXXIX.
Jornandes. XXII. XXXIX. *in adnot. & seqq.* 51. *n.* 121. *a*
Josephus. Vide Flavius.
Josue. 145. *a*
Jovardiua Victorina Praesul laudatus. 155. *a*
S. Irenaeus. 295. *b*
S. Isidorus Hispalensis. 14. *a* 52. *a* 144. *b* 202. *a*
Isidorus Pacensis. 154. *b* 164. *b*
Isidorus Pelusiota. 4. *b*
Judicium Libertatis. 274. *a b & seq.* 276. *b & seq.*
Julius Aegidius. XCI.
Juretus Franciscus. 15. *a* 17. *b* 29. *a* 33. *b*
Justinianus Imp. Vid. Cod. Just., Novellae, Autenticae, & Institutiones.
Juvenalis D. Junius XCIV.
Juvenardius Joh. Paullus laudatus. LXXVII.
Juvenardius Matthias laudatus *ibid.*
Juvencius Presbyter. 142. *b*

K

Kockius Caspar. 32. *a*
Kollarius Adamus Franciscus laudat. XC. & 280. *b*
Koppius Joh. Adam. 144. *a*

L

Labbejus Philippus. XLI. *in adnot.*
Lactantius. 232. *a*
Lamius Johannes laudatus. 139. *b* 141. *a* 159. *b.* 259. *a*
Lampridius Aelius. 144. *b.*
De Lanceis Carolus Victorius Amadeus Card. XC.
Lancellottius. XV.
De la Landius Jacobus. 15. *a* 19. *b*
Leges XII. Tabularum. X. 146. *a b* 166. *b* 205. *b* 230. *b*
Leges Ottonis I. Imp. 183. *a* 184. *b*
S. Leo XXXIX. *in adnot.* XLII. *in adnot.* 55. *b* 236. *b*
Leo Imp. Vid. Novellae.
Lex Alamannorum. LXI. 196. *b* 213. *b* 219. *a*
Lex Bajuvariorum. LX. 138. *b* 145. *b* 194. *b* 222. *b* 248. *b* 266. *a* 267. *b*
Lex Burgionum. 213. *b*
Lex Burgundionum. LXV. *& seq.* LXVII. *& seqq.* 145. *b* 194. *b* 196. *b* 203. *b* 206. *b* 213. *a* 224. *b* 231. *a* 243. *b* 250. *a b* 256. *a*
Lex Carolina. Vid. Capitularia Caroli Magni.
Lex Gothorum. 266. *a*
Lex Langobardorum. 183. *a* 184. *b* 222. *b* 256. *a* 266. *a* 267. *b*
Lex Luitprandi Regis. 290. *b*
Lex Ostrogothorum. 213. *b*
Lex Ripuariorum. LXI. LXV., *& seq.*
Lex Rogerii Siciliae Regis. 222. *b*
Lex Romana. XX. XLIX. *& seqq.* 131. *& seqq.*
Lex Rotharis Langobardorum Regis. 222. *b*
Lex Salica. LX. LXV. LXVIII. 143. *a* 144. *a b* 145. *a* 165. *a* 187. *b* 196. *b* 198. *b* 219. *a* 256. *a*
Lex Saxonica. 256. *a*
Lex Visigothorum. LXIX. 139. *b* 183. *b* 194. *b* 213. *b* 222. *b* 248. *a* 250. *b* 256. *a* 266. *a* 267. *b* 293. *a*
Lex Zenonis Imp. 205. *a b*
Libanius Sophista. XXII. 12. *b*
Liber Diurnus Roman. Pontiff. 148. *b*
Liberatus. XV.
Liebeius Christianus Sigismundus. 54. *b*
Lindenbrogius Fridericus notatus. LIII. LX. LXIV. 141. *b*, laudatus 29. *b* 206. *b* 285. *b*
Lipenius M. Martinus. LXXVII. *in adnotat.*
Lipsius Justus. 35. *a* 254. *b* 262. *a*
Litterae Theodosii ad D. Augustinum Apocryphae. XIV.
Lirutius Joh. Josephus laudatus. 249. *a*
De Longuerveius Ludovicus. 48. *a*
Loonius Wilhelmus. 246. *a* 247. *b* 148. *a*
Lopezius Dominicus laudatus. LXXXIX., & XCI.
Lucilius Cajus. 153. *b* 212. *a*
Ludewigius Joh. Petrus. LXI.
Luitprandus. 33. *b*
Lupius Antonius M. 258. *a*
Lupius Christianus. 123. *b*

M

Mabillonius Johannes laudatus. XVI. XLVI. LIII. LVII. LXXIV. 48. *a* 107. *a* 118. *a* 243. *b* 219. *a* 229. *b* 251. *a* 261. *a* 293. *a*, notatus LV *in adnot.* 48. *a* 118. *b* 123. *a* 227. *a*
Macedius Franciscus notatus. XV.
A Macerata Cassianus. XCI.
Macchiavellius Alexander. XVI.
Macchiavellius Nicolaus. LXXXVI.

Macro-

Macrobius Aurelius Theodoſius. 182. *a*
Maffejus Scipio laudatus. XLVI. XLVIII. LXXIV. 30. *a* 39. *a* 47. *a* 48. *a* 55. *b* 117. *a b* 118. *a* 123. *b* 124. *b* 127. *a b* 129 *b* 135. *b* 150. *a* 229 *a* 244. *b* 246. *a* 251 *a*, notatus 48. *a* 203. *a* 262. *a*
Magninius Gilbertus. XIV.
Majorianus Imp. Vid. Novellae.
Mamachius Thomas M. laudatus. LXXIX. LXXXI. LXXXVIII. LXXXIX. & XCI.
Manfredii Euſtachius, & Gabriel. LXXVII.
Mangetius Ioh. Jacobus LXXVII. *in adnot.*
Manuel Comnenus Imp. Vid. Novellae.
Manuſc. Abbatiae S. Germani continet Artem Priſciani 28. *b*
Aliud continet Canones Concilii Antochani 47. *b*
Mſ. Ambroſianum continet Opera Caroli Sigonii XVI.
Mſ. Anatienſe continet Novellas AnteJuſtinianeas apocryphas. XII.
Mſ. Auctoris continet Monumenta ingenii aliquor Marii Mileſii Sarrazanii. LXXVIII. *in adnot.*
Mſ. Batavum continet Inſtitutiones Caii 113. *b*
Mſ. Bibliothecae Angelicae continet Elementa Linguae Copticae Guillelmi Boniourii. LXXXIII.
Aliud ejuſdem continet Necrologium Benefactorum Monaſterii Romaricenſis. LIV. LXXIV. 149. *b* 172. *a b* 245. *a*. Vid. Mſ. Biblioth. Paſſioneo-Angelicae.
Mſ. Bibliothecae Barberinae continet Formam dictaminis Thomae Campani. LXXXIX.
Mſ. Bibliothecae Capituli Veronenſis continet verſionem antiquam Concilii Epheſini. 123. *b*
Aliud continet Pſalmos, & Cantica gr., & lat. cum verſione adhuc ignota. 124. *b*
Mſ. Bibliothecae Caſanatenſis continet Acta S. Barbarae LXXXV.
Mſ. Bibliothecae Chiſianae continet Verſionem LXX. viralem Danielis. LXXXIV.
Aliud continet Formam dictaminis Thomae Campani. LXXXIX.
Mſ. Bibliothecae Colbertinae continet Concilium Epheſinum 123. *b*
Mſ. Bibliothecae Collegii Verdalenſis Toloſas continet Formam dictaminis Thomae Campani. LXXXIX.
Mſ. Bibliothecae Corſinianae continet Miracula S. Agrippini Epiſc. Neapolitani. LXXXIX.
Aliud ejuſdem continet Epiſtolam Uranii Presbyteri de obitu S. Paullini Nolani Epiſc. ad Pacatum. LXXXIX.
Mſ. Bibliothecae Imperialis Romae continet lucubrationes criticas Philippi Turrii, & Juſti Fontaninii de anno mortis Athanaſii. LXXXIX.
Mſ. Bibliothecae Gambaloogae Arimioenſis continet Adverſaria Jacobi Antonii, & Johannis Pedroniorum. LXXVII *in adnot.*
Mſ. Bibliothecae Regiae Pariſienſis continet Papiani Excepta, ſeu Reſponſa. LII.
Aliud ſimile. LXXI.
Aliud continet Cod. Theod., & Leges Novellas. 3. *b* 68. 172. *a*
Aliud continet Inſtitutiones Rhetoricas. 5. *b*
Mſ. Bibliothecae Paſſioneio-Angelicae continet Libros tres graec. de Trinitate. 164. *a b*
Mſ. Bibliothecae Vallicellanae continet Acta S. Barbarae. LXXXV.
Mſ. Opus Alexandri Formaliarii continet Hiſtoriam Gymnaſii Bononienſis. XVII., & LXXXII.
Mſ. Gothanum continet Cod. Theodoſ. 5. *a* 63. *a*, *& paſſim in Indicibus Novellarum a pag. 66. ad pag. 111.*
Mſ. Opus Henrici Henriquezii S. R. E. Card. continet Monumenta Monaſterii S. Mariae Bantii in Apulia. LXXXVI.
Mſ. Opus Matthaei Jacutii continet Monumenta, quibus Diaconiam S. Agathae in Suburra, seu Benedictinorum Montis Virginis Eccleſiam a Gregorio M. conſecratam fuiſſe, & ad haec uſque tempora ſua a vetere conſecratione minime excidiſſe, ſuadetur. LXXXVI.
Mſ. Lugdunenſe continet Inſtitutiones Caii. 113. *b*
Aliud continet Novellas AnteJuſtinianeas apocryphas. XII.
Mſ. Moguntinum continet Cod. Theod. XI. *in adnot.* LVIII.
Mſ. Morpacenſe continet Cod. Theod. XI. *in adnot.* LVIII.
Mſ. Niſpenienſe continet Inſtitutiones Caii. 113. *b*
Mſ. olim Ottobonianum, nunc Garampianum continet Legem Romanam, & Novellas Leges, tum & V. anecdotas. XVIII., *& alibi paſſim.*
Aliud Ottobon. continet Conſtitutiones Synodicas Eccleſiae Sabinenſis. LXXIX., *& ſeq.*
Aliud continet Formam dictaminis Thomae Campani. LXXXIX.
Aliud continet Inventarium Theſauri Romanae Eccleſiae. *ibid.*
Mſ. Opus Conſtantini Ruggerii continet cenſuram in Hiſtoriam Gymnaſii Bononienſis Alexandri Formaliarii, XVII., & LXXXII. Cetera Mſs. vide in ejus Vitae Commentario *pag.* LXXVII., *& ſeqq.*, quae recenſere longum foret.
Mſ. Monaſterii SS. Andreae, & Gregorii in Clivo Scauri continet Regeſtum Inſtrumentorum ejuſdem Monaſterii. LXXXV.
Mſ. Joh. Seldenii continet Cod. Theod. XIII. XXXVIII. *in adnot.*, & 211. *b*

Mſ.

Mſ. Joh. Sichardii contiutt Cod. Theod. XI. *in adnot.* LVIII.

Mſ. Jacobi Sirmondii continet Papiani Excerpta, ſeu Reſponſa. LII.

Mſ. Sveco-Vaticanum continet Cod. Theod., & Leges Novellas. XXXVIII. XLIV. 81. 112. 113. *a* 130. *b*

Aliud ſimile, quod etiam continet Reſponſum Papiani. XLIV. LII. LVIII. LXXI. LXXIII. 81., *& paſſim in Lege Romana a pag.* 134. *ad pag.* 295.

Duo alia ſimilia continent Cod. Theod. XLV. *in adnot.*, & 134. *b*.

Aliud continet Leges Salicas, & Alemannorum, Cod. Theod., Gaii Inſtitutiones, & alia. *ibid.*

Aliud continet Collectionem Canonum. XXXIX.

Aliud continet Opuſculum de Eccleſia Lateranenſe, & praeter alia Catalogum Regum Francorum. LVII.

Mſ. Tabularii Eccleſiae Mutinenſis continet veteres Canones forte collectos a Regemberto Epiſc. Vercellenſe. 291. *a*

Mſ. Tabularii Vaticani continet Formam dictaminis Thomae Campani. LXXXIX.

Mſ. Vaticanum continet Novellam Valentiniani *de Epiſcoporum ordinatione* XLII. *in adnot.*

Aliud continet Formam dictaminis Thomae Campani. LXXXIX.

Aliud continet Vitam B. Nicolai Albergatii, auctore Jacobo Zeno Epiſc. Feltrenſe. LXXX.

Aliud continet Epheſinum Concilium. 183. *b*

Mſ. Wurceburgenſe continet Cod. Theod., Leges Novellas, & Papiani Reſponſum. LXX. 63. *a*, *& paſſim in Indicibus Novellarum a pag.* 66. *ad pag.* 111.

Manutius Aldus. XXXIV. *in adnot.*

Manutius Paullus. 198. *b*

Marcellinus Ammianus. 15. *a* 19. *a* 29. *b* 123. *b* 184. *b* 193. *a*

Marcellius Michael Angelus laudatus. XCI.

Marcellus II. Pont. Max. LXXX.

Marcellus Nonius 153. *b*

Marcandius Proſper XXII. *in adnot.*

Marcianus Imp. Vid. Novellae, & Epiſtola.

Marcilius Theodorus. 149. *a*

Marculfus. 135. *b* 148. *b* 204. *b* 219. *b* 293. *b*

Marefuſchius Marius Praeſul laudatus. XC.

Marinius Calliſtus laudatus. XXXII.

Marlianius Bartholomaeus. 147. *a*

Maronius Fauſtus laudatus. LXXX. & LXXXVIII.

Marteoius Edmundus. LI. LXX. LXXIV. 124. *b* 217. *a*

Martialis M. Valerius. 35. 276. *b*

Martinius Carolus Antonius notatus. XXXIX. LIII., laudatus 205. *b*

Martinius Joh. Chriſtophorus. 14. *b*

Marvillius Antonius laudatus. XII. XXVII. 1. *a* 21. *a* 228. *b* 259. *b*

Maurius Dominicus. 170. *a*

Maurus Rabanus. 24. *a*

S. Maximus. 184. *b*

Maximus Imp. Vid. Novellae.

Mazochius Alexius Symmachus laudatus. LXXXIV. LXXXIX. XCI. 217. *a* 265. *a* 291. *b*

Mazzuechellius Joh. M. laudatus. XXIII.

Mediobarbius Franciſcus. 50. *b*

Meermanius Gerardus vir conſultiſſimus laudatus. XIII. 2. *a* 15. *a* 20. *a* 113. *b*

Meiſtius Juſtus. 25. *a*

Mela Pomponius. 54. *a*

Menagius Aegidius. 149. *a* 208. *a*.

Menckenius Joh. Burchard. laudatus. XXIII.

Meniconius Franciſcus laudatus. XCIII.

Metaphraſtes. 87. *a*

Meſerſius Franciſcus. LVI.

Michinius Franciſcus. LXXVII.

Migatius Chriſtophorus Card. XC.

Mingarellius Ferdinandus laudatus. 107. *b*, & 164. *b*

Mingarellius Joh. Aloyſius laudatus. 164. *b*

Mittarellius Joh. Benedictus laudatus. LXXXV. LXXXVIII., & XC.

Modeſtinus Herennius I. C. 43. *a* 252. *b*

Moretius Aloyſius. XXII. *in adnot.*

Morgagnius Joh. Baptiſta laudatus. XXVIII. *in adnot.*

Monachi Camaldulenſes laudati. 142. *b*

Montfauconius Bernardus laudatus. XXXVIII. XLIV. 202. *a* 280. *b*, notatus 84. *a*

Munticulus Ludovicus. LXXVIII. *in adnot.*

Montius Camillus. XC.

Morganius Johannes. LXXXIII.

Moſcardius Franciſcus. XLVI. 117. *b*

Mullerius Petrus. 38. *a*

Munckerius Thomas. 44. *a*

Muratorius Ludovicus Antonius laudatus. XVI. XXXII. XL. *in adnot.* LXXIV. LXXXII. LXXXVII. XC. XCI. 39. *b* 47. *b* 48. *b* 51. *b* 52. *b* 55. *b* 119. *b* 135. *b* 143. *a b* 147. *b* 149. *a* 164. *a* 171. *b* 173. *a* 192. *a* 203. *a* 229. *a* 244. *b* 246. *a* 266. *a* 290. *a b* 291. *a*

N

NAudatus Gabriel notatus. 261. *a*

Necrologium Mſ. Benefactorum Monaſterii S. Romarici. LIV. LXXIV. 149. *b*, *& ſeq.* 178. *a b* 245. *a*

Nerinius Felix M. XC.

Nicephorus Calliſtus. 12. *a* 148. *a* 184. *a*

Nicolaus IV. Pontif. LXXXV.

Nonius Marcellus. Vid. Marcellus.

Noriſius Henricus Card. laudatus. XIV. XV. 41. *a* 43. *b* 44. *a b* 48. *a*

Notitia Dignitatum Cod. Theod. 3. *b* 15. *b* 27. *b* 29. *b* 46. *a*

Notitia utriuſque Imperii. 45. *b* 143. *b* 145. *a* 233. *a*

Novella Juſtini. 259. *b*

Novel-

Novellae Anthemii. XI.
Novellae Glycerii. XXXIX., XL. Vid. Edictum, & Epiſtola.
Novellae Juſtiniani. 14. *a* 15. *b* 17. *b* 30. *a b* 32. *a* 34. *a* 45. *a* 129. *b* 179. *b* 205. *b*, *& ſeq.* 233. *b* 242. *a* 250. *b* 259. *b* 264. *b* 294. *a b*
Novellae Leonis. XI. LXXIV. 284. 285. *b*
Novellae Maioriani. XI. XXI. LXXIV. 37. *b* 282. *a b* 286. *b*, *& paſſim in Indicibus Novellarum a pag.* 105. *ad* 111.
Novellae Manuelis Comneni. 183. *b* 184. *a b*
Novellae Marciani. XI. 37. *b* 57. *b* 60. *b* 62. *b* 63. *b.* 86. 87. 172. *a* 240 *a* 241. *a*
Novellae Maximi. XXXVIII. XXXIX. 51. *a*
Novellae Severi. XI. LXXIV. 42. *a* 259. *b* 284. *b* 285. *b* 286. *b*
Novellae Theodoſii. XI. XXI. XXVI. XXIX. XL. LXXIII. LXXIV. 4. *a b* 8. *b* 25. *b* 21. 29. *b* 30. *a* 32. *b* 33. *a* 40. *b* 41. *a* 47. *b* 50. *a b* 59. *a b* 62. *a* 122. *b* 213. *b* 251. *b* 252. *a* 281. *a*, *& paſſim in Indicibus Novellarum a pag.* 66. *ad pag.* 111.
Novellae Valentiniani. XI. XXI. XXIII., *& ſeq.*, XXIX. XXXI. XXXV. XXXVI. XXXVII. XXXVIII. XLI. XLII. XLIII. XLIX. LVIII. LIX. LXXIX. 2. *a* 3. *a* 8. *b* 27. *a* 37. *a* 38. *a* 40. *a b* 41. *a* 46. *b* 47. *a* 50. *b* 52. *b* 53. *a b* 57. *a b* 58. *b* 59. *b* 60. *b* 61. *a* 62. *a b* 63. *a b* 122. *b* 138. *a* 213. *a* 225. *a b* 226. *a* 236. *b* 237. *a* 252. *b* 259. *b* 268. *b* 273. *a* 279. *b* 284. *b* 289. *a* 290. *a* 293. *b* 294. *b*, *& paſſim in Indicibus Novellarum a pag.* 66. *ad* 111.
Novus Tractatus Rei Diplomaticae Monachorum S. Mauri. XLV. LXXI. LXXIV. 3. *a* 5. *b* 28. *b* 47. *b* 48. *a* 61. *b* 68. 135. *b* 140. *b*, *& ſeq.* 147. *a* 149. *a* 172. *a* 279. *a* 280. *b*
Numantius. 14. *a*
Nummi Aetnenſium. 55. *a*
Nummi Catanenſium. 54. *b*, *& ſeq.*
Nummi duo Emiſenorum. 13. *b*
Nummi Galbae. 38. *a*
Nummi Lilybaetanorum. 55. *b*
Nummi Maximi. 50. *b*
Nummi Soletinorum. 56. *a*
Nummi Syracuſanorum. 54. *a b*
Nummi Tremithnpolitarum. 55. *b*, *& ſeq.*
Nummi Valentiniani III. 41. *a b*
Nummus Auguſti. 203. *b*
Nummus Caii Aug. 38. *a*
Nummus Caracallae Emiſenorum. 13. *b*
Nummus Hadriani. 38. *b*
Nummus Theoderici II. Francorum Regis. LVII., & LVIII.
Theoderici III. Francorum Regis. LVIII.

O

ODericius Caſpar Aloyſius laudatus. 16. *b*
Odeſcalchius Balthaſar. XC.
Oiſelius Jacobus. 113. 282. *a*
Oliva Johannes. XXII.
Oliverius Hannibal laudatus. LXXXVII. 47. *b*
Oliverius P. Horatius laudatus. LXXXIII.
Oricotius Eliberitanus. 124. *b*
Origanius David. 44. *a*
Orlandius Caeleſtinus. LXXX., & XC.
Otto Archiepiſc. Trevirenſis. LXXXII.
Otto I. Imp. Vide Leges Ottonis, & Privilegium.
Otto Everardus LII. 135. *a*
Ottobonius Petrus Senior. Vid. Alexander VIII.
Junior. LXXIX. LXXXVIII., & XC.
Ovidius P. Naſo. 263. *b* 266. *b*

P

PAciaudius Paullus M. laudatus. LXXXV., & XCI.
Pacius Julius. 113.
Pagius Antonius laudatus. XXXII. 4. *a* 39. *b* 41. *a* 42. *b* 44. *a b* 45. *a* 48. *b* 51. *a b* 61. *b* 63. *b* 127. *a*
Palladius Antiſſiodorenſis. 64. *a*
Palladius Andreas. 204. *a*
Palaemon. 46. *b*
Pamelius Jacobus. 25. *a*
Pancirolius Guidus. 3. *b* 16. *a* 18. *b* 27. *a b* 28. *a b* 29. *a b* 32. *b* 45. *b* 145. *a* 231. *b* 233. *a*
Panvinius Honuphrius. 39. *b* 43. *b* 44. *a* 284. *b*
Papebrochius Daniel notatus. LXXXVI.
Papias. 14. *a*
Papianus. LI. LXXII., *& paſſim in Lege Romana a pag.* 131. *ad pag.* 295.
Papinianus Aemilius. LII. LXXII. 134. *a b*, *& ſeq.*
Papyrus Bibliothecae Pariſienſis. 261. *a b & ſeq.*
Papyrus Ravennatenſis, ſive Veronenſis. 48. *a* 117., *& ſeqq.*
Papyrus Reatina. 48. *a*, & 252. *a*
Paralipomenon. 145. *a*
Paruta Philippus. 54. *a* 55. *a b* 56. *a*
Paſchalis I. Pont. 48. *a* 291. *a*
Paſinius Franciſcus M. Praeſul laudatus. XCII.
Paſolinius Laelius laudatus. LXXV.
Paſſioneius Dominicus Card. laud. LXXXIV., & XC.
Patinius Carolus. 13. *b*
S. Paullinus. LXXXIX. 63. *a*
Paullus Julius I. C. LXVIII. LXXIV. 24. *a* 46. *b* 134. *b* 135. *a* 153. *b* 154. *a b* 157. *a* 169. *a* 179. *b* 182. *a* 187. *a* 188. *b* 191. *a b* 196. *a* 199. *b* 203. *a* 204. *a* 207. *a b* 208. *a b* 209. *a b* 210.

210. a 215. b 213. a 223. a 230. b 238. b 239. a 241. b 246. a b 254. b 259. a 263. a 267. a 276. a 281. a 282. b
Pedianus Asconius. 5. b
Pedronius Jacobus Antonius. LXXVII.
Pedronius Johannes. *ibid.*
Pellerius Christophorus. 32. a
Pellius Josephus. LVII.
Perellius Nicolaus Card. XC.
Peretius Antonius. 283, b
Pergenius Joh. Baptista Praeful laudatus. XXXII.
Perizonius Jacobus. 3. b
Pesnotius Ludovicus. 213. b
Petracchius Caelestinus laudatus. XVI., & LXXXII.
Petronius Arbiter. 189. a
Pflugradtius Daniel Christianus. 292. a
Phaedrus. 189. b
Philelphus Francifcus. LXXXIX.
Pighius Stephanus Vin. 45. b
Pignorius Laurentius. LIX. 47. a 141. a 144. a 145. b 157. a 158. a 292. a
Pincius Josephus Ant. notatus. 261 b, & *seq.*
Pindarus. 54. b
Pithoeus Francifcus. LX.
Pithoeus Petrus. XI., notatus LIII., 141. b
Polidorius Francifcus M. XCI.
Pomponius I. C. 146. b
Plancus Janus laud. LXXVII. LXXXVIII. XCI. 159. b 160. a 274. b
Plautus M. Accius. 16. a 184. b 212. a
Plinius C. Caecilius Secundus. 35. a 36. a
Plinius C. Secundus. 54. a b 56. a 127. a 156. b 182. a 231. b 232, b
Plutarchus. 189. a 271. b
Poggius Florentinus. Vid. Bracciolinius.
Praedestinati Auctor. Vid. Auctor Praedestinati.
Priscianus Caefarienfis. 28. b
Privilegium Ottonis Imp. 245. a
Profopographia Cod. Theod. 3. b 23. a 51. a 63. b 73. b 136. b 137. a b 140. a 150. b 153. a 161. b 264. b 273. b 276. a 296. a 201. a
S. Prosper. 51. b 52. a 65. b
Pfalmi. 295. b
Ptolemaeus Claudius. 23. b 55. a 56. a
Pyrrus Rocchus. 119. b

Q

QUerculus Nicolaus. 279. a
Quintilianus M. Fabius. LXXIII. 5. a 181. a 276. b
Quirinius Angelus M. Card. laud. LXXXVII.

R

RAstellia Anna Maria Therefia. LXXVIII.
Rastellius Jacobus. *ibid. in adnot.*
Ratherius Episc. Veronensis. 233. a 236. b 245. a
Readingius Gulielmus. 21. b
Recchius Lucas Nicolaus Praeful laudatus. LXXXI., & XCI.
Rederius. 295. b
Regembertus Episc. Vercellen. 291. a
Reinefius Thomas laudatus. 19. b 29. a 47. b 145. a 229. b, notatus 60. a
Relandius Hadrianus. 4. a 5. a 39. b 61. b 227. a
Refcifwindus Rex Viso-Ghotorum. Vid. Leges Viso-Gothorum.
Rhetius Fridericus. 38. a
Rhodius Emmanuel laudatus. XCI.
Ricchinius Thomas Augustinus. XCI.
Riccius Hannibal laudatus. XV. Vid. Norisius.
Ridolfinius Petrus. LXXVIII.
Rinkius Eucharius Gottliebius. 230. a
Ritterius Joh. Daniel laudatus. XII. XIII. XXV. XXVII. XLIII. LXX. 1. b 4. a 5. a 7. b 10. a 11. a 21. a 27. b 40. a 47. b 50. b 51. a 57. b 59. b 60. b 61. a 62. a b 63. a b 112. b 137. b 138. b 139. a 222. b 251. b 259. b 295. a, & *passim in Indicibus Novellarum a pag 66. ad pag.* 111., notatus XXVI. *in adnotat.* XLIII. XLIX. LIII. LVIII. 2. b 4. b 40. b 52. a 59. a b 60. a b 62. a b 64. b 69. a b 70. b 72. b 93. b 105. a b 106. a b 108. a 127. a 141. b 170. a 172. a 222. a b 232. a 252. a 254. b
Rittershusius Conradus. XI. 5. a 60. b 63. b 207. a 209. b 222. a, & *passim in Indicibus Novellarum a pag. 66. ad pag.* 111.
Rogerius Siciliae Rex. Vid. Lex Rogerii.
Rotharis Langobardorum Rex. Vid. Lex Rotharis.
Robbius Carlius Joh. Rinaldus laudatus. 143. b
Rubeus Hieronymus. 48. b
Ruggerius Constantinus laudatus. XVII. XVIII. XXVI. LXXIII., & *passim in ipsius Vitae Comment. a pag.* LXXVII. *ad* XCV.
Ruggerius Francifcus. LXXVIII.
Ruhnkenius David. 2. a
Ruinartius Theodericus. 12. b 52. b 155. a 280. b
Rutgersius Janus 262. a

S

De SAinctes Fr. Claudius. 25. a
Salinas Joh. XLII. *in adnot.*
Salmafius Claudius. 17. a 144. b 196. a 262. a
Sartius Maurus laudatus. XVII. LXXXVI. & LXXXVIII.
Saxius Josephus Antonius laudatus. XVI.

Sbara-

Sbaralea Joh. Hyacinthus. XCI.
Scaliger Josephus. 43. b 262. a
Scaramuccia Abbas. LXXXVII.
Schiara Pius Thomas. XCI.
Schilterius Johannes. 250. a
Schmidtius Benedictus laudatus. LXIX. in adnot., 144. a 195. a 196. b 247. a b 250. a 256. a b 281. b
Schultingius Antonius laudatus. XXXVIII. L. LIX. LXXII. 212. 213. b, & passim in Lege Romana a pag. 234. ad pagin. 295., notatus XXXVIII. in adnotat. LIII. LXIV. LXV. LXVIII. LXIX. LXXII. 141. b 187. a 195. a 218. b 259. b 276. a 288. b
Schultzius Beniaminus. LXXXIV.
Schultzius Johannes. 201. b
Schwartius Christianus Gottlieb. 295. a
Scotillius Dominicus Josephus. 289. b
Seguinius Petrus. 55. a
De Selchow Joh. Henricus Christianus. 205. b 247. b
Seldenius Johannes. XII. XXXVIII. in adnotat. XLII. in adnotat. 213. b 222. a b
Senckenbergius Henricus Christianus laudatus. 144. a
Serarius Nicolaus. 24. a
Serra Joh. Angelus notatus. X. in adnot.
Servius. 47. a
Severus Imp. Vid. Novellae.
Severus Sulpicius. 150. b
Sibiliatius Clemens. XXVIII. in adnot.
Sichardius Johannes. XI. LVIII. LXV. 63. b 78. a 81. 95. b 98. a 99. b 100. b 101. b 103. a 109. 113. a b 134. b 138. a b 141. a 230. b 289. a
Sichtermanius. 187. b
Sigonius Carolus. XVI. LXXXI. 45. b
Simiolius Josephus laudatus. XCI.
Siricius Pontif. 171. b
Sirletius Guillelmus Card. laud. LXXX.
Sirmondius Jacobus notatus. XII., & seqq., laudatus LII. LXIII.
Sozomenus. 148. a
Spanhemius Ezechiel laudatus. 17. b, notatus 149. a
Spartianus Aelius. 17. a 41. b
Spelmannius Henricus. 44. a b
Sponius Jacobus. 12. b 42. b
Spinellius Ferdinandus Praesul. XC.
Spinellius Josephus Card. laudatus. LXXXII. XC., & XCI.
Spizelius Teophilus. XCIV.
Stampius Aloysius. XC.
Statius P. Papinius. 182. b
Stegerius Hadrianus. 14. b
Stephanus Bizantinus. 13. b 56. a
Stephanus I. C. Graecus. 2. a
Steweehius Godeschalcus. 231. b
Strabo. 17. a 54. a b
Strotius Petrus Philippus. LXXXV.
Struvius Bucardus Gotthelfius. LIV.
Struvius Georgius Adamus. 38. a 149. a
Stuppanius Joh. Franciscus Card. XC.
Suidas. 15. a 269. b
Svetonius C. Tranquillus. 35. a b 36. a 142. a
Symmachus Ponticus. Vid. Compagnonius.
Symmachus Q. Aurelius. 15. a 17. b 27. b 28. a 29. a 164. b 181. a 284. a
Synesius Episc. Cyrenes. 31. a

T

TAbulae Heracleenses. 291. b, & seq.
Tacitus Cornelius. 25. b 30. b 36. a 38. a 138. b 248. a 255. b 258. b 285. a
Tamburinius Fortunatus Card. XC.
Tassinius. Vid. Novus Tract. Rei Diplom., & Tunstsinius.
Terentius Pub. 124. b 142. a 170. b 278. b
Terrassonius Antonius notatus. XLVI. 118. a b, laudatus LXXIV. 135. b 251. a 261. a 262. a 279. b 280. b
Terribilinius Gregorius Jacobus. XCI.
Tertullianus Q. Sept. Fl. 25. a
Testamentum Aredii Presb., & Pelagiae. 280. b 293. a
Testamentum Aureliani Episcop. Ravennae. 147. a
Testamentum L. Cuspidii. 279. b
Testamentum Galli Jucundi Favonii. 147. a
Testamentum Georgii Holosiricopratae Ravennatis. 147. b
Testamentum M. Grunnii Corocottae Porcelli. 280. a
Testamentum Perpetui Episc. Turonensis. 279. a 283. b
Testamentum Ratherii Episc. Veronensis. 236. b
Testamentum S. Remigii Episcop. Remorum. 147. a 279. a 280. a 283. b
Thalelaeus I. C. Graecus. 2. a
Theodericus Rex Gothorum. Vid. Edictum.
Theodericus Rex Italiae. Vid. Edictum.
Theodoretus. 4. a 61. b 62. a
Theodorus Diaconus. 64. a
Theodorus I. C. Graecus. 2. a
Theodorus Prodromus. 274. a
Theodosius Jun. Vid. Cod. Theod., Novellae, Litterae, Diploma.
Theolius Dominicus laudatus. XCI.
Theophanes. 12. b
Theophilus I. C. 278. b 282. b
Thucydides. 56. a
Tilius Johannes. LX.
Tillemontius Sebastianus le Nain de laudatus. XVI. 42. a 48. b 50. b 51. b 55. b 85. a
Titius Robertus. 289. b
Tollius Cornelius. XCIV.
Topographia Cod. Theod. 46. a
Torellius Aloysius. XV.

Tribo-

Tractatus novus Rei Diplomat. Vid. Novus Tractatus &c.
Tribonianus notatus. 74. a 283. a laudatus. 154. a 168. b
Trichetus. Vid. Du Fresneius.
Tristanius Johannes. 13. b
Trombellius Joh. Chrysostomus. XC., & XCI.
Tukius Raphael Praeful. LXXXIII.
Tunstainius. Vid. Novus Tract. Rei Diplomat., & Tassinius.
A Turre Philippus Praeful. LXXXIX.

V

VAlentinianus III. Vid. Novellae, Commonitorium, & Epistolae.
Valentius Aloysius Praeful. XC.
Valerianus Pierius. XCIV.
Valla Laurentius. 15. b 127. a 170. a
Valesius Henricus. 11. b 15. a 19. a 44. b
Varro M. 144. a 153. b 189. b 212. a 258. b
Van de-Waterrius Johannes. 149. a
Vasquezius Franc. Xaverius. XCI.
Vegetius Flavius. 144. b 231. b
Velserius Marcus. 229. b
Vernatius Raphael laudatus. XCI.
Ughellius Ferdinandus. XV. LI. LXXVII. in adnot.
Ugutio. 289. b
Victor Tununensis. 51. a
Victor Vitens. 52. a
Victorius Franciscus laudatus. XCI.
Virgilius P. Maro. 47. a 53, b 265. a
Vitruvius M. Pollio. 204. a 231. b 232. b
Ulpianus Domitius I. C. LXXIV. 2. a 25. b 107. b 146. a 154. b 170. b 182. b 183. a 202. b 213. a 217. b 250. b 252. b 280. a 281. a b
Volaterranus Raphael. 28. a
Vopiscus Fl. 35. b 212. a
Vossius Gerardus Joh. 231. b 285. b
Uranius Presbyter. LXXXIX.
Urbinius Silverius laudatus. XCI.
Ursatius Sertorius. 17. b
Ursius Josephus Augustin. Card. XC.

W

WAlterus Monachus. LXXXVI.
De Wassenaerius Joh. Lud. Hag. Baro. 284. b
Wendelinius Gottefredus. LX. LXII. 144. b
Wesselingius Hermannus. 205. b 206. b
Wesembecius Mattharus. 5. b 43. a
Widmerius Joh. Wilibaldus. XXXIX.
Winckelmannius Johannes laudatus. XCI.
Wolfius Joh. Christophorus. 12. b
Wunderlichius Johannes. 248. b
Wyboius Johannes. 219. a

X

XEnophon Jun. 189. a
Xiphilinus. 35. a

Z

ZAccherius Joh. Franciscus notatus. XIV., laudatus. 291. a
Zanottius Franciscus M. laudatus. LXXVII. in adnot.
Zarillius Matthias laudatus. 30. b
Zeidlerius. 24. a
Zelada Franc. Xaverius Praeful laudatus. 202. b
Zeltnerius Gustav. Georgius. 13. b
Zeudrinius Bernardinus. LXXVII. in adnotat.
Zenius Jacobus. LXXX.
Zeno Imp. Vid. Lex Zenonis.
Zirardinius Antonius laudatus. XXVIII. LXXXIX. XC. XCI. 48. b 121. a b 122. b
Zosimus. 27. b 122. a
Zu Vachius Joh. Fridericus Hombergkius. 206. a b
Aemilius Ludovicus Filius. ibid.

INDEX

INDEX ALTER
RERUM MEMORABILIUM
Quae in hoc Volumine continentur.

A

ABactores qua poena plecterentur. 254. a b, & seq.
Abdicare dicitur de tutela suscepta. 252. b Vid. Excusari.
Aberrationes oculorum Amanuensium. XXXV., & seqq. 7. a 70. 74. 89. b 104. a 113. b 254. a
Abigeatus, quid. 154. a, qua ratione puniretur. ibid.
Abjudicare idem, ac declinare. 241. a b
Actio personalis, & realis quid requirant. 240. b
Actio quod metus caussa quantum duret. 263. a
Actio repetundarum. 94. b
Actio tutelae non tollitur longo tempore. 252. a
Actor sequi debet forum rei. 241. a
Actores qui. 120. b 142. a b 158. b, quotuplicis generis. ibid., pretium pro eorum occisione. LXVII., & 142.
Actores Ecclesiae Ravennat. in Agro Siculo. 123.
Actus qui, & unde dictus. 202. a
Aculei legum. 17. b
Adelaidia Deo sacrata. 178. b
Adila Comes. 118. b
Admissionales qui. 29. a
Admissor idem, ac deliquens. 170. b
Adnotatio quoddam Rescripti genus. 32. b, quia eam dictaret. ibid.
Adulterium quam vindictam alteri conjugi permittit. 222., & seqq., an, & quando in eo deprehensam uxorem necare marito liceat. 223. a b
Advocati post XX. annum a postulando se abstinebant. 2. b, dein in munere perpetuati. ibid. 160. a, non autem Advocati Praefectorum Pr. 2. b, eorum certus numerus. ibid., eorum privilegia. ibid. 7. b, & seq., caussas defendebant. 5. a, eorum propria eloquentia. ibid., iisdem privilegiis, ac Milites fruebantur. 6. a, non iisdem tamen tenebantur legibus. 6. b, hinc militare dicuntur. 6. a, quaesita ex advocationis munere, veluti peculium castrense sibi vindicabant. 6. b 8. a
Advocationis munus olim XX. annorum cursu circumscriptum. 2. b, dein perpetuatum. XXIX. 1. 2. b 59. a b, rursus ad viceonale spatium redactum. XXXI. 3. a, & 60. a, ab ipsis Antonini temporibus perpetuitate privatum. 6. a
Advocatus diversus olim ab Oratore. 5. a, dein eorum nomina, & munera confusa sunt. 5. b, suggerebat olim jus in judicio Oratori. ibid.
Aedes Alberoniae. LXXXIX.
Aedes, & Horti Caelimontani Matthaejorum. XXVII. Vid. Horti.
Aedificia privata, & publica. 205. a b, inter ea quot pedes relinquerentur. ibid.
Aedificia antiqua profana Ravennae. LXXXIX.
Aegathes Insulae Siciliae. 53. b
Aemilianus Praef. Urb. ignotus. XLIII. 107. a b, & seq.
Aerarium diversum a Fisco. 31. a b, erat Senatus, & Populi Romani. ibid., aliquando pro Fisco acceptum. ib. Vid. Fiscus.
Aetius Flavius, qui & Actius Praef. Praet. Italiae. 62. a 95. b 103. b, Consul Occident. 63. b 97. b 98. b
Aetius Praef. Praet. Orient. 62. a
Aetna Mons, & Urbs Siciliae. 55. a, a quo condita. ibid., ejus nummi. ibid.
Africa erat sub dispositione Praef. Praet. Italiae. 39. a, eidem a Valentiniano tribuuntur Indulgentiae Reliquorum. 45. a, quo anno eidem indicta tributorum collatio. ibid.
Afris indultum, ne pulsarentur a creditoribus, nisi bonis recuperatis. ibid., eisdem advocationis munus apud omnes Judices conceditur. ibid., tributa fiscalia relaxantur. ibid., praedia pistoria deputantur. 53. b
Agnati ad tutelam legitimam vocantur. 249.
Agnatio, & cognatio eadem. 286. b 294. a, dicitur & agnitio. 293. a, sumitur utraque pro sobole. ibid. a b, agnationis, & cognationis discrimina sublata. 129. b, agnatio nulla inter matrem, & liberos. 230. b
Agri emi non poterant, nisi censu, & reliquia persolutis. 269., & seq.
Alaricus Rex Viso-Gothorum male habitus auctor Legis Romanae. XLIX. 141. b, & 252. a, Romanis indulsit, ut propriis legibus apud ipsum viverent. L., condidit Corpus Legum Romanorum. ibid. LXXII. 251. b 289. a
Albanum Patris Innocentii I. Pont. Max. LXXIX.
Albinus Caccina Decius Consul Occident. 10. a

20. *a* 36. *b* 85. *b*, Praefectus Praetorio. 42. *a* 50. *b* 63. *b* 85. *a* 92. *a b* 93. *a* 95. *a* 96. *a* 97. *a* 101. *b* 116. *b* 118. *b* 279. *b*
Alpulus Presbyter raptor Sanctimonialis. 273. *a b*
Ammortizationis leges. LXXXVI.
Anatolius Consul Orient. 91. *b*
Ancillae Dei quae. 171. *b* 273. *a*
Anconae Monumenta. LXXXV.
Andagavum Urbs in Gallia. LXX., Villa Ordana in ejus Pago. *ibid.*, & 227. *a*, ejusdem Formulae. 219. *b*
Arrianus Conditor Codicis Alariciani, LI., 274. *b* 254. *b* 263. *a* 289. *a*
Animalis quomodo inquirerentur. 186., *& seq.*, eorum damna reficienda. 188., *& seqq.*, eadem antiquitus loco pretii cedebantur. 247. *b*, apud Germanos rusticos pro sponsalitiis largirate adducebantur. 256. *b*
Annona Cellariensis. 225. *a*
Annua pro *annuatim*. 127. *a*
Anthemius Imp. an Novellas condiderit. XXXIX.
Antiochia Sedes Praefectorum Praet. Orient. 18. *b*, hinc dicta Caput Orientis. 12. *a*
Antiochiae Praesides Zoilus, Memnonius, & Callistus. 11. *b*
Antiochus Praef. Praet. Orientis. 240. *a*
Apocha Callisti. 261. *b*, *& seq.*
Apparitor, qui militabat in aliquo officio. 35. *b* 40. *a* 233. *a*, dictus Bacularis. *ibid.* Vid. Officium, Officialis, & Obsequium.
Appellationes quo tempore instituendae, 142., *& seq.*
Ἀπαιτηταὶ qui. 11. *a*
Apronianus Turcius Praef. Urbi. 63. *a*
Aquae cursus idem, ac aquae ductus. 204. *a*
Arator LXVII., & 143., pretium pro ipsius occisione. *ibid.*, gubernabat stabula bubilis. 144. *a*
Arbitrium Boni viri quid. 248. *b*
Arbores loco termioorum. 266. *a*
Arca Praefecturae Praetorianae. 31. *a*, quid in ea inferretur. *ibid.*
Arca Sacrarum Largionum. *ibid.*, quid in ea inferretur. *ibid.*
Arcani Disciplina. LXXXII.
Archimedis Sepulcrum. XCV. *in adnot.*
Archivis. Vid. Tabularia.
Aredius Presbyter. 280. *b*
Arelatum sedes Praeff. Praet. Galliarum LXIV., & 225. *b*
Arimini Civitas servos ad eam confugientes a servitutis jugo absolvebat. 259. *a b*, *& seqq.*, quid ad hoc requireret *ibid.*, ejus Decretum 160., ejus Judex fert judicium Libertatis. 274. *a b*, *& seq.*,
Armorum gestatio restituta. 53. *a*
Arrhae pignus sponsionis de futuris Nuptiis. 226. *b* 256. *b*, earum etymon Hebraicum. 226. *a*, earum restitutio in quadruplum, si quis ex desponsatis conjugium detrectaret. *ibid.*, dein commutata in duplum. *ibid.*, earumdem amissio quando fiat. 228., eaedem etiam argumentum emptionis & venditionis contractae. 248. *b*
Ἀρξονες forte Praefecti Praet. Orient. 11. *b*
Asclepiodotus Comes Sacrarum Largitionum, Consul, & Praef. Pr. Orient. 3. *b*
Aspar Magister militum. 75. *b*
Asporatius, Asperatius, sive Sporacius diversus a Storacio. 58. *b* 60. *b*, *& seqq.*, interfuit Concilio Chalcedonensi. 61. *a*, Comes domesticorum. 61. *b*, Consul Orient. *ibid.*
Assertor, sive defensor Ingenuitatis consistebat in judicio pro servo in caussa liberali. 276. *b*, diversus a Procuratore. *ibid.*, *& seq.*
Assipondium as librae pondo. 129. *b*
Asturius Consul Occident. 100. *b*
Asylum Ecclesiasticum vindicatur. 139. *a b*, eo gaudebant homicidae in legibus barbarorum. *ibid.*
Auditorium. Vid. Secretarium.
Augustorum decreta. X.
Augustulus. Vide Momillus.
Aurelianus Comes rerum privatarum. 73. *a b*
Aurelianus Episc. Ravennae. 147. *a*
Auritex. LXVII. & 144. *b*, pretium pro ejus occisione. *ibid.*, qui diceretur 144. *b*
Avienus Consul ordinarius, aut suffectus. 19. *a*
Avus non excludit matrem a successione bonorum filii. 230. *a*
Azo VI. Marchio Estensis, LIV. *in adnot.*

B

BAcolares cur dicerentur Apparitores. 233. *a*
Basiliani Monachi. LXXXVII.
Basilica S. Laurentii in *Damaso*. LXXXVIII.
Basilius Consul honorarius. 19. *a b*
Basilius Praefect. Praet. Italiae. XLIII. 48. *a* 105. *a b* 106. *a b* 209. 286 *b*
Bassus Praefectus Urbi. 167. *a b* 177. *b*
Beguinae quae. 171 *a* 172. *b*, *& seq.*
Benedictae quae. 171. *b*
Benedictus Diaconus Rector Patrimonii Siculi Ecclesiae Raveonat. 118. *b*
Bertchramnus Episc. Cenomanen. 283. *b*
Bibliotheca Academiae Instituti Bononiensis. LXXXI.
Josephi M. Adamii. XXIV.
Alexandri Card. Albanii. *ibid.*
Ambrosiana Mediolanensis. XVI.
Angelica Eremitarum Augustinensium. LIV. LXXXIII. 149. *b* 245. *a*. Vid. Passiooeo-Angelica.
Barberina. LXXXIX.
Andreae Battaglinii Ariminensis, nunc V. Cl. Jani Planci. LXXXVIII.
Capituli Veronensis. 123. *b*

Casa-

Casanatensis Praedicatorum. LXXXV.
Chisiana. LXXXIX.
Christinae Svecorum Reginae. XVIII.
Colbertina. 123. *b*
Collegii Verdalensis Tolosae. LXXXIX.
Gambalonga Ariminansis. LXXIV. LXXVII. *in adnot.* 274. *b*
Josephi Garampii Cl. Praesulis. LX. *in adnot.* LXXIII.
Renati Card. Imperialis. XXVI. LXXXI. LXXXII. LXXXIX., & XCII.
Ottoboniana, nunc Vaticana, olim Marcelli Cervinii, dein Card. Sirletii, tum Ascanii Card. Columnae, ac Altempsii Ducis. XVIII. XXVI. LXXIX. LXXX.
Regia Parisiensis. LII. 262. *a*
Passioneo-Angelica. XXXIX. *in adnot.*, & 264. *a* Vid. Angelica.
Vallicellana Oratorii Romani. LXXXV.
Vaticana. XVIII. LXXX LXXXI. LXXXIX.
Franc. Xaverii Zeladae Amplissimi Praesulis. 202. *b*
Bona caduca quae. 25. *a b*
Bona in caussam caduci, quae eccidisse dicarentur. 25. *b*
Boni viri arbitratu quid significet. 248. *b*
Bononiae Historia Ecclesiastica. LXXXI. Historia profana. LXXXII. Gymnasium. XV., *& seqq.*, & LXXXII., ejusdem Historia. *ibid.*
Bononiensea Archidiaconi. LXXXII.
Bonorum cessiones quomodo fierent. 263., *& seq.*
Bonorum maternorum portiones filiis debitas. LXVI. LXXI. 224., *& seqq.*, eorum proprietas, & usus fructus olim in potestate patria. 225. *b*, dein superfuit solus usufructus. *ibid.*, *& seq.*
Bonorum paternorum portiones filiis debitas. LXVI. *&* 224. *b*
Bonus Zeno Judex Ariminensis. 274. *a*, *& seq.*
Boves quot requirantur, ut quis abigeatum committat. 154. *a*
Burgundionum Regnum quando extinctum. LXX., eorum Leges. Vid. Lex Burgundionum in Indice Auctorum.

C

Caballus dictus olim equus vilior, dain quilibet equus. 153. *b*, poena in alligantes Caballo ad caudam os, aut scindulam. 211., *& seq.*
Caelibi relictum, nisi intra C. dies uxorem duxisset, caducum fiebat. 25. *b*
Calculatores qui. 43. *a*
Calculus idem, ac ratio, vel computatio. 41. *a*, ejus partes quae. *ibid.*
Calepius, sive Calypius Conf. Occident. 89. *b* 99. *a b*
Callistus Praeses Antiochiae. 21. *b*, Religionis Christianae studiosissimus. 12. *a*
Calpurnius Miles. 151. *b*.
Campaniae praebito. 104. *a*
Cania noxius solutus teneri non poterat. 188. *b*, *& seq.*, Canis Segusius qui. 189. *a b*
Carolus Crassus Aug. 290. *b*
Carolus Magnus Vid. Capitularia in Indice Auctorum.
Carpentarius. LXVII., & 144., pretium pro ejus occisione. *ibid.*, diversus ab Aurifice. 144. *b*, quinam diceretur. *ibid.*, *& seq.*
Cassiodorus Senator honorarius. 19. *b*
Catana Urbs Siciliae. 54. *b*, a quibus condita *ibid.*, ejus nummi, & templa. *ibid.*
Cautionis beneficium. 246. *b*
Celsitudinis nomine insigniti Praefecti Praet. 82 *b*
Celsus Domitius Vicarius Africae. 152., & 151. *a*
Census persolvendus ante agrorum emptionem. 269., *& seq.*
Cessio bonorum quando subtineatur. 263., *& seq.*, scripturam non postulat. 264. *a b*
Charonitas liberti qui dicarentur. 146. *b* Vid. Orcini.
Childebertus Rex Francorum. 138. *b* 236. *b*
Christiania vetitum conjungi cum Judaea. 210.
Chronologia Regum Francorum implexa. LIII., *& seqq.*
Cingulum insigna Magistratuum. 15. *b*, & Judicum. 14. *a*, fine eo non patebat accessus ad Principem. 13. *b*, *in cingula esse* qui dicerentur, *ibid.*, vacantes cingulo gaudebant, 19. *a*, Cingulum sumitur pro quolibet honore. 13. *b* Vid. Infulae.
Civiles res quae. 32. *a*, quibus adsignatae. *ibid.*
Clarissimatus dignitas quae. 17. *b*
Clarissimi qui dicti. 15. *b* 17. *b* 18. *a b* 73. *b*. 75. *b*
Clearchus Vicarius Asiae. 196. *a*
Clodovaeus Francorum Rex vicit Alaricum. 289. *a*
Codex Alaricianus a quo conditus. L. 289. *a*, quot nominibus appellatus. LI.
Codex Gregorianus a quo conditus. X.
Codex Hermogenianus a quo conditus. *ibid.*
Codex Theodosianus cujus jussu, & a quibus conditus. X., & XI., quando, & a quo primum editus. *ibid.*, & LVIII., quoties. X., & XI.
Cognati repelluntur a tutela legitima, & a successionis. 250.
Cognatio, & agnatio eadem. 286. *b* 294. *a*, sumitur utraque pro sobole. 293. *a b*, cognationis, & agnationis discrimina sublata. 179. *b*
Cohortalis. 16. *a*, Vid. Officialis.
Collaria indicantia fugam Servorum. 158. *a*
Collectum quid. 262. *b*
Collegiati au differant a Corporatis. 284. *b* 285. *a* 286. *a*

Colle-

Collegia, & Corpora an differant inter se. 284. *b* 285. *a*, Collegia de Sacerdotibus, & de honestioribus artificibus dicta videntur. 285. *a*. Vid. Corpora.

Collictus an Miles veteranus. 262. *a*, an nomen proprium. *ibid.*

Collictum forte Collectum. 262. *b*

Coloni migrantes, vel in fugitiva lapsi. LXXII. 159. *a* 288., *& seqq.*, coloni non unius generis. 289. *b*, *& seqq.*, an fuerint conditionis liberae, vel servilis. *ibid.*, fuerunt servi terrae. *ibid.*, qua ratione coloni, & domini opponerentur. *ibid.*, ab uno ad alium fundum ejusdem domini transferrebantur. 290. *a*, at non auferri, nec, vendito fundo, retineri poterant. 290. *b*, triplicis generis fuisse videntur, sc. Liberi, Servi, & Aldii, qui & Partiarii. *ibid.*, *& seq.*, non erant mediae conditionis inter servos, & liberos. 291. *b*, dicebantur alieni juris. 292. *a*, qua praescriptione gauderent. *ibid.*, habebant peculium. *ibid.* *b*, illud alienare non poterant, inscio domino. *ibid.*, eorum filii, mortuo patre, revocabantur a domino. *ibid.*, quando eorum sobolis divisio facienda. *ibid.*, [illegible] compensatio vicariae sobolis permissa. *ibid.*, tum & vicariae mulieris. *ibid.*

Comazo Consul, & Praefectus Urbi. 42. *a*

Comes rerum privatarum qui. 16. *b* 27. *b*, ejus munia. *ibid.*, vocatus Frater ab Impp. 73. *b* 99. *b*

Comes Sacrarum Largitionum, a quo institutus. 31. *a*, ejus munia. *ibid.*

Commonitoria sententia quae. 240. *b*

Commonitorium Valentiniani. III. Imp. XLVI., 117., *& seqq.*, Commonitorium idem, ac Documentum, seu Instructio. 123. *a b*

Commotiones litium a quibus fieri possent. 180. *& seqq.*

Commutationes cum Ecclesiis sublatae. 245. *a*, egent scriptura. 247. *a*, an sint venditiones. *ibid.*, *& seq.*

Commutationes variae litterarum. XXXIV., *& passim in Indicibus Novellarum.*

Competitiones. XXX. 21., nihil aliud sunt, quam petiones bonorum, quas obibat Fiscus, vel etiam privati. 22. *a*, eaedem maxime damnosae. *ibid.*, sublatae. *ibid.*, *& pagg. seqq.*

Compulsores. Vid. Exactores.

Conciliatrix eadem, ac lena. 212. *a*

Concilium Antiochenum. 47. *b*

Burdigalense. 219. *a*

Calchedonense. XLI. 4. *b* 11. *b* 61. *a b*

CPolitanum. 4. *b*

Ephesinum. XIV. XLI. 123. *a*

Lateranense. 160. *b*

Nicaenum. 150. *b*

Romanum. 173. *a*, alterum. 291. *a*

Tytium. 44. *b*

Valentinum. 171. *b*

Conductores Eccles. Ravennat. in Agro Siculo. 118. *b*, & 143. *a*

Congregatio de Propaganda Fide. LXXXII., ejus Typographia. *ibid.*, *& seq.*, & XCII.

Conjuges dictae contubernales Servorum. 259. *a*

Consensus parentum, & propinquorum ad integrandas filiorum nuptias requirebatur. 255. *a b*, non autem consensus honestarum personarum. 256. *b*, *& seq.*

Consistorium Justini Minoris. LXIII.

Consortes litis an omnes, vel unus conveniri debeat. 234. *a b* 287. *a*, quid statuendum de consortibus agrorum divisorum. 234. *b*

Constantinus, sive Constantianus Praef. Praet. Galliarum. 176. *a* 218. *b*

Constitutiones Sydonicae Ecclesiae Sabinensis. LXXIX., *& seq.*, ejus Episcopi. *ibid.*

Consulares qui. 19. *b*

Consules dicti Clarissimi. 72. *b* 75. *b*

Contrarius, qui contra, & alterius vice praestabatur. 294. *a*

Contractus tres cum Ecclesiis sublati. 245. *a*

Contractus Libellarii. Vid. Libellarii.

Contubernia dicuntur conjunctiones servorum. 173. *b*, & 258. *b*

Convictus dicitur qui caussa cecidit. 276. *a*

Corpora, & Collegia an differant inter se. 284. *b* 285. *a*, corpora de vilioribus artificibus dicta videntur. 285. *a*. Vid. Collegia.

Corporati qui. 84. *a*, inter eos qui numerarentur. 284. *a b*, *& seq.*, an differant a Collegiatis. 284. *b* 285. *a* 286. *a*

Corpus D. Moniçae ubi consistat. LXXXVI.

Corruptores mulierum qua poena afficerentur. 209., *& seq.*

Corsica Insula Italiae. 46. *a*

Creditor optionem habet aut fidejussorem, aut debitorem principalem pulsandi, LXVIII., & 196. *b*, juxta Legem Burgundionum pulsari non poterat fidejussor, nisi principalis debitor excussus fuisset. *ibid.*, creditor pignora sibi vindicat, si debitor sit in mora ad solvendum. 292. *a*

Crimen latronum non implicat filios, & uxorem. 321.

Crimina Majestatis quae. 166. *a b*

Culminis nomine insigniti Praefecti Praetor. 82. *b*

Cupra Montana. LXXXVI.

Cura de minoribus dicitur. 249. *a*

Curator petitur a pupillis, expletis pubertatis annis, si lubet. 250. *b*, peti debet a matre. 251.

Curator Reipublicae qui. 16. *b*

Curiae per substitutum inservientes a curiali nexu, & cohortali erant immunes. 7. *b*, eidem per substitutum inserviebant honorarii. 11. *a*

Curia-

Curiales nec ad Senatoriam dignitatem, nec ad alium honorem adspirare poterant. XXIV. 10. 11. *a*, iidem cingulo, & infulis spoliati. 18.
Κυρ@ idem, ac Domnus. 141. *a*
Cyrus Praef. Praet. Orientis. 72. *b* 79. *a* 83. *a*, Consul. XLVIII., & 127. *b*

D

DAgobertus Rex Francorum. LIV.
Darius Praef. Praet. Orient. 4. *a*
Debitor principalis. Vid. Creditor.
Decuria quid. 166. *a b*
Decurionales qui. 19. *b*
Dedititii testari vetabantur. 152. *a*
Delatores. XXX. 22. *a*, iidem maxime damnosi. *ibid.*, eorum supplicia quae. 34. *b*, & 35. *a*, eorum munia, & praemia. 35. *b*, quadruplatorea dicti. *ibid.*
Delegatio quid. 169. *b*
Delimitare quid. 166. *a*
Depalare palos pro terminis ponere. *ibid.*
Depectio, sen depactio non semper pro turpi pacto adhibetur. 120. *a*
Depectus non semper pro turpi pacto adhibetur. 170. *a*
Deputare idem, ac deportare. 183. *a* 207. *b*
Devota Deo Puella quae. 171. *a b*, *& seqq.*, poenae in eos, qui ipsam in matrimonium ducerent, aut raperent. 172. & 173. *a b*
Devotae quae dicerentur. 171. *b*, *& seq.*
Devotio est tributorum illatio. 40. *a* 53. *b*
Diaco pro Diacona. 150. *a b*
Diaconi subscribebant chartas manumissionum in Ecclesia. 150. *b*
Diaconia S. Agathae in Suburra. LXXXVI.
Dignitas duplex uno tempore obtenta. 41. *a b*
Dignitas honoraria eadem, ac imaginaria. 19. *b*
Dignitas vacans eadem, ac supranumeraria. 19. *a*
Diomedae Insulae Siciliae. 53. *b*
Diploma Theodosii Jun. pro Bononiensibus apocryphum. XV., *& seqq.*, & LXXXII.
Dirae, & imprecationes in Diplomatibus, & Inscriptionibus. 34. *a*
Discussor qui. 16. *b*
Divi dicebantur Principes defuncti. 29. *b*, quin etiam vivi. 30. *a*, & 33. *a*, an privati Divi vocarentur. 30. *a*
Divortia quando fieri licita. 212., *& seqq.*
Dolus malus, & Jus Civile simul juncta. 203.
Domicilium sequendum in actione personali. 240. *b*, secus in reali. *ibid.*
Dominici dies. 183. *b*, *& seq.*
Domini servos fugitivos persequebantur. 158. *a b*, & 160. *a*
Dominus litis evadit Procurator, lite contestata. 247. *a*
Domni, & Domnae titulus quo tempore obtinuerit. 141. *b*, *& seq.*, quibus largiebatur. *ibid.*, eo decoratus Theodericus Rex Francorum. *ibid.*, & 233. *b*
Donatio nuptialis in Jure Rom. non necessaria pro nuptiarum legitimitate. 256. *a b*, secus apud Germanos. *ibid.*
Donatio patris, vel matris. LXV. 233., *& seqq.*
Donationes gestis allegandae. 135. *a*, & 215. *a b*, quae requirantur ad hoc. *ibid.*, donationes variae, aviaticae, nuptiales, a 14., *& seqq.*, ut validae sint, indigent traditione. 216. *a b*, *& seq.*
Donationes servorum factae Ecclesiae. 149. *b*, *& seq.*
Dos a sponso sponsae constituebatur apud Germanos. 256. *b*
Δουλοτάροιν@ qui. 291. *b*
Dupli fructus a quo essent persolvendi. 168. *a b*
Dupli satisfactio in negantes debitum. LXVIII., & 198. *a b*
Dupondium duo asses. 129. *b*

E

ECclesiae noxii contractus sublati. 145. *a*, eidem factae donationes servorum. 149., *& seq.*
Ecclesiae insigniores patrimonia procul obtinebant. 118. *b*
Effractores qua poena plecterentur. 106., *& seqq.*
Eloquentiae laus. 1., praecipue conveniebat Advocatis. 5. *a b*
Emancipationis celebratio indulta die Dominico. 184. *a*
Emisa, vel Emesa, aut Emessa Urbs Phaenices in Syria. 23. *b*, ejus nummi. *ibid.*
Ἐντολικὰ quae. 33. *b*
Epiphaniae Festum. 184. *b*
Eudochia Sanctimonialis. 135. *b*
Eudoxius Praef Praet. Orientis. 80. *b*, Consul. 82. *b*
Eunomiania invicem donandi facultas erepta. 24. *b*
Eutyches unam in Christo agnoscebat naturam. 4. *b*
Exactores pecuniarum fiscalium. 17. *b*, dicti Compulsores. *ibid.*
Exsequatio idem, ac divisio. 204. *b*
Exarare viam. LXVIII., & 203. *a b* Vid. Via.
Excusari dicitur de tutela delata. 252. *b* Vid. Abdicare.
Explicuit solemnis clausula ad calcem Librorum. 295. *a b*

F

F, sive Φ in fronte servorum quid. 257. *a b*
Faber argentarius. LXVII., pretium pro ejus occisione. *ibid.*

Faber ferrarius. LXVII., & 144., pretium pro ejus occisione. *ibid.*
Falcidiae defectus non rumpit testamentum. 282. *b*, nec querelam inofficiosi concedit. *ibid.*, jus vero praebet ad petendum supplementum. *ibid.*, competit Matri ex bonis filiorum. 283. *b*
Falsarii quomodo puniretur. 238., & *seq.* *a b*
Familiae nomine veniunt servi. 146. *b*
Faustus Anicius Acilius Glabrio Praef. Praet. Ital. XXX. 37. 38. *a*, & *seq.*, fuit etiam Praef. Urb. 39. *b*, & Consul. *ibid.*, 48. *b* 72. *a b*
Faventinae Civ. Ordo. 244. *a*
Felix Diaconus. 75.
Feriae cessare faciebant opera, & judicia. 182. *a*, messivae, & vindemiales. *ibid.* & *seq.*, Paschales. 183. *a b*, Natalitiae. *ibid.*, Dominicae. *ibid.*, & *seq.*
Festus Fl. Consul Occident. 9. *a* 41. *b* 72. *a b*
Festum Peloriorum apud Thessalos. 278. *a*
Fidejussor. Vid. Creditor.
Filii naturales in quam partem hereditatis succedant. 257., & 258. *a*
Filii sequebantur conditionem parentis deterioris, 259. *a b* 286. *a* 294. *a b*, qui non sequerentur. *ibid.*, portiones bonorum maternorum ipsis debitae. Vid. Bonorum &c.
Filii praeteriti rumpunt testamentum paternum. 281., & *seq.*, petunt supplementum quartae partis bonorum, Falcidia non relicta. 282. *b*
Filius familias an obligari possit. 194. *a* 260. *b*, in contractibus non eget consensu matris. 194. *a*, non est sub ejus potestate ex Jure Roman., verum ex Germanico. *ibid.*
Firminus Praef. Praet. Italiae. 101. *b* 103. *a b*
Fisci vires, an jura. 30. *a b*
Fiscus ad bona caduca vocatus. 25. *b* diversus ab Aerario. 31. *a b*, erat privata ratio Principis. *ibid.*, aliquando cum Aerario confusus. *ibid.* Vid. Aerarium.
Flagella. Vid. Lora.
Flegetius Magister Officiorum. 80. *b*
Florentius Comes Sacr. Largitionum. 161. *a b*
Florentius Praef. Praet. Orientis. XXIX. 1. 3. *b* 20. *b* 38. *b* 76. *a* 77. *b* 78. *b* 161. *a b* 281. *a*, fuit etiam Praef. Urbi. 3. *b*, Consul. *ibid.*, interfuit Concilio CPno, & Chalcedonensi. 4. *b*
Florianus Comes Sacrarum Largitionum. 99. *a b*
Focus pro igne. 208. *a*
Forojuliensis Ecclesiae privilegium. 149. *b*
Fragmenta Vestigii veteris Romae XXVII., & XCII.
Franci gentes devictas suis legibus vivere sinebant. LXX., quomodo jurabant. 219. *b*, occupant Regnum Burgondionum. *ibid.*
Fratres Consanguinei qui. 179. *b*, Germani. *ibid.*
Fratres, & Sorores defuncti excludunt matrem a successione bonorum. 230. *a*, non autem emancipati. *ibid.*, quando gaudeant querela inofficiosi. 283. *a*
Fratres qui dicerentur ab Impp. 73. *b* 81. *b* 99. *b*
Fugitivi. Vid. Servi, & Coloni.
Fugitivorum furta. 199.
Functio eadem, ac praestatio tributorum. 46. *b*, & *seq.*
Fundus Partilaticus. 118. *a*
Furta fugitivorum. 199.
Fustes adhibebantur in ingenuos tenuiores. LXVIII., & 87. *b*, apud Francos in servos. *ibid.* Vid. Lora.

G

GAllia plena Civium Romanorum. LXIII. Γαῖναι servi ex familia rustica. 291. *b*, unde dicti. *ibid.*, & *seq.*
Gensericus Vandalorum Rex. XXX. 50. *a* 51. *b*
Georgius Holosiricoprata Ravennas. 147. *a*
Germaniae populis permutatio contractus frequentior. 248. *a*
Gerontius Primicerius Notariorum. LVII.
Gibertus de Molendino Can. Regular. 150. *a*
Giselpertus a Barundulo. 192. *a*
Gladiatores sublati a Constantino M. 154. *b*, gladiatores dicti, qui in Martyres gladio saeviebant. 155. *a b*
Gladii poena an mortis supplicium protrndat, vel damnationem ad ludum gladiatorium. 154. *a b*, & *seq.*
Glebae adscripti. 285. *b*
Glycerius Imp. XXXIX., ejus Edictum contra Ordinationes Simoniacas. *ibid.*, ejus Epistola ad Vuidimerum Ostrogothorum Regem. *ibid.*, & *seq.*
Goisricus symbolam contulit in Codice Alariciano. LI., & 289. *a*
Gratianus pupillus. 262. *b*
Grunnius Corocotta Porcellus. 280. *a*
Guilielmus Archiepiscopus Ravennae. LIV. *in adnot.*
Gundebaldus Burgundionum Rex. LIII., eidem falso tribuitur Lex Romana, seu Papiani Responsum. LXIV., & *seqq.*, LXIX. 141. *b* 145. *b* 203. *b*

H

HAdoindus Episc. Cenomanen. 283. *b*
Haeretici non eadem austeritate omnes habiti. 24. *a*, iisdem hereditatem capienda-

piendarum jua ablatum. 24. *b*, eorumdem bona Fiscua vindicabat. *ibid.*
Harwinchua quidam donat rea suas Monasterio Prumiensi. LII. LXX., & 217. *a*
Henricua IV. Imp. 160. *b*
Henricua V. Imp. *ibid.*
Henricua VI. Imp. LIV. *in adnot.*
Herculanua Consul Occident. 61. *b*
Hereditetea deferebantur ad agnatoa. 230. *b*
Hereditatea luctuosaa quae. 229. *a*, earom ordo. *ibid.*, *& seq.*
Hereditatia partes duae simul obtineri non possunt. 218. *b*
Hermocratea Praefectua Praetor. Orient., non Ilyrici. XLIII., & 84. *a b*
Hiererchia Ecclesiastica. LXXXII.
Himilco Praefectus Praet. Ital. XXXIX.
Homicidae ingenui, & servi. LVIII., *& seq.*, LXVI., *& seq.*, 138., *& seqq.*, gaudebant Asylo Ecclesiastico in Legibua Barbarorum. 139. *a b*, abstrahi eb Ecclesia, inscio Episcopo, a Principibua non poterant. *ibid.*, eorum poenae pecunieriee. LXVI. LXVII. 142., *& seqq.*
Honorarii qui. 11. *a*, Curiae muneribua per substitutum inserviebant. *ibid.*, carebant cingulo. 14. *a*
Horti Caelimontani Matthaejorum. XXVII., 259. *a* 285. *b*
Horti Viminales Nigeoniorum, olim Perctiorum. 39. *b*

I

S. JAcobua Apostolua an in Hispania fuerit. 164. *b*
Jacobua Episc. Lucensia. 173. *a*
Imperatorea an Clarissimi dicerentur. 75. *b* 76. *b*
Imperium Romanum quo tempore extinctum. XXXIX., ejua divisio. 45. *a*
Implere idem est, ac latiua extendere. 28. *b*
Imprecationes. Vid. Dirae.
Incendiarii qua poena afficerentor. 207.
Indictionum auctor Constantinua M. 43. *b*, quo anno eaa instituerit. *ibid.*, *& seq.*, quot fuerint. 44. *a*, quo mense inchoarentur. *ibid.*, etiam de tributia usurpatae. 44. *b*
Induciae quae dicerentur. 46. *b*
Indulgentiae Reliquorum. XXX. 37. *a*, quinquennalium tempore concessae. 40. *b*, Valentinianua III. easdem concedit Provinciia, & Insulia Italiae. 44. *b*, tum etiam Africae. 45. *a*, rursua eaa concedit Siculia, & Insulia circumjectia. 49. *a b*
Infulae propriae Sacerdotum. 14. *a*, insigne dignitatia. *ibid.*, infularum, & cinguli eadem notio. 14. *b* Vid. Cingulum.
Ingenui tenuiorea, & plebeii fustibus torquebantur. LXVIII., & 187. *b*, apud Francos servi. *ibid.*
Injuria gravia quae fit in publico. 156. eadem a personaa ratione aestimanda. 156. *a* sumitur etiam pro non jure. 198. *a*
Inscribere idem, ac accusare. 263. *b*
Inscriptio quid. 239. *b*
Inscriptorea criminum non probantea, qua poena afficerentur. 164. *& seqq.*
Instrumenta gestia allegata. 135. *b*
Instrumentum plenariae securitatia. 261. *ab seq.*
Interpellationea adversariorum e quo, & ante quem faciendae. 240., *& seq.*
Interpondium monetae genua. 229 *b*, *& seq.*
Interpretium quid. 130. *b*
Invasor ad quid teneretur. 168. *a b* 268. *b*
Johannes Archiep. Ravennae. 291. *b*
Johannea Praef. Praet. Orientia. 201. *a*
Johannia nomen cum *h* scribendum. *ibid.*
Isaachua Episcopua Adriensia. LIV. *in adnot.*
Isidorua Praef. Praet. Orient. 4. *a*
Italiae Provinciee quae. 45. *b*. Insulae quae. *ibid*, & 46. *a b*
Iter quod, & unde dictum. 202. *a*, privatum. 202. *b*, *& seq.*
Jucundua Gallua Favoniue. 147. *a*
Judaeia inutiliter legabatue. 24. *b*, Judaeis vetitum conjungi cum muliere Christiana. 210.
Judicare in sua caussa vetitum. 272.
Judicium Libertatia. 274. *a b*, *& seq.*, 276. *b*
Juliua Nepoa Imp. an Novellaa condiderit. XXXIX.
Juramentum. Vid. Sacramentum.
Jus Civile, & dolua malua simul juncta. 203. Juris Civilia laus. 203. *a*
Jua postliminii quid. 270., *& seq.*, unde dictum. 271. *a b*
Justinua Minor Imp. LXIII.

L

LAtinia testari vetabatur. 151. *a*, quomodo a dominia servi fierent. 277., *& seq. a b*, iisdem relictum, nisi ante dies C. jua Quiritum impetrassent, caducum fiebat. 25. *b*
Latinitaa quot modia conferri a dominia soleret. 278. *a*, quae requirerentur ad ejua colationem. *ibid.* *b*
Latronea convicti. 221., eorum crimen non implicat filioa, & uxorem. *ibid.*
Legea Barbarorum favebant Asylo Ecclesiastico. 139. *a b*
Legea Curiatae. X.
Legea latae ab Imp. Orient. confirmabantur ab Occid. 59. *a b*
Legea Regiae. X.
Legea Romanae ceteria praestantiorea. LXI., in Francorum ditione vigebant. *ibid.*, differunt a Legibua Germanorum in vindicandis delictia. 138. *b*

Leges

Leges Salicae differunt a Legibus Germanorum in vindicandis delictis. 138. b
Leges XII. Tabularum. X.
Leges Theodoricianae quae. LXII., & *seq.*
Lex Aquilia de damno culpa per hominem dato resarciendo disponit. 198. a 209. 238. b
Lex Cornelia fingebat captivos in Civitate decessisse. 271. a
Lex Cornelia de Injuriis injurias manu illatas persequebatur. 198. a
Lex Cornelia Majestatis permittebat servis deferre dominos conjurantes. 165. b
Lex Cornelia de Sicariis puniebat Maritos necantes uxores adulteras. 223. b
Lex Julia caducaria caducum faciebat quidquid ante apertas tabulas a testatoris morte deficiebat. 25. a
Lex Julia peculatus pecuniam publicam a Magistratibus ablatam vindicabat. 94. b
Lex Papia vetabat heredem adire ex parte hereditatem ante apertas tabulas. 25. a, populum olim, non Fiscum vocabat ad bona caduca. 25. b, praemia delatorum redegit ad quartam partem bonorum. 35. b, Patrono deferebat partem virilem ex bonis libertorum. 151. b
Lex Romana. XX. XLIX., dicitur etiam Papiani Responsum. *ibid.*, & *seqq.*, & 134. a b, Vid. Papiani Responsum.
Libellarii contractus qua ratione celebrarentur. 236. b, iidem sublati cum Ecclesiis. 245. a
Liberalis caussa. 274., & *seqq.*, quot vicibus agi poterat. 276. b, ejus exiterstio abrogata. *ibid.*
Liberti Orcini, & Charonitae qui. 146. b, quomodo testari deberent. 151. b, alece tenebantur Patronum egentem. 277.
Lidus. Vid. Litus.
Ligare hominem non licitum. LXVI., & 211., poenae in transgressores. *ibid.*
Lilybaeum Promontorium, & Urbs Siciliae. 55. a, ejus nummi. *ibid.* b
Limites. Vid. Termini.
Lingua Theotisca. Vid. Theotisca.
Lipara Insula Siciliae. 53. b
Lis apud Francos inficiando crescebat. LXVIII., & 198. b, lite pendente, appellari non poterat. 241. b, in lite potentiorum nomina praetendi vetitum. 273.
Litus, Lidus, vel Liddus qui. 285. b
Litterae Arabicae. LXXXIII.
Armenae. *ibid.*
Brachmanae. *ibid.*
Cophtae. *ibid.*
Indostanicae. Vid. Brachmanae.
Malabaricae. LXXXIV.
Tamulicae. *ibid.*
Telugicae. *ibid.*
Tibetanae. LXXXIII.
Litterae Theodosii Jun. ad D. Augustinum apocryphae. XIV.
Λόγος idem, ac ratio. 16. b, & 17. a
Λογογράφοι qui. 16. b
Λογοθέται qui. *ibid.*
Lora, & flagella adhibebantur in servos. LXVIII., & 87. a b, fustes vero apud Francos. *ibid.* Vid. Fustes.
Lucaniae praebitio. 104. a
Ludus gladiatorius sublatus a Constantino M. 154. b
Luitprandus Rex. 290. b

M

Magistri officiorum Fratres vocabantur ab Impp. 81. b
Mandata quae essent. 33. b
Manichaeis hereditatum capiendarum jus ablatum. 24. b
Mansii, vel Mansa eadem, ac Massae. Vid. Massae.
Manu divina subscriptio Impp. 33. a 95. b 122. b
Manuel Comnenus Imp. CPnus. 183. a 184. a b
Manumissio servorum quot modis fieret antiquitus. 140. a, quomodo fieret per testamentum. *ibid.*, & *seq.*, in convivio. 278. a, quomodo fieret in Ecclesia. 147. b, & *seqq.*, quo tempore haec invecta. *ibid.*, ejus formulae. 148. a b, & *seq.*, ejusdem celebratio indulta die Dominico. 184. a
Marcellinus Curator Rerum privatarum. 71. a
Marcellus Sex Varius. 17. a
Marianus, sive Marinianus Vicarius Spaniae. 164. a, & 165. a
Marito quando liceat dare repudium. LXVIII. 212., & *seq.*, an, & quando liceat necare uxorem adulteram. 222. a, & 223. a b
Massa Cassiana. 119. a
Massa Cinciana. *ibid.*
Massa Emporitana. *ibid.*
Massa Fadiliana. 118. a 119. a
Massa Gelas. 119. b
Massa Largia. *ibid.*
Massa Varoniana. *ibid.*
Massae, idest Praedia. 119. b
Massarii qui Massas colebant. *ibid.*
Mater, deficientibus fratribus, succedit in bona filiorum. 230., competit ei Falcidia ex eorum bonis. 283. b, gaudet querela inofficiosi. *ibid.*, superstes filiis cur scelerata dicatur. 229. b, & *seq*, habet filios in potestate apud Germanos. 149. b 250. a, & praefertur in tutela filiorum tutoribus legitimis. LXIX. 195. a 250. a, secus in Jure Romano. *ibid.*, eadem Jure novissimo praefertur legitimis a latere venientibus. 250. b, excluditur a fratribus, & sororibus in successione bonorum filii. 230. a, non

autem

autem ab avo. *ibid.*, petere debet curatorem filio. 251., si negligat, arcetur a successione. *ibid.*
Matrimonium inter servos non constabat. 258. *b*
Maximus Fl. Anicius Praef. Praet. Italiae. XXX., 49. 50. *a* 85. *a* 87. *a* 139. *a*, ejus Novellae Leges. XXXVIII., 50. *a*, dignitate Praefecturae pluries decoratus. 50. *b*, alis ejus munia. *ibid.*, caeso Valentiniano, tyrannidem exercet. 50. *a*, Eudociam uxorem ducit. *ibid.*, occiditur a Geoserico Vandalorum Rege. *ibid.*, ejus nummi, inscriptio, & statua. 50. *b*, hoc nomine Maximi alii etiam appellati. 91. *a*, noster, cujus filius. *ibid.*, Consul. XLVIII., 82. *a b* 92. *b* 127. *a b*, alius Maximus Tyrannus a Theodosio, & Valentiniano devictus. 292. *b*
Mediolanensis Ecclesiae bona in Agro Siculo. 118. *b*
Melior Calculator. 42. *a*
Melitensibus quid vetitum. LXXXV.
Memnonius Praeses Antiochiae. 11. *b*, Religionis Christianae studiosissimus. 12. *a*
Memoriales qui essent olim. 28. *a*, postea Scrinio Memoriae Praefecti fuerunt. *ibid.* eorum munus. 28. *b*
Metalli poena olim gravior poena gladii. 154. *b*
Milites veterani post XX. militiae annum honesta missione donabantur. 6. *b*, Militibus assimilabantur Advocati. Vid. Advocati; eorum privilegia in condendo testamenta. 281.
Ministeriales. LXVII., & 143., pretium pro eorum occisione. *ibid.*, qui dicerentur. 143. *b*, non omnes servi fuerunt, sed & Palatini. *ibid.*, tum etiam Militares. 144. *a*
Minor quando procurator negotiorum esse possit. 181. *a b*, quando contractus ejus sit legitimus. 195. *a b*, gaudet privilegio restitutionis in integrum. 254. *a*, ad quod tempus hoc ipsi concedatur. 254. *b*, *& seq.*
Moderator Provinciae idem, ac Rector. 15. *a*, verum inter utrumque erat aliqua differentia. 15. *b*, vocabatur Frater ab Impp. 73. *b* 74. *b*
Momillos Augustulus ao Novellas condideria. XXXIX.
Monasterium SS. Andreae, & Gregorii in Clivo Scauri. LXXXV.
Monasterium Bursfeldense. LXXXII.
Monasterium S. Juliani Arimini. 274. *b*
Monasterium S. Mariae Bantii in Apulia. LXXXVI.
Monasterium S. Mariae *in Cosmedin* Ravennae. 135. *b*
Monasterium S. Mariae *in Portu* Ravennae. LXXXVIII.
Monasterium S. Mariae Vallis Josaphat. LXXXII.
Monasterium Prumiense. LII. LXX. 217. *a*
Monasterium Romaricense. LIV. LIX., 149., *& seq.*, 172. *a b* 245. *a*
Montanus Notarius Sacri Vestiarii. 244. *b*
Monticulum Oppidum in Piceno. LXXXVIII., ejus nobilitas. *ibid.*, olim Treja dictum. *ibid.*
Mulieres transeuntes ad secundas, aut tertias nuptias. 200., *& seq.*, mulieres corruptae. 109., *& seq.*
Munificentia Dominorum. LXV., 133., *& seqq.*
Munire vias. LXVIII., & 203. Vid. Via.

N

NAtalis Christi dies. 183. *b*
Nebridius Vicarius., & Procos. Asiae. 196. *a*.
Necrologium Benefactorum Monasterii S. Romarici. LIV., *& seqq.*, LXXIV., 149. *b* 172. *a b* 245. *a*
Negantes debitum dupli satisfactions tenebantur. LXVIII., & 198. *a b*
Nescius pro nescitus. 236. *a*
Nicetius Advocatus Sedis Praetorianae Ateiate. LXIV., 235. *b*
Nicolaus I. Pontif. 291. *b*
Nomina quatuor quando imponi consueverint. 13. *a*
Nomina potentiorum in lite assumi non possunt, 273., nec praediis adfigi. *ibid.*
Nomus. Vid. Numus.
Novellae Constitutiones Theodosii, & insequentium Imperatorum. XI., spuriae a Sirmondio editae. XII., anecdotae quinque. XVIII. XXIX.
Novellarum Ante-Justinianearum nova Editio, & ea perfectior proponitur. XLI. Justinianearum latina versio. 205. *b*, *& seq.*
Nota senarii numeri. XLIX., 47. *b*. 48. *a* 82. *b* 1:8. *a*
Numa Terminum Deum esse voluit. 265. *a* 267. *b*, quam poenam in violatores terminorum statuerit. 267. *b*
Numeri Senarii Nota. Vide Nota.
Numus, vel Nomus Magister Officiorum. 83. *a* 84. *a*, Consul Orient. 94. *b* 96. *b*
Nuptiae ut legitime contrahantur, quid requiratur. 256. *& seqq.*

O

OBjectores criminum. Vid. Inscriptores.
Obsequium idem, ac Apparitores, 40. *a* Vid. Apparitor, Officium, & Officialis.
Odovacres Turcilingorum Rex. XXXIX.
Officialis dicebatur etiam Officium. 19. *b*, idem, ac Apparitor. *ibid.*, diceba-

 tur

tur etiam Cohortalis. 16. *a*, quodnam ejus munus. *ibid.*, & 233. *a*. Vid. Officium, & Apparitor.
Olybrius Imperat. an Novellas condiderit. XXXIX.
Oppidum Archangelianum. LXXVII., ejus laudes, & Cives illustres., *ibid.*, & *seq.* *seq.*
Oppidum Montis Gridulfi. LXXVIII.
Oraculum quodnam legis, vel edicti genus. 33. *a*, cur omnis legis interpretatio dicatur oraculum. *ibid.*, oraculum dicitur divinum. *ibid.*
Orator olim diversus ab Advocato. Vide Advocatus.
Orcini liberti qui dicerentur. 146. *b*. Vid. Charonitae.
Orfitus Memmius Vitrasius Praef. Urbi. 137. *a*
Ortygia Insula Siciliae. 53. *b*
Osius Episc. Cordubensis. 150. *b*, fuit Constantino familiaris. *ibid.*, interfuit Concilio Nicaeno. *ibid.*
Offum pro *os*. 231. *a*
Otto I. Imp. 183. *a*, 184. *b*

P

PActa inter Virum, & Uxorem. LXXII., & 234. *a b*, *& seq.*, pacta quomodo iniri debeant. 260., *& seq.*, successoria invisa Romano Juri. 263. *b*, familiaria Germaniae. *ibid.*
Palatini in Palatii scriniis militabant. 29. *a*, quinam hoc nomine designarentur. 29. *a b*
Pali loco terminorum. 266. *a b*
Palladiae Comeae, & Tribunus. 93. *a*
Palladius Praef. Praet. Orientis. 62. *b*, & 165.
Pandectae in usu erant Ravennae saeculo VIII. 136. *a*
Pantopolae ad Urbem revocati. 53. *a*
Papiani Responsum dictum Lex Romana. XLIX., *& seqq.*, 234., cujus jussu conditum. LII. 142. *b* 187. *b* 289. *a*, ejus tituli capitula etiam vocantur. LXXI., an integrum ad nos pervenerit. LXXII. 238. *b*, scatet multis sanctionibus, quae a Rom. Jure dissentiunt. LXIX. 152. *b*, 154. *a* 163. *b* 168. *b* 173. *b* 181. *b* 187. *a* 194. *a b* 198. *b* 208. *ab*, 213. *a* 230. *a* 256. *a b* 258. *b* 260. *b* 264. *a b* 277. *a* 281. *b* 282. *b*, conditum pro Romanis in Francorum Regno degentibus. LXI., *& seqq.*, forte accessit, tamquam supplementum, Juri Alariciano. 289. *a*
Papianus a Papiniano diversus. LIII.LXXII., & 134. *a b*
Papinianus. Vid. Papianus.
Parentis deterioris conditio partui communicata. 259. *a b* 286. *a* 294. *a b*
Parentum consensus ad integrandas filiorum nuptias requirebatur. 255. *b*, *& seq.*, parentum nomina apud Langobardos agnati, & cognati veniebant. 256. *a*
Partus sequebatur conditionem parentis deterioris. 259. *a b* 286. *a* 294. *a b*, qui non sequeretur. *ibid.*
Paschalis I. Pontif. 48. *a* 291. *a*
Paschalis II. Pontif. 160. *b*
Paschasius Episc. Lilybaetanorum. 55. *b*
Paschatis Festum. 183. *a b*
Paterius Consul. XLVIII. 83. *b* 92. *b* 127. *b*
Patres se miseros vocant, si superfint filiis, 229. *a*, credeles. *ibid.*, ingratos. *ibid.*
Patrocinium idem, ac honorarium dignitatis. 20. *a*
Patrono quid conveniret ex bonis Libertotorum. 151. *b*, ipsum egentem alere liberti tenentur. 277.
Paullinus Comestius Praetor. 42. *b*
Peculium Colonorum. 292. *b*, alienari non poterat, inscio domino. *ibid.*
Pedes quot inter aedificia privata, & publica relinquerentur. 205. *a b*
Pelasgorum Monumenta. LXXXVIII.
Peloriorum Festum apud Thessalos. 274. *a*
Pentecostes solemnitas. 184. *b*, *& seq.*
Permutationes. Vid. Commutationes.
Perpetuus Episc. Turonensis. 279. *a* 283. *b*
Perusia, & ejus Collegium. LXXVIII.
Pharus tribus ordinibus instructus. LXXXIX.
Philippus Praef. Praet. Orientis. 136. *b*
Pignora creditor vindicat, si debitor sit in mora ad solvendum. 192. *a*
Pissatellus flumen Caesenatensium falso Rubicon censetur. XXXIV. *in adnot.*
Plagium quid, & qua poena puniretur. 152., *& seq.* 211. *a b*
Plebiscita. X., spurium Caesenatensium. XXXIV. *in adnot.*
Plebs S. Archangeli in Acerbalo. LXXVII. *in adnot.*
Poena spiritualis, & temporalis simul indicta. 34. *a*
Poena Talionis quae. 239. *b*
Poenae delictis impositae ex certa solidorum taxatione indicebantur. 142. *b*
Poenae pactis insertae. 261. *a b*
Poenae pecuniariae apud Germanos usitatissimae. 238. *b*
Porcarius pascebat sues adultos. 144. *a* Vid. Subulcus, & Porculator.
Porculator pascebat sues lactentes. *ibid.* Vid. Porcarius, & Subulcus.
Portuensis Sedes occupatu a S. Hippolyto. LXXIX.
Possessor bonae, & malae fidei ad quid teneretur. 188. *a b*
Postliminium quid. Vid. Jus Postliminii.
Postulare. XXIX. 1., idem, ac caussas agere. *a*, quamdiu liceret postulare. Vid. Advocati.
Postu-

Postumianus Consul Occident. 100. *a*
Praeceptio, seu praeceptum dicitur decretum Judicis. 233. *a*
Praelatio matris in tutela Filiorum. Vide Mater.
Praefecti Praetorio Culminis, & Celsitudinis nomine insigniti. 81. *b*
Praefecti Praetorio Orientis degebant Antiochiae. 11. *a*, tum etiam alibi. *ibid.*, Galliarum vero Arelate. LXIV., & 235. *b*
Praefecti Urbi, & Praetorio Edicta condere poterant. 62. *b* 63. *a*
Praefectus Annonae exigebat tributa per Africam. 17. *b*
Praescriptio tricennalis a quo, & quo tempore in Galliis lata est. LIV. 235. *a*, *& seq.*, praescriptionum varia genera. *ibid.*, quae servis fugitivis faveret. 236., & 274. *a*, quae Colonos a cespitis servitute liberaret. 292. *a*
Praesidium servile quid. 17. *a*
Praetorum Edicta. X.
Pragmatica jussio. Vid. Pragmaticum.
Pragmaticum quodnam Edicti genus. 32. *a* *b* 43. *a* 53. *b* 101. *a*
Precarium quid. 245. *a*, ejusdem contractus sublatus cum Ecclesiis. *ibid.*, ejusdem Charta. *ibid.*
Pretia occisorum. LVIII. LIX. LXVI. LXVII. 141., *& seq.*
Probatoria quid. 233. *a b*
Proclus Praef. Praet. Orient. 4. *a*
Proconsules Edicta condere poterant. 63. *a*
Procurator Caesaris qui. 16. *b*
Procurator Fisci qui. *ibid.*
Procurator ingenuitatis pulsatorum de statu rationes exponebat. 277. *a* Vid. Assertor.
Procurator litis fit per mandatum. 247. *a*, lite contestata, fit dominus litis. *ibid.*
Procurator rationis privatae qui, 16. *b*, idem, ac Procurator, sive Comes rerum privatarum. 87. *b*, ejus munia. *ibid.*
Procurator rei dominicae qui. 16. *b*
Pronepotes gaudent jure repraesentationis. 278. *a*
Propinquorum consensus ad integrandas filiorum nuptias requirebatur. 125. *b*, *& seq.*
Protogenes Consul Orient. 100. *b*
Provinciae quae, & quot. 45. *a b*, erant sub Dioecesum dispositione. *ibid.*
Prumia Urbs in Gallia. LXX.
Ψηφικαί qui. 43. *a*
Puellae quae dicerentur. 171. *b*
Pupillis debetur integri restitutio. 153.
Pyrrus Tribunus. 128. *a*

Q

Quadruplatores qui. 35. *b*
Quaestio criminalis intra annum proponenda, & perficienda. LXXII., & 238. *b*
Quaestor ab Augusto creatus, 27. *a*, ejus plura munia. *ibid.*
Querela inofficiosi quibus competat, 981. *a* *b*, 283. *a b*, quando non competat. 281. *b*
Quinquagesimae solemnitas. Vid. Pentecostes.

R

Raptus Virginum, & Viduarum. LXV. 170., *& seqq.*
Ratio privata est peculiare patrimonium Principis. 16. *b*, publica est redditus bonorum aerarii publici. *ibid.*
Ratiocinator qui. 16. *b*
Rationalis diversus a Procuratore Fisci. 16. *b*, exigebat tributa per Africam. 17. *b*, tum per Sardiniam, & Corsicam. 46. *b*
Ravennae Valentinianus insidet. XLVIII. 48. *a b*, 119. *a* 121. *b*
Ravennae Aedificia antiqua profana. LXXXIX. 121. *a b*, ejusdem antiquae Turris vestigium. *ibid.*, ejusdem Monasterium S. Mariae in Portu. LXXXVIII., ejusdem Portus. 120. *a*, ejusdem Horreum. 121. *b*, *& seq.*, ejusdem Scriptores. 261. *b*, ejusdem Scirpus. 262. *a*, in ea Pandectae in usu saec. VIII. 136. *a*
Ravennatis Ecclesiae praedia in Agro Siculo. XLVIII. 117. *b*, & 118. *a b*, eidem factae Donationes. 135. *a* 216. *a* *b*, ejusdem Archiepiscopi. LIV. *in adnot.* 147. *a* 191. *b*
Reatinae Civit. Ordo. 251. *a*
Rector Provinciae tributa exigebat per Africam. 17. *b*. Vid. Moderator Provinciae.
Refragare idem, ac revocare. 242. *a*
Regembertus Episc. Vercellen. 291. *a*
Regula Sancti Benedicti. LIV. *in adnot.*
Reliquae quae dicerentur. 37. *b*, *& seq.*, eadem remissa ab Impp. *ibid.*, nisi his solutis, agri emi non poterant. 269.
Reliquatores qui. 37. *b*
S. Remigius Remorum Episcopus. 147. *a* 279. *a* 280. *a*
Repudia. Vid. Divortia.
Res propriae agnitae occupari possunt. 243. *a*
Rescisvindus Rex Viso-Gothorum. 183. *b*
Responsa prudentum. X., viodicata. *ibid.* *in adnot.*
Responsum idem, ac Rescriptum Principis. 26. *a b*
Responsum Papiani. Vid. Papiani Responsum, & Lex Romana.

Resti-

Restitutio iotegri debetur pupillis. 253., & minoribus. 254. *a b*, *& seq.*
Retentatoris multam incurrebat, qui fugitivos servos noo reddebat. 158. *a b*, & 159. *a*, quibus poenis efficaretur, 158. *& seqq.*
Rididis Sanctimonialis Cabilonensis. 172. *a*
Ritus Ecclesias Graecae. LXXXVII.
Rogerius Siciliae Rex. 222. *b*
Romani in Galliis Romana Lege vivebant. LXI., iisdem devictis patrias Leges permittebantur. L., iisdem optio data a Victoribus Regibus, qua lege vivere vellent. LXI.
Rotharis Langobardorum Rex. 222. *b*
Rubicon. XXXIV. *in adnotat.* Vid. Pissatellos.

S

SAcramantales iidem, ac juratores. 219. *a*
Sacramentum pro jurameoto accipitur. 219. *a*, qui ad eum vocandus, & ab eo repellendus. 219., *& seqq.*
Sacratas qoas. 171. *b*, *& seq.*
Salutationis formola. 122. *b*
Samoii praebitio. 104. *a*
Sanctimoniales quot nominibus designatas. 171. *a b*, *& seqq.*
Sanctiones Divales quas. 29. *b*, & 33. *a*, pragmaticas. Vid. Pragmaticum.
Scaodula. Vid. Scindula.
Sceleratus quid significet. 229. *b*
Scelus idem, ac iofortunium. *ibid.*
Scibo pro *scio*. 124. *b*
Scindula taballa lignaa pro tegulis domus. 231. *a b*, an quid commoue habeat cum stapede. 232. *a*
Scriptoras Epistolarum Pontificiar. LXXXVII., & LXXXIX.
Scirpus Ravenoae. 262. *a*
Secretarium arat locus, in quo Judices reoaum caussas cognoscebant. 14. *b*, dicebatur etiam Secretum. 15. *a*, & Auditorium. *ibid.*
Secretum. Vid. Secretarium.
Secta quid, & quam varie accipiatur. 23. *b*, *& seqq.*, etiam Catholici hanc vocem de se usurpabant. 25. *a*
Secondus Praef. Praet. Italiae. 173. *b*
Segusius Canis qui. 189. *a b*
Senarii numeri Nota. Vid. Nota.
Senariolis elogia emortualia concinabantur. XCV. *in adnot.*
Senatoriae dignitatis vicissitudines. 11. *a*
Senatos Consulta. X., Spurium Caesenatensium. XXXIV. *in adnot.*
Senatus Conf. Orphitianum cavit, ut mater, & liberi sibi ipsis mutuo succederent. 231. *a*
Senatus Conf. Tertullianum idem cavit. *ibid.*
Seoatus Conf. Velleianum feminis pro alio intercedentibus subvenit. 135. *a*, & 136. *a*
Sententia accipitur pro subscriptione liballi conventionis. 240. *a*, dicitur etiam commonitoria. *ibid. b*
Sententia, quae transit in rem judicatam, irrevocabilis. 242. *b*
Sepulcri violatio. LXVIII., & 213. *a*, irrogabat iofamiam. *ibid.*, arat justa caussa divortii. *ibid.*
Septimius Praef. Urbi. 193. *a*
Serenitas titulus Impp. sequioris aetatis, 17. *b*
Servi loris, & flagellis torquebantur. LXVIII., & 87. *a b*, apud Francos fustibus. *ibid.*, iidem delatores dominorum, qua poena plecterentur. 34. *b*, quot modis maoumitterentur. Vid. Manumissio., donati Ecclesiis habebantur pro manumissis. 149. *b*, iidem, & liberti olim in Deorum potestate. 150. *a*
Servi iniuriarom rei quomodo plecterentur. 156, fugebant a dominis, licet trucibus poeois vindicarentur. 157. *a b*, stygmatibus inurebantur in froote. *ibid.*, gestabant collaris fugam aorum indicantia. 158. *a b*, quomodo indagarentur, *ibid.*, ad dominum reducendi. *ibid.*, quaenam praescriptio ipsis faveret. 236., & 274., deferebant dominos conjurantes. 165. *a*, *& seq.*, utrum obligari possint. 294. *a*, inter eos matrimonium non constabat. 258. *b*, eorum conjunctiones contubernia dicebantor. *ibid.*, verum eorum uxores aliquando coojuges dictae sunt. 259. *a*, iidem quomodo Latini a dominis fierent. 277., *& seq. a b*, subselliis prope lectos mensarum accumbebant. 178. *b*, qui vicarii dicerentur. 294. *a*
Servitutes viae, itineris, actus, &c. 202., *& seqq.*, & 237. *a*
Sicilia suberat Praef. Praat. Italias. 46. *a*, ideirco pertinebat ad Occidentale Imperium. 118. *b* 119. *a*, prima Provincia P. R. 46. *a*, erat inter Provincias frumeotarias. *ibid.*, quo nomine tributa solveret. *ibid.*, depopulata a Ganserico Vandalorum Rege. XXX., 49. *a b*, *& seqq.*, & 128. *a*, quo tempore, & quot vicibus. 52. *a*, ideo dooata indulgentia reliquorum. 49. *a* & 52. *b*, ejus Insulae. 53. *b*, *& seq.*, missio hominis ad ipsam ad componendos redditus Ecclesiae Ravennatis. 117., *& seqq.*, bona Ecclesias Ravennat., & Mediolaoeo. in ejus Agro. 118. *a b*, bona Ecclesiae Romanae. 119. *a b*
Sigillum antiquum. LXXXVI.
Sigisuuldus Magister Militum. 53. *a* 88. *a b*
Sisinnus conductor bonorum Ecclesiae Ravennat. in Sicilia. 118. *a*

Sisivera

Sisivera honesta femina. 135. *a* 216. *a b*
Sistum Isidis. LXXXIV.
Solatium quid. 125. *a b*, *& seq.*
Soletum oppidum Salentinorum. 56. *a*, ejus nummi. *ibid.*
Solidi quodnam nummorum genus. 120. *b*, & 142., ex quo metallo conficerentur. *ibid.*, *& seq.*, Aurei dicebantur. 143. *a*, quodnam eorum pretium. *ibid.*, fuerunt imaginarii, sed ex veris denariis compositi. 143. *b*, sportulae iisdem peractae. 130. *b*, iidem solvebantur a parentibus virginum in nuptiis apud Germanos. 256. *b*
Solonis Lex de Cane mordente. 189. *a*
Sonsa Porta Viterbii. 160. *a*, *& seq.*
Sorores, & Fratres defuncti excludunt matrem a successione bonorum. 230. *a*, quando gaudeant querela inofficiosi. 283. *a*
Spania pro Hispania. 164. *a b*
Spectabiles qui dicti. 15. *b*
Sphoera Anubis. LXXXIV.
Sponsus Sponsae dotem constituebat apud Germanos. 256. *b*
Sporacius. Vid. Asporatius.
Sportulae largitionis genus. 129. *a*, quo tempore missae. *ibid.*, quomodo peragerentur. 130. *a*, etiam pro mercede accipiuntur. *ibid.*, & 234. *b*, tum pro auctario pretii. 129. *b*
ς Nota numeri senarii. XLIX., 47. *b* 48. *a* 81. *b* 128. *a*
Stabula pecudum varia. 144. *a*
Stapeda. 232. *a*
Status hominis pulsandus ante Judicem. 274.
Stephanus Tutor Gratiani pupilli. 261. *b*
Storacius, sive Stauratius diversus ab Asporatio. 58. *b*, Praef. Urbi, & Praetor. *ibid.*, 60. *b* 61. *a* 62. *a* 91. *a*
Studius Flavius, qui & Astorius, & Asterius Consul in Oriente. 63. *b*, Comes rerum privatarum. *ibid.*, Praef. Urbi CPolitanae. *ibid.*, & 64. *a*
Stygmata in fronte servorum inusta. 157., dein sublata. *ibid.*
Subulcus pascebat sues adultos 144. *a*. Vid. Porcarius, & Porculator.
Successiones diversae. 175., *& seqq.*
Suilla praebitio. 104. *a*
Superventores qua poena plecterentur. 206., *& seqq.*
Supplicium accipitur pro tortura. 165. *a*
Symmachus Q. Aurelius Consul Occident. 97. *b* 98. *b*
Syracusae Urbs Siciliae. 54. *a*, a quo condita. *ibid.*, ejus nummi, & templa. *ibid.*
Syracusarum Quaestor Cicero. XCV. *in adnot.*

T

TAblinum. Vid. Tabularium.
Tabula sacra eburnea. XC.
Tabularia Romana. LXXXVI., Picenl. LXXXVIII., Vaticanum. LXXXIX., Pisanum. 192. *a*, Ariminense publicum. 159. *b*, Monasterii S. Juliani Arimini. 274. *b*, Collegii Canonicorum Arretii, 290. *b*, Ecclesiae Mutinensis. 291. *a*
Tabularium. 47. *a*
Taurus Consul, & Praefectus Praet. Orient. 42. *a*
Ταξεῶται qui. 16. *a*
Τάξις quid. *ibid.*
Tenere idem, ac convenire. 196. *a*, & 197. *a*
Ter pro *tertium*, vel *tertio* cur compendiarie scriptum. 127. *b*
Termini olim lapides molares. 265. *b*, dein stipites, arbores, & pali. 266. *a b*, poenae in violatores eorumdem. *ib.*, *& seqq.*, quae apud Romanos, & exteros. 267. *a b*
Terminus Deus apud Romanos. 265. *a* 267. *b*, erat vel stipes, vel lapis. *ibid.*, praeerat finibus regundis. 265. *b*
Testamenta gestis allegata. 135. *b*, manumissiones servorum factae per testamenta. 146., *& seq.*, eadem holographa non egebant subscriptione testium. 279. *b*, testamentorum rationes duae olim. 280. *a*, diu sublatum earum discrimen. *ibid.*, quando rumpantur. 281., *& seq.*, ignota olim Francis, & Germanis. 281. *b* 283. *b*. Vid. Testamenta varia *in Indice Auctorum*.
Testes quot in testamento adhibebantur. 280. *a*, eorum major numerus non nocet. *ibid.*, iis Milites non egent in ipsorum testamento. 281.
Testudo Basilicae Vaticanae. LXXXVII.
Theodericus Rex Italiae. LIX. 118. *b* 141. *a* 154. *a*
Theodericus I. Francorum Rex. LIII., cujus filius, & quo anno regnare coeperit. LVII., & LXII., officinam monetariam non habuit. LVII., auctor fuit Legis Romanae, seu Papianei Responsi. LIII., *& seqq.* 141. *b*, 187. *b* 233. *b*, 289. *a*, leges tulit Francis, Ripuariis, Alamannis, Bajuvariis, Thuringis, & Saxonibus. LX.
Theodericus Gothorum Rex falso habitus Auctor Legis Romanae, seu Responsi Papiani. LIII. 141. *b*, ejus Edictum. 266. *a*, & 267. *b*
Theodorus Praefectus Praet. Illyrici ignotus. XLIII., 84. *b*, & 85. *b*
Theodorus Flavianus Memorialis. 28. *b*
Theodorus Manlius Quaestor. 27. *a*

Theotilda Abbatissa Monasterii Romaricensis. 172. *b*
Theotisca lingua erat rustica Rumana apud Francos. 285. *b*
Θεωρητικὸν quid. 15. *a*
Tituli potentiorum praediis adfigi non poterant. 273. *b*
Toga metonymice sumpta pro eloquentia. 5. *b*
Tortura apud Francos a fustigatione incoabatur. LXVIII., & 187. *b*, & apud Germanos. *ibid.*
Traditio necessaria pro validitate donationis. 216. *a b*, & *seq.*, tum pro validitate venditionis. 244. *a b*
Traditio regionis, & civium inter crimina Majestatis. 166. *a b*
Transactiones irrevocabiles. 242. *b*
Treja. Vid. Monticulum.
Tremitus Insula Maris Hadriatici. 55. *b*, ejus nummus. *ibid.*
Tributa olim per lustra, dein per indictiones soluta. 43. *b*
Trophimus Libertus. 151. *b*
Trygetius Comes rei privatae. 137. *b*
Tutela de pupillis dicitur. 249. *a*
Tutor specialis filio a matre petitus. 251. *a*
Tutores legitimi qui. 249., iisdem postponitur mater in Jure Romano. 249. *b*, praeponitur in Jure Germanico. 250. *a*, iidem quando excusentur a tutela. 252., & *seq.*

V

VAcantes iidem, ac supranumerarii. 19. *a*, gaudebant cingulo. *ibid.*
Valerianus Curialis Emesae. XXX., 12., & 23. *a*, grassator Legum. 13., cingulum honoris sibi adscivit. *ibid.*, secretarium Rectoris Provinciae irrupit. 14., ceterae ipsius vesaniae. 15., & *seq.*
Vandali in Siciliam irrumpunt. XXX. 49. *a b*, & *seqq.*, & 228. *a b*
Vastus idem, ac desertus. 16. *a*
Venditionum effectus, & Solemnitates. 244., & *seqq.*
Vestalium precationibus mancipia fugitiva commendata. 157. *a b*
Vestiarius Ecclesiae Romanae. LXXXIX.
Via quae, & unde dicta. 202. *a*, publica, & privata. 202. *b*, & *seq.*, viae servitutis. *ibid.*, vis Flaminia munita Ariminum tenus. 203. *b*
Vicaria soboles, & mulier quae diceretur. 293. *b*
Vicarius servus qui diceretur. 294. *a*
Virvicarius curabat verveces. 145. *b*
Viterbii Civitas servis ingredientibus ipsius Portam Sonsam donabat libertatem. 160. *a b*, & *seq.*, a quo hoc privilegium acceperit. *ibid.*
Viventius Praef. Urbi. 193. *a*
Viventius Praef. Praet. Galliarum. *ibid.*
Umbellae gestatio. LXXXV.
Vota Quinquennalia quae. 40. *b*, quid eorum occasione Impp. agerent. *ibid.*, eadem celebrata in antecessum. *ibid.*, aliquando etiam dilata. 41. *a*, Vota celebrata Kal. Jan. 41. *b*, natalitio die Impp. *ibid.*
Usura centesima quae. 237. *a b*
Usurae pecuniariae intra centesimam concludae. *ibid.*, poenae in usuras immodicas. *ibid.*, & *seq.*
Unato Diaconus. 150. *b*
Unidimerus Ostrogotorum Rex. XXXIX.
Uxori quando liceat nuncium remittere. LXVIII. 212., & *seq.*, eamdem adulteram an, & quando marito liceat interficere. 222. *a*, & 223. *a b*

X

X, in terminis quid. 266. *b*

Z

Z Sic ꝣ efformatum ad antiquiora tempora refertur. 13. *a*
Zeno Consul Oricut. 100. *a*
Zeno Imp. 205. *a b* 245. *a*
Zoilus P. Aelius Flavianus qui. 12. *b*, & *seq.*
Zoilus Chersonitea. 12. *b*
Zoilus Alexandriae Episcopus. *ibid.*
Zoilus Legatus. *ibid.*
Zoilus Magistratus Heracleae. *ibid.*
Zoilus Praef. Praet. Orient. XXIX., 11. *b* 20. *a b* 23 *a* 84. *a b* 85. *a*, interfuit Concilio Chalcedon. *ibid.*, Rector Antiochiae. *ibid.*, Religionis Christianae studiosissimus. 12. *a*, Regiam Porticum aedificavit. *ibid.*, desiderabatur in Prosopograph. Cod. Theod. XXIX., 12. *a*
Zorsi qui. 19. *a*

F I N I S.



AUCTARIUM.


Uoniam in hoc edendo, ornandoque veterum Legum Volumine id praecipue nobis propofuimus, ut nuperrimae Cod. Theod. Editioni Supplementum quoddam, feu Appendix fieret, nunc haud abs re futurum duximus, fi Imperatoriae Sanctionis Fragmentum, quo caret Codex Theod., quodque nobis, ad finem jam altero rerum Indice properante, forte fortuna occurrit, heic adfuendum curaremus. Ipfum quidem a nobis oculata manu, ut Plautino verbo utar, ab autographo ipfo petitum fic fe habet:

MPER . AVGGG. FL. EVTHERIO . SVO . SALVTEM

PRAECIPVO . CVNCTORVM . PLANE . EST. TENENDA . CONSENSV
INO . FAS . DVCIMVS . VEL . CVLTIBVS . VT . VLLA . DEPEREAT. PRAEROGA
INLVDERE . ADQVE . INSVLTARE . RELIQVIIS . PRAEDIVM . PRO
EO . SACRIS . CERTVM . EST. MINISTERIIS . ADQVE . MISTERIIS
IVM . SAEPTA . CONSVRGERENT . VERVM . ETIAM . PAVPERVM
HOC . IVGITER . DIVINA . COMMVNITER . ADQVE . HVMANA
EODEM . CONSTITVTA . POSSESSIO . EXPERIATVR . EMPTORES
AMQVE . PERPETVAM . PRAETER . VENERABILES . CVLTVS . VLLA
VS . MVNIENDIS . FIDES . ADQVE . REVERENTIA . PERENNIS
AIESTATE . PERPETVA . CERTVM. EST . ESSE . VENERABILEM
E. CVSTODIAM . DATA . DIE . PRIDIAE . KAL. MAIAS
V. CC. CONSS.

PROSB

Sanctio haec, quae quidem tres Auguftos Auctores habuit, expreffa eft in truncato a dextera parte lapide, alto palmos II. Romanos, lato vero totidem, & femis, qui in ambitu fubterraneo facrae B. Petri Confeffionis in Bafilica Vaticana ad meridionalem partem, ingredientibus dextera manu, fupra Imaginem B. Mariae V. mufivo Opere elaboratam nunc exftat, quique inventus dicitur in Bafilicae veteris parte boreali, non longe ab ingreffu, prope Vultus Sancti Aram, dum Johannis VII. Sacellum deftrueretur anno MDCIX. Fragmentum hoc Legis primum nobis innotuit ex Joh. Baptiftae Donii Infcriptionum Volumine (1), quod editum eft a Fr. Antonio Gorio, ubi fane eft multo accuratius, quam fit alibi. Novimus deinde ipfum jam antea editum quoque fuiffe per Francifcum M. Turrigium in Libro, qui eft de Cryptis Vaticanis (2); Tum ex eo infuper allatum vidimus a V. C. Johanne Ciampinio in *Synopfi Hiftor. de Sacris Aedificiis a Conftantino M. conftructis* (3); Ac tandem invectum advertimus a Muratorio in novum, quem ipfe adornavit, veterum Infcriptionum Thefaurum (4). Praeter editos vero Scriptorum Libros, quos laudavimus, confulere etiam licuit per humanitatem Praefulis ampliffimi Jofephi Garampii Bafilicae Vaticanae Canonici, & Tabulario ejufdem Capituli, tum & utroque Pontificio Praefecti Mf. Codicem, qui in ipfo Tabulario adfervatur, quique continet *Inftrumenta authentica translationum SS. Corporum, & Sacrarum Reliquiarum e veteri in novam Principis Apoftolorum almam Bafilicam cum multis aliis memoriis, & Infcriptionibus*, qui Codex concinnatus eft per Jacobum Grimaldium Vaticanae Bafilicae Notarium, ubi (5) hoc ipfum Fragmentum accurate defcriptum advertimus. In ipfum quin etiam elegantem Diatribam concinnavit Vir profanae, & facrae eruditionis fcientiffimus, tum modeftia, & comitate fpectatiffimus Philippus Laurentius Dionyfius ejufdem Bafilicae Beneficiarius, quam ex forulis fuis, ubi condebatur eductam nobis communicare non dubitavit. Verum nunc a quibus Sanctio haec condita, cui infcripta, & quid per eam cautum fuerit, eft expendendum. Laudati Scriptores omnes in ea funt fententia, ut extiment, Gratianum, Valentinianum Jun., & Theodofium M. ejufdem conditores fuiffe, quod fcilicet ipfam inftar Epiftolae infcriptam contendant Fl. Eutherio, qui Conful fuit cum

(1) *Claf.* XX. n. 120. *pag.* 553.
(2) *Le Sagre Grotte Vaticane di F. M. Torrigio Romano. II. Ediz. In Roma* 1630. *Part.* I. *pag.* 24.
(3) *Cap.* IV. *Sect.* XV. §. 2. *pag.* 105.
(4) *To.* IV. *pag.* 1967. n. 1
(5) *Pag.* 173. *a tergo*.



